R—V—n. 22—

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, VIRI VNDECVNQVE TVM DOCTISSIMI, TVM SANCTISSIMI, atq; pro catholica fide athletæ inuictissimi opera omnia, quæ hactenus apud Latinorum officinas reperiri potuerunt.

Omnia vix æstimando labore & diligentia, multo quam antehac vnquam, elaboratius castigata, aucta, & in suum genuinum ordinem redacta.

Vnà cum Elencho totius voluminis, copiosissimoq; omnium penè materiarum præcipuarum Indice.

S. Catta
a pp. formed.
Neapl. 1740.

BIBLIOTECA NAZIONALE VE. III
NAPOLI

Floruit sub Constantino & Constantio Imperatoribus Anno incarnationis dominicæ CCC. XL.

Coloniæ ex officina Melchioris Nouesiani.
M. D. XLVIII.

Comment. S. Thom. de Florentia ad usum Fr. Alberti
Paris

# ELENCHVS OPERVM.


De vnitate ſanctiſſimæ Trinitatis Liber I.
De ſacroſancto vnito nomine ſanctiſſimæ Trinitatis Liber I.
De proprijs perſonis ſanctiſſimæ Trinitatis.
De nominibus ſanctiſſimæ Trinitatis.
De vnita ac ſempiterna ſubſtantia ſanctiſſimæ Trinitatis.
De fide vnitatis & Trinitatis.
De beatitudine filij Dei, & præſcriptione ſectæ peſſimæ.
De aſſumptione hominis contra Marcellionem hæreticum.
De incarnatione verbi, eiuſq; ad nos per corpus aduentu.
De ſpiritu ſancto Libri III.
De vnitate fidei ad Theophilum.
De fide ſua.
De profeſſione regulæ catholicæ, cũ increpatione hæreticæ regulæ.
Diſputatio inter D. Athanaſium & Arrium hæreſiarcham, ſolennis.
De Arriana & catholica confeſſione.
Contra Gentiles ad Macharium Alexandrinæ Eccleſiæ presbyterum.
Apologeticus Libri II.
XLI. Quæſtionum & Reſponſionum. Liber I.
De paſſione & cruce domini.
De peccato in ſpiritum ſanctum Liber I.
De eo quod ſcriptum eſt in Euangelio: Euntes in vicum qui contra vos eſt Liber I.
De laudibus Pſalmorum. Liber I.
Exhortatio ad monachos Liber I.
De miraculo per imaginem domini facto. Liber I.
De virginitate ſiue exercitatione. Liber I.
Epiſtola ad Epictetum Corinthiorum Epiſcopum.
Epiſtola ad Epiſcopos Africæ.
Epiſtola D. Athanaſij & pontificum Aegyptiorum ad Marcũ papam, pro exemplaribus Nicæni concilij.
Marci papæ reſcriptum.
Epiſtola increpatoria Iulij papæ ad Orientales Epiſcopos.
Epiſtola Orientalium ad Iulium papam.
Iulij papæ reſcriptum.
Epiſtola D. Athanaſij & Aegyptiorũ Epiſcoporũ ad Liberiũ papam.
Liberij papæ reſcriptum.
Epiſtola Pontificum Ægyptiorum ad Felicem papam.
Felicis papæ reſcriptum
Decreta Nicæni concilij contra Euſebium.
Confeſſio ſiue Symbolum D. Athanaſij
Vita ſancti Antonij.

ENE habet Christiane Lector, non adeo procelloſiſſimum hoc vereq; ferreũ ſeculũ nouis ſubinde feruere tumultibus, nouaq; in dies vitiorum, prauorumq; dogmatum, ac omnigenum ædere portenta malorum, quin & optima quæq;, & ſi non pari numero, non paruo tamen nec pœnitendo Chriſtianæ Reip. commodo ac vtilitate, proferat. Vt enim cætera prętream, quot hodie Chriſtianus orbis præclariſſimorum virorum ſanctiſſimis abundat, eiſdemq; eruditiſſimis monumentis, tãetſi innumeras itidem impiarũ hæreſum peſtes alat, & quotidiana prope fallacium ei accedant incrementa præſtigiarum? Sic ſemper bonis mala permixta feruntur, nec vlla vnquam ætas fuit omni ex parte beata. Itaq; inter cætera, quæ noſtrum tulit æuum, maxime frugifera ac ſalutaria, etiam D. Athanaſij Alexandrini Archiepiſcopi, viri æterna memoria digniſſimi opera produxit, ſed vt cuiq; facile patet, tot ſcatentia mendis, tamq; rudi ac inconcinno ordine, vt oneratus magis quam adiutus ea opera Chriſtianus Lector videatur. Cæterum, hunc eundem autorem grauiſſimum noſtra cura, noſtris ſudoribus atq; vigilijs bene emẽdatum, ac ſuæ reſtitutum puritati & ordini, necnon ab innumeris, quibus hactenus ſcatuit, vindicatum vitijs, rebus tuis literijs apprime profuturum emittimus, hoc vnum abs te obnixe contendentes, vt operam noſtram boni conſulas, quibus certe id præcipue in votis fuit, vt quoad poſſemus noſtro hoc qualicunq; conatu tuis profectibus ſeruiremus. Quantum vero hæc noſtra ſuperioribus aliquot, maxime Baſilienſi illa æditione correctior, auctior, aptioriq; digeſta ſit ordine, ex mutua exemplarium collatione, quam noſtra aſſeueratione diſcere te malumus. Id vnum prætereire ſilentio non eſt conſilij, Baſilienſe exemplar in Paulinas epiſtolas commentaria Athanaſij titulo circumferre, quæ vtiq; non ex Athanaſij ſed Theophylacti officina profecta res ipſa teſtatur. Cur autem in hac parte erratum ſit, nos exploratum non habemus, aliorum hoc eſto iudicium. Certe non vni hoc Athanaſio accidit, vt aliena illi inſcriberentur: ſed commune hoc eſt illi viro cum multis, maxime Eccleſiaſticis ſcriptoribus, apud quos pleraq; extranea pro germanis ac genuinis interim inſerta viſuntur. Iam quod ad huius autoris commendationem attinet, adeo non attinet nos hac in parte anxios eſſe, vt noſtris verbis obſcuranda magis, q̃ amplificanda eius famæ gloria videatur. Quis enim neſciat quantas ille pro fide Chriſti hæreticorum inſidias, perſecu-

tiones,odia perpessus sit,vt vel hoc solo dignus appareat,quem Christiani omnes ceu strenuissimum suæ fidei assertorem propugnatoremq; excipiant,colant,exosculentur, vt interim alia prudens sileam, puta eruditionem,pietatem,& archipræsulatus titulum insignem, quibus ad tantum excreuit amplissimi honoris fastigium,vt neminem pene habeat superiorẽ,innumeros vero lõgissimo post se relinquat interuallo.Quamobrem agedum Christiane Lector fruere tanti viri monumentis, nec tantum iuuet horum lectione sedula eruditiorem, sed & pietatis atque constantiæ cæterarumq; præcellentium virtutum æmulatione meliorem fieri,vt intellectu pariter & affectu reformatus, eo quandoq; felicissime Christi gratia & benignitate proueharis,quo noster præcessit Athanasius,pontifex & doctor precipuus,ab omni posteritate iure meritoq; colendus. Vale & nos Christo commenda.

INDEX

# INDEX RERVM PRAECIPVARVM, QVAE IN hoc opere continentur.


Abstinentia continentiæ nutrix 119.a
Abutitur homo omnibus membris suis 75.d
Accusatores quales esse debeant 147.b
Adã in quãta pfectiõe cõditus fuerit. 75.b
Adorare in spiritu & veritate quid sit. 15.d
Adoramus versus Orientem 99.c
Aegyptiorum & Libyorum dñ 77.a
Aesculapius pro Deo habitus 39.c
Ammonis anima in cœlum ab angelis delata 169.c
Aegyptiorum cultura, aliarum gentium dns sacrificium est 81.c
Agnitio Dei homini necessaria 28.d
Amianthus non formidat ignis incendium 33.c.& 38.b
Angelus apostaticus non in mala natura à Deo factus 21.a
Angelus quid sit & quid operetur 98.d
Angeli orant pro nobis ibidem
Angelorum ordines ibidem.a
Angeli inspiciunt actiones nostras 49.c
Angeli quando creati sunt 95.c
Angeli à Christo facti 23.d
Anima hominis quid sit 96.d
Anima hominis immortalis ibidem
Angelorum creatio cur expressa non sit in libro Geneseos apertius 95.d
Angelorum numerus quantus sit. ibidem
Angelorum ordines quot sint 96.a
Animam rationalẽ vnumquemq; hominem habere probatur 83.c
Anima hominis immortalis est 84.a
Anima quõ dicatur recta 163.d
Animæ motus, vita ipsius est 84.b
Animæ à corpore separatæ, an se inuicem cognoscant 97.a
Animarum apparitiones quõ fiant apud templa & tumulos 98.c
Animarũ receptacula post mortem. 97.c
Animarum sanctorum beatitudo 98.a
Anubis latrator Aegyptiorum Deus. 80.d
Antinous Hadriani principis delicatus puer Deus factus 77.b
Antonij pueritia qualis 159.a
Antonij soror 559.b.& 168.c
Antonius omnia sua dedit paupibus. ibi.
Antonius manibus suis opabat 160.c.167.a
Antonius memoriã ꝑ libris habebat. ibi.
Antonius deicola nuncupatus 160.d
Antonius à diabolo tentatus ibidem
Antonius vicit fornicationis spiritũ. 160.a
Antonij ieiunia, vigiliæ, orationes, cibi, dormitio 160.b
Antonius à diabolo laceratus 161.c & 166.c
Antonius prouocat diabolum ad certamen 161.d
Antonio apparuit Christus post certamẽ 161.a
Antonius discum argenteum in deserto reperit ibi.b. &.166.c
Antonius 20. annis solitarie vixit 162.c
Antonius Nilum fluuium transuadauit illæsus 161.d
Antonij exhortatio ad fratres suos. ibidẽ
Antonio diabolus in specie monachi apparuit, panes offerens 166.c
Antonius martyrium desideranit. ibid. b
Antonij scapulare 167.c
Antonius nunquam se lauit ibidem
Antonius bestijs imperauit 167.a
Antonius ab angelis in sublime delatus 169.a
Antonius ab Episcopis benedictionem accepit 170.c
Antonius semper hilarem faciem gessit ibidem
Antonius Arrianos Alexandriæ publice condemnauit 170.d
Antonius scripsit Cõstantinolitas. 171.c
Antonius Aegypto medicus à Christo datus 173.d
Antonius centũ & quinq; annorum. ibi.
Antonij vltima verba ibidem.b
Antonij testamentum 174.c
Antonius moritur ibidem
Antonij sepulchrũ incognitum. ibidem
Antonij legatarius ibidem
Appellationes filij variæ 7.d
Apostoli missi in noĩe spũs sancti 5.b
Apostoli locus ad Ephes. obscurus explicatur 30.b
Archelai comitis filia sanata 169.d

Arrius gradus facit in diuinitate 55.c
Arrius in exilium mittitur 60.b
Arrius ab exilio reuocatur ibidem
Arrij fides explicatur 61.c.& 61.b
Arrianorum hæresis 150.b
Arrij de spiritu sancto impietas 69.d
Arrianæ hæresis origo 57.b
Arrianorum impietas 171.a
Arrianorum blasphemia 113.a
Arrianorum cædes ac persequutiones in catholicos 89.c
Arrianorũ vitia,& vita impudica 49.a
Ariminense concilium 131.c
Arietem Libyci pro Deo colunt 81.c
Artifex ex opere cognoscitur 84.d
Ars qd sit,& à qbus artes repertæ 79.d
Arundinis vis serpentibus inimica, 104.d
Athanasius excommunicatus ab Arrianis 138.d
Athanasius Interfuit concilio Nicæno 134.b.& 135.d.& 139.d
Athanasij fuga,qualis 93.c
Athanasius quomodo persequutus sit ab Arrianis 89.d
Athanasij sacuedia 87.b
Athanasij fides de patre,filio & spiritu sancto 61.d.& 62.b
Athanasij pstatio in vitã Antonij 159.d

BAlatius Arrianus vltiõe diuina pcussus,sicut pdixerat Antonius. 173.c
Balnei necessitas apud virgines 126.b
Baptismus datus in nomine patris & filij & spiritus sancti 1.c.& 59.b
Baptismus infantium 95.c
Baptismus est spiritalis circuncisio 99.d
Baptizati in nomine Christi, intelliguntur baptizati in nomine patris & filij et spiritus sancti. 16.b
Benedictio mensæ qualis 126.c
Beneficia p incarnationis mysteria nobis collata 21.b
Bella Christianorum 40.b
Blasphemia Iudæorũ in Christum. 112.c
Beneficia filij Dei 108.d
Blasphemia & peccatũ,quõ differant. 111.c
Bonitas vna pris,filij & spũs sancti 25.b
Bouẽ colũt Aegyptij,et Apim.i.vitulũ.81.c

CAluariæ locus 103.c
Capilli virginis circumtõsi 126.b
Cœli quot sint 96.a
Cæsar ab Imperatore quõ differat 55.b
Christus secundum humanitatem minor angelis 68.b
Chs creuit secundũ humanitatem. 73.a
Christus verus homo 130.
Christus per omnia secũdum diuinitatem patri æqualis 22.a
Christus verus Deus 131.b
Christus verus Deus,& verus homo.22.d
Christus verus Dei filius 4.d
Christi ni ante biennium Hierosolymam exierant,priusquam à Romanis subuerteretur 123.c
Christianorum nomen nouum 4.d
Christiani nominis origo 63.a
Chriani male viuẽtes rei sunt mortis.109.a
Cibus,sermo & precatio virginis 126.a
Circuncisus Christus est 99.d
Concilia generalia celebranda non sunt, sine autoritate & sentẽtia Romani põtificis. 137.c. 139.a. 140.c.141.d.& 144.a
Cõparationes humanæ in diuinam substantiam non conueniunt 73.b
Concilij Ariminensis impietas 8.a
Constãtinus Antonio literas scripsit.172.c
Constantinus moritur 60.c
Constantius Arrianus ibidem
Constantinus fit Arrianus ibidem.b
Constãtij epistola ad Probum. ibidem.d
Corpus Christi cur putredini obnoxium non fuerit 31.c
Corpus sibi Christus ex virgine finxit, vt diuinitatis suæ omnibus præberet indicium 31.a
Corpus Christi nostro simile 22.b
Corpus Christi non est consubstantiale verbo 129.d
Corpus humanum ex quatuor constat elementis 97.c
Corpus Christi in cruce indiuisum,ita & Ecclesia 32.c
Coronationis Christi mysteria 104.c
Creatio tribuitur Deo & hominibus, sed differenter 151.d
Creator ex creaturis cognoscitur 87.c
Creatura omnis testimonium perhibet verbo Dei 38.c
Credenda quædam,non discutienda.54.d
Crucifigi cur Christus voluerit 32.d
Crucem Christi adoramus 99.d
Crux Christi non labem, sed remedium attulit humano generi 74.d
Crux Christi à prophetis prædicta 35.b
Cultus virginis 126.b
Cucullus virginis ibidem

DAmasus Romanus Episcopus.131.d
Defunctorum corpora non seruanda,sed sepelienda. 173.b

Disbolus aerem peruolat 163.d
Diabolus ex proprio mētis arbitrio peruersus factus ibid.
Diabolorum nequitia diuersa 163.a
Diaboli forma ab Antonio visa qualis fuerit 163.b.165.b.166.d
Diabolus ob supbiā e cœlo deiectus 115.b
Diabolus qñq; coactus dicit veritatē 166.d
Diabolus deluditur ab angelis 18.c
Diabolus circa aerem oberrat 32.d
Diabolus cecidit priusq̄ Adam fieret 96.b
Diabolus cur permittatur hominū genus impugnare ibid.
Diabolus in medio filiorum Dei ibid.
Diabol9 quā orationē maxime timeat 96.c
Diabolus immittit in cor hominis netarias cogitationes 96.c
Diabolus quo futura prædicat 164.b
Diabolus p̄ mortē Christi deiectus 107.d
Dñi vulnerati 78.b
Dñi si plures essent oporteret etiā esse plures ac varios mundos 85.d
Dñi gentiū corruptibiles ac infirmi 81.a
Dñi gentiū homines fuerūt impudici 80.a
Diabolus discessit à Christo ad tempus, exponitur 103.a
Digitus Dei spiritus sanctus est 18.d
Dionysius Areopagita 96.a
Descensus Christi ad inferos 106.a & 127.b
Detractores eradicandi 141.c
Dei efficimur participes per spiritum sanctum 52.a
Deitatis nomē tribus psonis cōmune 3.a
Deitas per demonstrationem rationū nō datur sed per fidem 51.a
Dęmonum nocturnæ apparitiones 165.d
Deorum vita turpissima 79.a
Deorum pluralitas & varietas 81.b
Deo proprium est vt non videatur sed ex operibus agnoscatur 34.c
Deum nemo vidit 98.d
Deus nullis corporeis signis circūscribitur 65.d
Deus immutabilis est 56.b.65.c
Deus est in omnibus & extra oia 30.c
Deus vnus, super omnia, & per omnia & in omnibus explicatur 51.a
Deus omnia per filium fecit 130.d
Deus ex creaturis cognosci potest 29.b
Deus in subiecta materia à patribus visus 21.b
Deus solus immutabilis 100.c
Deus vbiq; est & omnia implet 28.a
Deus sine corruptione genuit filium 64.a
Deus cur potius in homine q̄ in alia creatura apparere voluerit 37.d
Deus & angeli quomodo visi sint à patribus 57.b
Deus in natura inuisibilis 21.b
Deus sibīpsi sufficiens est, non autem creatura 82.c
Deus homo factus propter nostram salutem 27.a
Diem iudicij non ignorat filius Dei 20.d
Dies mortis cur sit ignotus 98.b
Dominus Sabaoth, hoc est, virtutum 16.c
Dona filio à patre data 69.b
Dubius in fide infidelis est 140.a

ECce ego firmans tonitruum & creans spiritum, exponitur 47.b
Ego sum prim9 & nouissimus, expo. 57.d
Ego sum qui sum, exponitur 55.c
Elemēta nō sunt dñi, sicut nec sol nec luna nec aliæ creaturæ 82.b
Epiphanius Cypri Archiepiscopus 95.c
Episcopus non est dānandus sine sentētia Romani pontificis 137.d
Episcopi & presbyteri in exilium missi ab Arrianis 90.b
Episcopi oculi domini appellantur 146.c
Episcopus non est accusandus apud arbitros seculares 146.d
Episcopi depositio quo fieri debeat 142.c
Epicurus omnia dicit facta fortuito, & tollit prouidentiam 26.c
Esse ex Deo non vno modo intelligitur. 156.b
Essentiæ diuinæ non omnia congruunt quæ de Deo dicuntur 62.a
Euagrius presbyter vertit vitam Antonij e Græco in linguam latinam 159.c
Eunomij hæresis 63.b
Eusebius Cæsariēsis primū subscripsit Arrianis deiſi catholicis 149.c, 150.b, 133.d
Excoriati viri & flagellati ab Arrianis. 90.a

FActura factori suo comparari non potest 7.a
Festiuitates natiuitatis domini & Epiphaniæ siue trium regum 95.c
Fides sine operibus mortua est 127.a
Fides Petri non defectura 135.b
Fides Christianorum est vera fides 99.a
Fidem vbiq; exigit dominus 100.a
Fidei obedientia nobis necessaria 50.b
Fideles quomodo dicātur deo viuere 14.c
Fideles oēs nascunt ex spiritu sancto 14.d
Filij nomen quot modis accipiatur 150.c
Filij vera significatio 151.d

Filius dicitur fluuius ac splendor 50.c
& 67.c
Filius de patre natus 64.d.& 70.d
Filius minor patre secundum humanitatem 68.b
Filius in scripturis non nominatus est spiritus 44.b
Filius cur venerit in nomine patris & non filij 4.a
Filius Dei cur solus incarnatus sit 28.c
Filius non est pars patris sed imago 50.a
Filius non ex substantia patris exuberante, aut desecta genitus est 67.b
Fons ac lux dicitur pater 50.c
Fons aquæ erupit Antonij precibus. 168.c
Fronto quidam à dæmonio per Antoniũ liberatus 163.a
Fuga Athanasij 141.d
Fuga sanctorum omnibus vtilis 92.d
Fuga sanctorum 90.d
Fuga Christi 91.b

GEntiles simulacris suis quasi dominis seruiunt 78.c
Gentilium error conuincitur 37.b
Gratiarum actio post mensæ finem 127.a
Gregorius Nyssenus 96.a

HErcules pro Deo habitus 39.c
Hæretci inter se dissident 149.d
Hæretici deprauant scripturas 156.c
Hæretici varij in sententijs, vt Chamæleõtes in coloribus 149.a
Hierusalem destructio prædicta à Daniele 36.d
Hæreticorum peruersitas 43.c
Historia euangelica etiam spiritaliter intelligenda est 115.d
Hominem satius fuisset non fieri, quàm factum abijci 27.d
Hominis & brutorum discrimen 83.c
Homo quomodo conditus sit ad imaginem Dei 26.d
Homo Dei quis sit 13.c
Homo ad incorruptionem conditus, malitia sua mortem incurrit 27.b
Homo ad imaginem Dei conditus 75.a
Homuncionitarum hæresis 22.c
Hosij episcopi catholici cõmendatio 89.d
Humanum genus qũo post peccatũ Adæ in omnia vitiorum genera prolapsum sit 27.c

INcarnationis verbi Dei causa 28.d
Ieiuniorũ mẽsura & vtilit. 119.b.& 125.b
Ieiunandum non à cibis tantum, sed et ab omnibus vitijs 125.d
Idololatriæ origo vnde nata sit 76c
Idololatria quomodo incremẽtum sumpserit 76.d
Idololatria apud homines inualuit 29.a
Ignorare quomodo dicatur Christus diẽ iudicij 73.d
Imago dicitur filius 67.c
Imago Christi à Nicodemo facta 123.c
Imago patris filius, ad cuius imaginẽ nos facti sumus 29.c
Imago Christi à Iudæis in Syria crucifixa, 112.b
Imago vna est trinitatis 9.c
Incarnatio verbi incomprehensibilis 57.d
Incarnationis verbi fructus 30.b
Ingenitus cur pater dicatur 63.a
Idolorum cultus Christi aduentu desertus 38.c
Iob cur à diabolo percussus sit 164.b
Ioseph pater Iesu putatiuus, vir nobilis erat 115.a
Iouis & deorum libidines 171.c
Infamis testimonium nõ est validũ 146.d
Inferorum expugnatio 107.c
Inuidia non cadit in Deum 86.c
Inspirauit dominus in faciem Adæ 117.b
& 118.a.d
Iudices quales esse debeant 148.a
Iudæi ad fidem conuersi 123.b
Iudæi puniti 89.b
Iudæorũ Impietas gẽtiliũ insaniæ par 113.c
Iudæorum malitia 149.a
Iudæorum insipientia ac flagellum 108.a
Iudæorum pœna 109.a
Iudæorum error conuincitur 35.d
& 36.c.d
Iudicatus dominus à Pilato 103.d
Iudicium extremum futurum 41.b
Iudicia Ecclesiæ & Episcoporum, ad Romanam Ecclesiam veluti primatẽ referenda sunt 137.d.&144.a
Iupiter Cretensium Deus 77.a
Iupiter adulter & impudicus meticulosusq; 78.a
Iuramentum Dei 101.c
Iusiurandum vitandum 100.a
Iustorum lætitia post mortem & damnatorum 97.d

LAbor iusti & peccatoris in hoc mũdo diuersus 127.d
Lachrymæ Christi 55.d
Lachrymarum laus 127.b
Lateris apertio quid significet 106.b
Laudes psalmorum 116.d
Lazari pauperis exemplum 97.d

Leo pro Deo habitus 81. b
Lex quomomodo sit spiritalis 47. c
Lex qualis data sit Adæ in paradiso. 27. a
Lex data est non solum propter Iudæos 29. b
Leges cur hominibus dentur 84. a
Liber pater pro Deo habitus, q ebrietatis magister hominibus fuit 39. c
Liberum arbitrium homo accepit 75. c
Liberum hominis arbitrium 27. a
Liberius Roman. pōtifex ab Arrianis sede sua pulsus cum cæteris Episcopis 89. d
Limites catholicæ fidei 19. c
Lingua taciturnitate custodienda 120. d
Locus obscurus Pauli ad Hebrēos exponitur 111. d

MAgi Pharaōis meliores Iud. 113. c
Magia apud Aegyptios ante Christi aduentum prævaluit 39. a
Magiam Christus aduentu suo destruxit 39. b
Magicæ artes 29. a
Mala non sunt sed bona, exponitur 75. d
Mala non sunt 27. b
Malitia sibi primum nocet 103. b
Manichęorum impietas 14. a
Manu Dei omnia facta 151. b
Martiniani filia à dęmonio liberata 167. c
Martyrium sine morte quale sit 92. b
Maximiani persecutio 166. b
Maledictum pro nobis Christus factus, exponitur 130. d
Mensa virginum qualis esse debeat 126. d
Mentientes spiritui sancto, Deo mentiuntur 14. b
Miracula facta in passione imaginis Christi 123. a
Monachis quæ primū sint necessaria 119. a
Monachos & virgines Christi maxime odit diabolus 163. a
Monachus extra monasterium similis est piscibus extra aquas 172. b
Mors ante aduentum Christi etiam viris sanctis fuit terribilis 33. b
Mors à Christianis contemnitur 33. b
Morbo aliquo non decuit Christum mori 31. d. 32. a
Mori in aere Christus debuit 32. d
Mori noluit Christus absq; arbitris & testibus 32. b
Mors fide Christi ac signo crucis pessundatur 33. d
Mortem homo peccando meruit 27. d
Mortem crucis quare Christus subire voluit 31. d
Mortem quomodo non timuerunt sancti Dei homines 92. b
Mortem nō debuit Christus corpori suo vltro consciscere 32. a
Mortem ignominiosam cur Christus elegerit 32. b
Mortis aculeus 106. b
Mortem Christus destruxit primus in corpore suo 34. a
Mori Christus cur voluerit in aere 105. a & 107. a
Mortalitas homini est naturalis 27. b
Mortis Christi fructus 109. d
Morte moriemini, exponitur 27. a
Mundi vnitas probatur 86. a
Mundus à Deo factus est sicut & omnia visibilia & inuisibilia 20. d. & 21. a

NAsci ex Deo quid sit 67. d
Natiuitas filij inenarrabilis 8. a
Natiuitas Christi singularis 35. c. & 36. a
Natiuitas filij non est posterior sempiternitate patris 7. d. 8. c
Natura diuina & trinitatis mysterium ab homine comprehendi nō possunt 9. d
Natura filij & patris indiuisa est 24. d
Negligere cum possis deturbare peruersos, est fouere 145. d
Nemo ascēdit in cœlum, nisi qui descēdit de cœlo, exponitur 57. d
Nicęna synodus 119. b
Nicęni concilij autoritas 132. a & 134. b. 136. b
Nicęni synodi decreta corrupta ab hæreticis 145. c. 147. b
Nicęni concilij fides 142. b
Nicęni concilij decreta 140. d
Nicæni decreta concilij damnat Arrius. 61. c
Nicæni concilij decreta super fide catholica 62. b
Niniue subuersio & pœnitentia 101. d
Nocte media surrexit dominus 128. a
Non est meum dare vobis, exponitur 69. c
Non esse indignum verbum patris apparuisse carne vestitum 37. b
Notio Dei est eius essentia 67. c
Nouati error 111. c
Nuptiæ illicitæ non sunt 119. b
Nuptiæ secundæ non sunt dānandæ 20. d
Nutu solo cur Deus noluerit hominem liberare 38. a

OLeū in lāpade sunt opa bona 128. d
ὁμόσιον vox, q̄ occasiōe repta 156. b
Opera Christi in carne incomprehensibilia 40. d

Opera Christi secundū humanitatē, vim habebant diuinitatis 111.a
Opera Christi testimoniū diuinitatis ipsi perhibebant 30.a.d.& 31.a
Opifex melior opificio 88.c
Orandum semper 119.b
Orandi & legendi vtilitas 120.c
Ordo vniuersi moderatissimus 85.b
Origenis opinio de peccato in spiritum sanctum 110.a
Osius episcopus Arrianus 3.c
Paphnutius confessor 163.b
Parentum honoratio à Iudæis in diuersum vsum mutatus 89.b
Pater impassibilis 63.b
Pater à filio totus videtur 70.d
Pater semper fuit pater, & filius semper filius 8.c
Pater nec voluntate nec necessitate genuit filium 56.a
Pater in diuinitate, non ex alio patre 44.d
Pater quomodo sit maior filio 22.c
Patris sempiternitas filius est, & filij sempiternitas pater est 9.a
Passio domini non erubescenda 102.a
Passio Christi humanitati ipsius adscribēda est, & non diuinitati 23.a
Pastoris libri vtilitas 26.d
Pastoris liber ab Arrianis citatus 133.c & 156.a
Patientia virgini Christi necessaria 115.a
Peccatum in spiritū sanctum qd sit 110.d & 111.b
Pœna contradicentium concilio Nicæno 193.a.& 144.c
Pœnitentiæ vis & necessitas 27.d
Persecutio quanta fuerit contra Athanasium 145.b
Persecutionis vtilitas 92.d
Personæ tres vnius naturæ sunt 3.a & 5.a.& 58.b
Personarum diuersitas ostenditur ex scripturis 6.a
Personarum nomina & proprietates cur distinguantur 7.b
Petrꝰ apostolꝰ oībus apostolis præfatꝰ 137.b
Petrus Romę martyrium passus 92.b
Phœnices & Cretenses Saturno filios immolabant 81.d
Philosophorū falsa de dijs opinio 80.b
Phidiæ sculptoris commendatio 84.d
Philosophi ab Antonio victi 170.b
Photini hæresis refellitur 23.b.c & 63.b.& 67.d
Piscis pro Deo habitus 81.b
Plato Dianam adorauit cū Socrate 77.d
Plato credidit mundum à Deo factum. 38.a
Platonis error de creatione rerum 16.c
Plenitudo diuinitatis omnis in Christo est 22.a.b
Potus aceti 106.d
Primates & archiepiscopi qui sint 147.b
Primogenitus Christus secundum humanitatem 25.d
Principatus vnius optimus 85.d
Priuilegia sedi concessa apostolicę 141.a
Prodigia in passione Christi 166.b
Probus iudex 60.c
Processio spiritus sancti cuiusmodi sit 55.b & 56.d
Prophetarum de Christo testimonia 34.d
Prudentia vera quæ sit 125.b
Prouidentia diuina & gubernatio, quomodo ex elementis & creaturis agnoscatur 85.a
Puella quædam per Antonium ab infirmitate curata 168.b
Pulli solutio exponitur 114.d
Quaternitatem pro trinitate quidā asserunt 130.d
Quædam opera Christi, eius humanitati tantum adscribenda sunt 73.c
Quæstio de patre, filio & spiritu sancto, 43.d
Quæ fide traduntur, cognitionem habēt curiositate inscrutabilem 44.c
Quæstiones 41. Athanasij 95.a
Quid factum sit de sanguine & aqua, quæ de imagine domini decurrerant 124.a
Qui inuenit animam suam, perdet eam, exponitur 114.d
Quo tempore missus sit filius à patre, 24.c
Redemptio generis humani, nec per angelos nec per homines fieri potuit 29.c
Regnum filij DEI, nunquam finietur. 72.c
Regnum cœlorum non debetur otiosis, sed afflictis 117.d
Religiones tres in mundo 61.b
Renasci quid sit 29.d
Renouari & pœnitere, differunt 111.d
Respicere retro quid sit 163.c
Resurrectio corporis & animæ credenda 21.a
Resurrectio Christi cur non statim, sed tertia die facta sit 33.a
Resurrectio mortuorum per spiritum sanctum fit 13.a

Resurrectionis Christi indicia 34.a
Romana ecclesia oīb9 ecclesiis plata 137.c
Romani quoscunque volunt deos faciunt 77.b
Romano pontifici omniū Ecclesiarum cura commissa est 144.a
Romani pontificis potestas 145.a
SAbellij hæresis refellitur 7.b & 17.d.44.d.63.a
Sapientia patris filius 50.d
Sanguis Christi miraculosus, qui in diuersis reperitur locis 124.b
Sanguis Christi verus in altari per manus sacerdotum quotidie spiritaliter efficitur ibid.
Sanctificat creaturam pater & filius & spiritus sanctus 13.a
Sanctorum quidam vltro se obtulerūt persecutoribus instinctu spiritus sancti 93.b
Sanctificator spiritus 51.c
Scandalum non ponendū fratribus 120.b
Sectarū diuersitas apud Christianos 61.b
Sensus Christi quis sit 13.c
Scythæ homines immolant dijs suis 81.d
Scriptura quandoq; loquitur ex persona patris, quandoq; filij, quandoq; spiritus sancti 13.d
Scripturæ in Christo implentur 102.c
Synaxes Christianorum 89.d
Synagogæ Iudæorum in Ecclesias Christi & martyrum consecratæ 123.d
Signa fecit Christus quę nemo alius 36.b
Signa euidentissima contra Iudæos, Christum aduenisse 36.d
Signorum operatio 165
Synodus Alexandrina congregatur 60.b
Signa aduentus Christi in carnem 113.c
Silentium Christi in passione 103.d
Sion significat ecclesiam catholicā 143.b
Simulacra gentium 87.d
Scripturas intelligere nō possumus absq; munditia animi 41.b
Scripturæ sæpe commemorant patrem & filium, & non etiam commemorāt spiritum sanctum 11.c
Spiritus noster renouat in spū sancto 48.a
Spiritus varijs modis vsurpatur in scripturis 45.d.47.b
Spiritus sanctus à patre & filio procedit 41.d
Spiritus sanctus non est creatura 42.a
Spiritus sanctus Deus est 57.a
Spiritus sanctus creator est 13.a.12.d
Spiritus sanctus legislator 19.a
Spiritus sanctus est spiritus viuificator. 11.a.17.b
Spiritus sanctus Deus est 12.a
Spiritus sanctus in Deo est 51.c
Spiritus sanctus est spiritus patris & filij 74.b
Spiritus sanctus lumen & ignis dicit 17.a
Spiritus sanctus nec pater est nec filius 6.d
Spiritus sanctus locutus in patribus 54.a
Spiritus sanctus nō est genitus à Deo 17.c
Spiritus sanctus non est creatura 6.d
Spiritus sanctus signaculum vultus domini 17.a
Spiritus sanctus in scripturis non simpliciter absq; addito dicitur spūs 46.a.b
Spūs sanctus cur non dicatur filius 49.d
Spiritus sanctus non est angelus 43.c & 51.d
Spiritus sanctus adoratur ab angelis 16.c
Spiritus sanctus aqua in scripturis appellatur 17.a.d
Spiritus sanctus creator est 69.d
Spūs sanctus non est pater Christi 70.a
Spiritus sanctus Deus est ibid.
Spiritus sanctus ab æterno fuit 42.a
Spiritus sanctus sensus est domini 18.c
Spiritus sanctus neq; creatus est neq; seruus est 10.d.16.c
Spiritui sancto resistentes, negant & filium 45.d
Spiritu sancto potamur 50.d
Spiritibus in inferno quomodo Christus post mortem prædicauerit 130.b
Spiritaliter iudicat oīa, exponitur 54.b
Spiritalis quis sit 13.b
Spirirituum bonorum & malorum discretio 165.d.166.a
Solicolæ Manichæi 23.c
Soluēdi potestas discipulis tradita 115.b
Sophismata philosophorum 171.a
Statuta synodica de criminosis accusatoribus 141.b
Stephanus primitiæ martyrum 15.b
Subiecta omnia Christo 25.b
Substantia duplex 65.a
Superbia vitanda 120.d
TEmpus quærendi & tempus amittendi, exponitur 14.c
Temporis finis incognitus 91.c
Tentatio non oīs à diabolo 166.d
Theognosti opinio de peccato in spiritū sanctum 110.a
Triduo & non vltra corpus Christi in sepulchro esse debuit 33.a
Trinitas personarum vna persona nomis nata intelligitur 11.d

Trinitas ab æterno fuit 42.b
Trinitas indiuisibilis & vnita sibi ipsi est, & cum dicitur pater adest & huius verbum, & qui in hoc est spiritus 49.b
Tristitia Christi 55.d
Tunicæ pelliceæ 105.d
Tunica inconsutilis quid significet ibid.
VAlentini impietas 48.b
Vaticinia prophetarum soli Christo congruunt 35.d
Veneficium & incantatio an possint hominem occidere 96.b
Verax solus Deus 100.c
Verba Christi spiritaliter intelligēda 111.a
Verbo Dei omnia creata sunt 88.b
Verbo Dei omnis creatura consistit & obtemperat 86.d
Verbum Dei non inquinabatur in corpore adsumpto, sed potius ipsum sanctificabat 30.c
Verbum vocale & transitoriū quid sit 86.b
Verbum Dei Deus, eiusq; virtus 86.c
Verbum Dei filius est 68.c
Verbum Dei vt per corpus agnosceretur, & per ipsum pater, carnē induit 29.d
Verbum caro factum est, exponitur 130.d
Victus vestitusq; qualis esse debeat 120.c
Visio lamentabilis Antonio ostensa 172.d
Vicū hic inhabitamus non ciuitatē 114.a
Vnctio spiritus sancti quid sit 42.a
Vnigenitus est Christus secundū diuinitatem 25.d
Vniuersi cōnexio, integritas & ornatus 85.b
Vnitas trinitatis non tantum est voluntatis sed & naturæ 2.a
Vnus Deus, omnium conditor, non duo principia 76.b
Vnus Deus in trinitate 2.c
Vnus spiritus in trinitate nō plures 2.a
Vnus dominus in trinitate 2.d
Virgines ob confessionē fidei ab Arrianis nudatæ & afflictę 90.a
Virginitatis præconia 128.d
Virginitas homini possibilis 108.c
Virginitas homini possibilis à Christo edocta 40.a
Virginum, martyrum & monachorum cōtra diabolum victoriæ 107.a
Virgines Deo dicatæ debent esse sub regula 126.d
Virgo cōtinens, Deo adhærent, vnus cum eo spiritus efficitur 124.d
Virgo & vidua quomodo debeāt esse sanctæ corpore & spiritu ibid.
Virgo Christi qualis esse debeat 125.a
Vinum aquæ miscere quid sit 151.d
Vita Christi exemplar est nostræ 55.d
Vocabulorum immutandorū ratio 62.d
Vocatio gentium 37.a
Voluntas accepta secundum id quod habet 121.a
Votum virginitatis Deo exoluendū 100.d
Vrbici potentini hæresis 6.c
Vterus, oculi ac manus Dei 86.b

FINIS.

D. ATHA-

# D. ATHANASII AR
## ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

viri sanctissimi vita, per Ioannem Aretinum collecta:

VM post persequutionem Diocletiani & Maximiani imperatorum crudelissimorum pax Christianis & quies data fuisset, & fœcũditas Ecclesiæ fructus exhiberet amplissimos, atq; confessorum inclitis meritis gauderet, contusus dæmon, astu callido noua cõtra Ecclesiam bella, atq; prioribus persequutioni buspeiora excogitauit. Et cùm creatoris diuinis cultus quotidie per orbem terrarũ excresceret, nec aperto bello, vt exptus fuerat, comprimi potuisset, sed quanto maiores per sequutiones inferebat, tanto maior Ecclesiæ gloria, & Christianorum victoria resultabat noua machinatus, non iam aperte, sed ex his, qui nomine potius, quàm re Christiani dici poterant, aliquos occultè circumueniens ad dissidium fidei & Ecclesiæ Dei, ac veri cultus persequutionem adduxit, atque magnam gentem in pristinum redegit errorem, vt creaturam potius, quam creatorem adorari contenderent, Christum scilicet Iesum, quem creaturam omnino profiteri non verebantur. Sed Christus ipse, qui Petri nauiculam submergi non patitur, dedit sapientiam sanctis suis, qui quum in illius splendoris radios aciem omnino intendissent, vero lumine illustrati, pro Euangelica prædicatione, ac veri cultus pietate ad mortem vsq; decertarunt, atque diabolimachinas conterentes, serpentis antiqui caput fortiter contriuerunt. Inter quos præcipuus apostolicæ gratiæ particeps magnus Athanasius fuit Alexandrinæ celeberrimæ ciuitatis Antistes, qui veluti margarita præfulgida, feruens spiritu & cœlesti amore saucius, diutissime magistratibus plurimis, atque etiam regibus hæreticorum ducibus, per totum orbem pro tuenda rectæ fidei puritate, ardentissime obstitit. Et diuina virtute fretus aduersus impiorum turbam maximis periculis vndiq; agitatus, victoriam penitus reportauit. Cuius tanta & tam præclara contra hęreticos in beata Ecclesia pro fidei integritate fuêre certamina, vt etiam de ipso id dictum esse videatur quod scriptum est: Ego enim ostendi illi quanta eũ pro nomine meo oporteat pati. Nam in eius persequutiones non qua dragintaviri, sed vniuersus penè conspirauit orbis. Commoti sunt principes terræ & gentes & regna, atque exercitus contra illum conuenerunt. Sed ipse diuinum eloquium opere implebat, quo dicitur: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Verum tanta illius ac talia ferũtur gesta, vt vel certamina exponere, vel variam in diuinis eloquijs differendis sapientiam, quæ in libris ab eo relictis sole clarius eluceret, enarrare nemo quantalibet facundia præditus digne pro meritis posset. Nec nos id efficere pollicemur, sed pro virili nostra eius quædam gesta quæ apud Græcos conscripta comperimus, in Latinum fidelissime conuertemus. Addemúsque alia quædam quæ apud Latinos ac probatissimos autores legendo didicimus, atque in primis quæ

D

nam fuerit pueri indoles, & vitæ tam mirabilis indicium, paucis explicemus. A
Quum post felicem consummationem beatissimi martyris atque Alexandrinæ
Ecclesiæ præsulis Petri, & post eum Achillas sanctę memoriæ Alexander ipsius
ciuitatis ordinatus esset Episcopus, apud Alexandriam Petri martyris solen-
nem diem agebat. Et quum post expleta solennia conuenturos ad conuiuium
suum clericos domi expectaret, in loco mari vicino cernit ex editiore parte do-
mus pueros ludum ritu Ecclesiastico inire atq; ea quæ in Ecclesia geri consue-
tum fuerat, peragere. Erat autem domus aspiciens mare, in cuius littore ipsi lude
bant pueri, inter quos puer Athanasius simulatus erat Episcopus, & alij coæqui
partim presbyteri, partim diaconi designati, offerebant ipsi Athanasio catechu-
menos pueros baptizandos. Quos ille omni Ecclesiastico ritu seruato, baptiza
bat. Stupefactus autem in his quæ fiebant Alexander, ac illico perturbatus, voca-
ri ad se clericos iubet, atque eis quod eminus ipse viderat, ostendebat. Tum ab-
ire eos & comprehensos ad se perducere omnes pueros imperat. Cunque ades-
sent, qui eis ludus, & quid egissent, vel quomodo perscrutatur. Illi (vt talis habet
ætas) pauidè negare primum cœperunt. Sed vt cognitos se nouerunt, rem om-
nino gestam per ordinem pandunt. Quum Alexander diligenter inquirens ab
his qui baptizati dicebantur, quid interrogati fuerunt, simul & ab Athanasio
quid interrogauerat, vbi vidit secundum religionis nostræ ritum cuncta consta
re, allocutis clericis, cum consilio clericorum statuisse traditur, illis quibus in-
tegris interrogationibus & responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismum
non deberi, sed chrismate eos inungens signaculo Christi confirmauit. Et con-
uocatis Athanasij parentibus, ac illorum quos vel presbyteros habere vilius fue-
rat vel ministros, sub Dei obtestatione tradidit Ecclesiæ nutriendos. Atq; cum
pauco peracto tempore grammaticam sufficienter Athanasius atq; integrè per-
didicisset, tanquam fidele domini commendatum à parentibus Episcopo Alexā B
dro restituitur. Qui ab eo velut alter Samuel in templo domini nutriendus acci
pitur, vt si in senectute bona ad patres à domino vocari contingeret, ad portan-
dum post se sacerdotale Ephod eligatur. Interim quum successu temporum mi
rabiliter diuinis literis eruditus euaderet, & acrimonia ingenij, atque integrita-
te vitæ cæteris præstaret, instituente Alexandro archidiaconus Alexandriæ or-
dinatur Ecclesiæ. Cuius ingenium, fides, ac pietas in Ecclesiasticis negocijs, quā-
ta fuerint apud Nicænam in œcumenico seu vniuersali concilio ob fidei causam
congregato, ad quod cum Episcopo suo cōuenerat, omnibus palam fieri cœpit.
Verum, quoniam omnes Athanasij persequutiones & gesta, ob Arrij hæresim
principaliter describuntur, quæ præ cæteris hæresibus ante illam excogitatis mi
serabilius & crudelius in Christi cultores grassata fuit: visum est antequam ad
reliqua Athanasij gesta procedamus, huiuscemodi hæreses vsque ad synodum
Nicænam, & progressum atque synodum ipsam præclarissimam quàm breuissi
me dabitur explicare. Igitur per id tempus apud Alexandriam presbyter quí-
dam Arrius nomine erat, vir specie & forma magis quàm virtute religiosus, &
gloriæ laudisq; nouitatis improbè cupidus. Qui ab Achilla prædecessore Ale-
xandri diaconus ordinatus, & vt Theodoricus autor est, nouitatibus captus, ab
Ecclesia primum pulsus est: demum fidelium rogatu, denuo ad ministerium su-
sceptus fuerat. Is quum Alexandrum virum clarissimum pontificatus guberna-
cula suscepisse liuido oculo cerneret, nam eo tempore in ordine quidem presby
terorum Arrius erat, & diuinarum scripturarum expositionem videbatur habe
re commissam, rem hanc ferre non potuit, sed in rabiem quandam impatientiæ
deiectus, litis quærebat initium. Porro laudabilem videns Alexandri conuer-
sationem, nequaquam in eum calumnias contexere prævalebat. Nec tamen il-

lum

C lum quiescere infelix permittebat inuidia. Quamobrē diabolica suggestiōe deuictus, praua quædem de Christi fide proferre, atque in Ecclesia tempestatem exagitare adortus est. Et apertè Alexandri doctrinæ derogare atque resistere non formidauit. Et ob hoc ea proferre cœpit, quæ antea nunquam in quæstionem venerant. Nam quum Alexander ea quæ indubitata videbantur populo exponeret, & filium scilicet cum Deo genitore æqui honoris atque eiusdem substantiæ esse doceret: Arrius contra, & veritati obsistens, creaturam filium facturámque dicere audebat. Et ab illa æterna ineffabilique substantia Dei patris vel natura, filium separare conabatur quæ res plurimos in Ecclesia perturbabat. Sed quum Alexander Episcopus natura lenis & quietus, assiduis admonitionibus Arrium cuperet à prauo incœpto & assertionibus impijs reuocare, nec tamen res ex sententia procederet, & plerosque iam malum pestiferæ contagionis inficeret, non solum apud Alexandriam, verum etiam per alias vrbes, prouinciásque dispersa, pernitiosum fore iam credidit amplius dissimulare à talibus. Ob quod (vt ex ipsius Alexandri Epistolis habetur) centum ferè Episcopos ex Aegypti & Libyæ partibus congregari curauit, quibus causam Arrij sigillatim exponens, maturóque super his consilio adhibito, Episcoporum omnium consensu illum sacerdotali ordine priuauit. Quibus non assentiens Arrius, sed in peruersitate superbè perseuerans, iubente Episcopo Alexandro Alexandria vrbe depellitur. Quod quidem impatientissimè ferens, excogitare cœpit modum, quo Alexandrum à sede sua amoueret, & se Episcopum erigeret. Ob quam rem perficiendam, cum complicibus suis propria celebrabat concilia, & modum quo hæc exequutioni demandare posset, conquirere non cessabat. Quod præuidens Alexander, ne ex sacerdotibus quisquam eiusdem fallacijs caperetur, omnibus catholicæ Ecclesiæ Episcopis, ipsius impietatem
D enarrans, suis epistolis (quæ vsque in hæc tempora apud Græcos comperiuntur) indicauit. In quibus eos primum ad seruandum rectam Ecclesiæ catholicæ fidem, & vinculum vnionis & pacis hortatur. Deinde quemadmodum in diœcesi sua surrexerunt viri iniqui & Antichristi præcursores, quibus etiam Eusebium Nicomediæ Episcopum adhærere, & apertè patrocinari commemorat. Quamobrem ab eo cauendum admonet, & literas illius quibus Arrium & complices apud quoscunque laudare solebat, minimè suscipiendas esse, totis affectibus hortatur. Post hæc Episcopos aliquos à recta fide deuiantes, atque Arrio adhærentes, nominatim connumerat, exponítque deinde eorum perfidiam in hæc verba: Ea verò quæ proferuntur huiuscemodi sunt: Non semper inquiunt, Deus pater fuit, non semper fuit Dei verbum: sed fuit quando Deus pater non fuit. Dei autem verbum ex non existentibus factum fuit. Existens enim Deus non existentem ex non existente fecit. Quapropter aliquando fuit quando non fuit. Creatura est enim & factura filius. Neque similis est patri secundum substantiam, neque vera sapientia eius est, neque verum naturaliter patris verbum est, sed verbum abusiue ac sapientia dictum. Vnde & conuertibilis est, ac per naturam vt rationalia quęque animalia mutabilis, peregrinúmque, extraneum, & remotum à paterna substantia est verbum, atque inuisibilis est filio pater. Neque patrem perfectè filius nouit aut perfectè videre potest, nec suam quidem substantiam nouit filius sicuti est. Qui propter nos factus est, vt per eum veluti per instrumentum, nosipsos Deus formaret. Et hæc sunt ferè blasphemi Arrij & sequacium, quæ in ipsa eadem epistola pluribus autoritatibus & argumentis Alexander ipse detestatur. Vbi etiam enarrat, illos se pluries conuicisse, atq; rursus vt chamæleontes in nouam speciem commutari. Vltimo deprecatur, ne eos si forte ad illos aduentare tentauerint, suscipere omnino velint,

sed vt ipsi Christiani, illos Christum saluatorem nostrum blasphemantes, omni A
indignatione detestentur penitus & abhorreant. Per idem tẽpus alius Alexander, vir multa sanctitate præditus, apud Constantinopolim Episcoparum gerebat. Cui Alexandrinus Alexander simile penè epistolam superiori direxit, in qua copiosè & subtiliter pluribus rationibus & inconuincibilibus diuinæ scripturæ autoritatibus, omnem Arrij perfidiam destruxit, atque veram fidem manifestissimè declarauit. Hortatúrque eum ad concordiam & defensionem veræ fidei, & quod bellum & certamen pro Christi nominis defensione contra aduersarios & blasphemos inire non formidet. Similiter & aliam huic consonam direxit epistolam Philogonio Antiocheni sedis antistiti, & aliam Eustachio, qui apud Bergam Episcopalem cathedram gubernabat, alijsque compluribus, quos integros & apostolicorum dogmatum defensores dinouerat. Verùm, Arrius neque ipse quiescebat, nec minus studebat ad complices suos literas scribere, & ad Eusebium maximè, cuius fauore & autoritate se plurimum prævalere sperabat. Cuius vnam ferè totam describemus epistolam, quam & Græci plures in suis commentarijs descripserunt, vt ipsius met verbis omnibus eius perfidia innotescat. Domino desideratissimo viro Dei fideliq; & orthodoxo Eusebio, Arrius qui ob veritatem, quam tu quoque defendis, persequutionem à Papa Alexandro iniuste perfert, salutem in domino. Quum pater meus Armonius Nicomediam aduentaret, dignum quoque putaui ad te literas in pignus nostri amoris dare, quam singulis diebus erga fratres intuitu Dei, & rebus ipsis te exhibere cognouimus. At nos Episcopus noster vehementer opprimit & insequitur, & veluti Deo rebelles ciuitate priuauit, & animum etiam cuiusque alias benignissimi contra nos quotidie excogitando literis suis exasperat, propterea quia ei consentire nolumus publice prædicanti: Semper Deus pater, semper filius: Simul pater, simul & filius: ingenito Deo semper genitus filius co existit, atque ab B
ingenito genitus, & quod neque cogitatione, neq; a thomo Deus filius ex Deo procedat. Et quoniam frater tuus Cæsariensis Eusebius, atque Theodoricus Laodiceæ, & Paulinus Tyri, Gregorius Beriti, & Erius Lydiæ Episcopi, atque per Orientem alij ferè omnes, sine principio Deum filio præexistere affirmant, ab eo anathemati traditi sunt: Solis Philogonio Antiochiæ, & Helladio Tripoleos, atque Macharío Hierosolymorum Episcopis eis consentientibus, hominibus ineruditis atq; hæreticis. Quorum alij quidem filium eructationem asserunt, alij præpositionem, alij congenitum. Quas sanè impietates (& si imminere ab hæreticis mortes comminentur) audire non valemus: Sed quoniam dicimus, sapimus & docemus, filium nõ esse ingenitum nec ingeniti partem, aut ex subiecto aliquo, sed vnigenitum conuertibiliter; ipsumq; antequam generaretur, aut crearetur, aut prædestinaretur, aut fundaretur, non fuisse, persecutiones patimur. Similiter autem, & cùm asseramus: Quoniam principium habet filius, Deus autem sine principio est, atq; filius ex nõ extantibus est, quod intelligere volumus secundum quòd Dei pars, & non ex aliquo existit subiecto, persecutionibus quatimur. De cæterotu nosti, & te nostrarum tribulationum memorem in domino valere percupto. Quam epistolam quum Eusebius suscepisset, aliam ad Paulinum Episcopum Tyri ipse conscribens, suæ impietatis venenum euomuit. Idẽ cum Arrio asserens, filium factum quidem à patre, nec eiusdem substantiæ esse posse, atque similia diuersis Episcopis Orientis scribens hortabatur, ne Alexandri epistolis consentirent. Alexandro verò frequenter scribebat, vt Arrium & complices susciperet vellet, quod ille abhorrens penitus detestabatur. Verùm, quum ob moram quam apud Nicomediam Imperator ducere consueuerat, Eusebius ei familiaris effectus, & inter omnes ferè Orientales Episcopos potentissimus

simus haberetur, à plurib⁹ timebatur ac verebatur Episcopis, quibus quotidie scribens, subscriptionem impietatis Arrij ab ipsis facilitèr impetrabat. Sicque ipse & eius complices Episcopi, duces ac præceptores Arrianæ impietatis effecti perunt, & ex aduerso rectæ fidei, quam Alexander viriliter defensabat, qui consentientes erant, se subscribere omnino curabant. Vnde omnis iam penè Orientalis Ecclesia turbatur. Et non solũ Ecclesiarũ principes inuicẽ concertabant, sed dira per incautum serpebant contagia vulgus, atque intantum hæc subcreuerat contentio, vt in vicis & theatris Christianitati, & diuino nomini, publicè derogaretur. Nec tamen desistebat Eusebius Alexandrum ipsum ad communionem Arrij exorare. Sed sentiens tandem Alexandrum inclinari non posse, ira atque indignatione percitus, in fauorem Arriani dogmatis palam & penitus se conuertit. Et concilium in Bithynia congregari procurans, scribit Episcopis vniuersis, vt complicibus Arrij, tanquam orthodoxis communicare velint. Atque illos exhortatur, vt Alexandrum ad ipsam eandem Arrij communionem strictissimè conuocent. Quo quum frustrati fuissent, nequaquam Alexandro id consentirè volente, ad illas machinationes se & complices contulerunt. Nam Eusebius ipse odio in Alexandrum vehementissimè ferebatur, quod grauiter eum in epistola ad Episcopos nominauerat. Sicque crescente indies peste, latius crebrescebat dissensionis sermo, vsquequo ad aures religiosi principis Constantini, plenissime innotesceret. Quo ille perculsus pariter & afflictus, vehementer indoluit. Quippe qui omni studio & diligentia instabat Christianam religionem excrescere, & illam dissensionibus longè minui prævidebat. Ob quod culpans Arrium, pariter & Alexandrum, communem ambobus scribit epistolam. Eis impingens, quòd quæstionem quam abscondere debuerant, in populos palam protulerint. Quam nec quærendam ab initio, nec excogitandam enarrat, & excogitatam potius taciturnitate tegendam. Quæ epistola in libris Eusebij Pamphili, quos de vita Constantini scripsit, inseritur, cuius partem in Latino stylo vertendo, vt tanti principis pietas cognoscatur, in hoc libro interseremus. Victor Constantinus, Pius, Maximus, Alexãdro & Arrio, & infra subdit. Didicimus præsentis quæstionis initium tunc sumpsisse, quum tu à presbyteris Alexander, vana magis quæstione quàm necessitate commotus inquirebas, quis nam intellectus esset loci cuiusdam in lege descripti. Ad quod tu Arri pertinacius magis ea quæ nec excogitare, nec excogitata in medium proferre oportebat, improuide obiecisti. Ob quod inter vos exorta discordia id effecit, vt diuina contemnantur mysteria, & populus diuisus communis corporis congruenti cõmunione separetur. Verbis igitur nostris assensum præbete, atque his obedite, quæ conseruus vester iustè admonet. His rogo deponite contentiones, & earum scilicet rerum, quas nec requirere, nec de his quærentibus respondere condignum est. Nam inutiles illæ quæstiones habentur, quæ nulla legis necessitate, sed inani quadam contentione à sacerdotibus inducuntur. Quæ & si causa exercitij cuiuspiam naturalis proueniant, intra sensus intimos illas cohibere, & non promptè in conuenticula deportare debemus. Nam quis huiuscemodi quæso imperscrutabilia dignè cognoscere poterit? Quod si fieri posset, quænam esset illa populorum particula, cui id persuadere rectè posseris, aut quis huiuscemodi subtilitatem absque lapsus sui periculo contrectabit? Fugienda ergo in talibus multiloquia, vt quod nostræ naturæ infirmitas explicare nequit, discentium mentes tardiore forsitan intellectu percipere non valentes, in blasphemias aut schismata prolabantur. Quamobrem & incautæ interrogationes, & responsiones improuidæ, æquam alterutris veniam tribuant. Nec pro prauis vanisque contentionibus & causis, tantum Dei populum dissidere

decet, quem vestris orationibus & prudentia conuenit gubernari. Et vt paruo quodam exemplo vestram conueniam sapientiam: Notitis philosophos, qui vni se sectæ addixerunt, & in vnum dogma consentiunt, si in quadam sententiæ partæ discordent, licet in eo disciplinæ ipsius virtute separentur, ad inuicem tamen dogmatis & sectæ vnitate conspirant. Quum hæc ita sint, quanto iustius vos magni Dei ministros in voluntate religionis decet esse concordes. Nec dignum est vanis sermonum certaminibus, fratres fratribus insultare. Et infra subdit: Reuertimini ergo viri prudentissimi ad mutuam inter vos amicitiam, & amorem reddite Christiano populo vestros optatos amplexus, & vestras animas expiantes, inuicē vosipsos rursus agnoscite. Suauiores enim sunt crebrò amicitiæ post inimicitiarum causas deletas ad concordiam restitutæ. Reddite ergo & mihi tranquillos dies & securas noctes. Iam enim tempus est ô magni Dei sacerdotes, tantos populos conseruos meos vestris altercationibus, iniuste diuisos, ad Christi vnitatem congregare. Nam ad Orientem ego properare festinans, quum Nicomediam aduentassem, fama tantæ rei perterritus, penitus detentus sum. Nec patitur animus ad ea loca procedere, vbi illa videre compellerer, quæ nec fore auditui possibilia iudicaueram. Qua propter vestra concordia mihi Orientis viam aperite, quàm discordia & contentione claudere potuistis. Hæc igitur & plura quæ in eadem epistola continentur, Alexandro & Arrio pijssimus scripserat imperator: Nunc illos arguendo, nunc pro virili admonere procurans. Sed hanc pestem priusquam in alios diffunderetur, seposse præoccupare, pius princeps considerans virum quendam, quem iuxta se fide & charitate insignem habebat, & prioribus temporibus pro Christiana religione confessionibus comprobatum, nomine Osium Cordubę ciuitatis Hispaniæ Episcopum, ad Aegyptum direxit, qui sua autoritate & sapientia, tumultuantes populos conquiescere faceret. Verùm, quum eius autoritas apud hæreticos prævalere non posset, sed quotidie magis ea pestis inualescceret, præter spem principis re infecta reuersus est. Quum pijssimus imperator videns grande periculum Christianæ religioni imminere, & totis visceribus cupiens tantis malis obsistere, consilio grauium virorum suscepto, concilium apud Nicænā vrbem congregari iubet, & ex omni penè orbe Episcopos conuocans magna diligentia, & regia largitate sumptus omnes opportunos, q̄ magnificentissime exhiberi iubet. Et vt Eusebius Pamphilus libro tertio vitæ Constantini describit, vehicula publica per diuersa loca conduci statuit, mulosq; & equos, camelos & asellos, prout loci opportunitas commodius exhibebat. Nauesq; in portubus præparari mandat, cibaria pro eorum voluntate, non Episcopis solum, presbyteris aut diaconis, clericis & eorum seruis, sed alijs etiā quibusq; & cuiusq; generis hominibus, ad huiusmodi congregationē volētibus aduēnare, largissime præcepit exhiberi. Veniunt ergo ex omni penè Europa, Libya & Asia, sacratissimi patres, qui veluti beatorum chorus, virtutibus miris in illis relucentibus, videbantur. Sicq; decimooctauo imperij Constantini anno, pontificatus verò Syluestri decimoquarto, vt verissimè computauit Eusebius, in Nicæna vrbe cōgregati sunt. Et vt ipse Pamphilus eodem libro tertio de vita Cōstantini enarrat, li
*Cylicos bebat tūc aspicere Syros simul & [ Sylicos sacros antistites, Phœnicesq; & Arabes atq; Palęstinos, Aegyptios etiā & Thebeos, ac Libycos, simul & qui ex Mesopotamia oriuntur, atq; etiam ex Perside venit Episcopus, nec à Scythia defuerunt. Pontus similiter & Asia, Phrygia & Pamphylia, viros probatissimos præbuerūt. Aderāt & Thraces Macedonesq;, & Achiui, & hi qui Epyrū inhabitāt, vt sermo ille cōpletus iam videretur, quē in Actibus apostolorū Lucas enarrat.

Quòd

Quòd cõuenerant Hierosolymis ex omnibus gentibus quæ sub cœlo sunt, viri religiosi, inter quos erant Parthi & Medi & Elamitæ, &c. & qui habitant Mesopotamiã, Iudæam & Cappadociã, Pontũ & Asiam, Phrygiam & Pamphyliam, Aegyptum & partes Libyæ circa Cyrenem & aduenæ Romani, Iudæi quoq; & proselyti, Cretes & Arabes. Veruntamen vt Eusebius subdit: Non magni Dei sacerdotes & ministri illi, vt nostri conuenerant, & sequitur: Erat siquidem in præsenti choro Episcoporum multitudo numerum trecentorum exuperans, quos ex presbyteris, diaconis & acolytis innumerabiles penè consecuti fuerant, quibus omnibus Imperator singulis diebus cibaria largissimè pro eorum voluntate exhiberi parauerat. Conuenerunt ergo ex parte Syluestri Romani pontificis, vt in epistola ad Marcum papam Athanasius memorat, Victor & Vincentius presbyteri, ipsius apostolicę sedis legati. Conuenerunt etiam ex principalibus alijs sedibus Episcopi, Alexander primum Alexandrinæ Ecclesiæ antistes, cui maxima pars synodalis curiæ imminere videbatur, qui & duxit secũ Athanasium archidiaconum suum, (cuius diligentia & sapientia, plurimi hæreticorum dolí atq; fallaciæ detegebantur:) adolescentem annis, sed scientia & sapientia canum. Ex Antiochia verò venit Eustachius, vir magnus & admirabilis, qui post mortem Philogonij, de quo suprà meminimus, ad eius Ecclesiæ regimen inuitus, & renitens omnium prouincialium Episcoporum decreto, adstrictus fuerat. Ab Hierosolymis etiam adfuit Macharius eius ciuitatis Episcopus, multarum virtutum fama plurimum decoratus. At ex Constantinopolitana vrbe, quæ Byzantium tunc dicebatur, Alexander vir sanctitate mirabilis, senio grauatus, interesse non potuit. Et præter hos alij conuenerunt Episcopi, quorum quidam diuinarum scripturarum scientia præfulgebant, quidam sanctitate præstabant, quidam verò in vtriusq; his mirabiliter probabãtur. Nam aderat & Osius Cordubensis, qui & vnà pluribus qui secum erant præsidebat Episcopis. Habebatur etiam inter eruditissimos Eusebius Pamphili Cęsariensis Episcopus, qui ecclesiasticam historiam vsq; ad Constantini tempora mira varietate & rerum peritia descripsit. Composuit etiam librum de temporibus, necessarium quidem, & infinita penè cura digestum. Quorum illum quidem Rufinus, hunc verò Hieronymus in Latinum stylum traduxit. Scripsit etiam libros quatuor de vita Constantini, quorum tertium ex omni penè Græcia vix comperire valui. Insuper & innumera penè volumina de nostra religione, vt idem attestatur Hieronymus, conscripsit. Aduenerat similiter & Iacobus Antiochiæ Mygdoniæ Episcopus, qui mortuos homines fertur suscitasse, & viuos diuersis curasse lãguoribus, atq; alia innumerabilia, vt refert Theodoricus Græcus scriptor, per eũ Deus operatus est mirabilia. Adfuit & Nicolaus Myrrheæ vrbis Ciliciæ Episcopus, vir admirabilis & omnibus virtutibus conspicuus, cuius vita inclyta apud Græcos & Latinos notissima est. Simíliter & Paphnucius Aegyptius Episcopus, in superiori Thebaida adfuit confessor, ex illis quos Maximianus dexteris oculis effossis, & sinistro poplite succiso, ad metalla damnauerat. In quo tanta virtutum inerat gratia, vt Rufinus in his libris quos ad Eusebij historiam addidit, signa per eum non minus quàm dudum per apostolos fuisse facta confirmet. Nam & dæmones verbo tantum fugabat, ægros sola oratione curabat, cæcis visum dicitur reddidisse, & paralyticos ad stabilitatem corporis reuocasse. Quem Constantinus in tanta veneratione & affectu habuisse scribitur, vt sæpius eum intra palatium euocatum complecteretur, & illum oculum qui confessione fidei fuerat euulsus, auidioribus osculis demulceret. Aduenerat & ex confessoribus alius Paulus Neotesariæ, quæ iuxta ripas Eufratis sita est, Episcopus, Is (vt Theodoricus refert) lixarum rabie compressus, ignito fer-

religatas manus comburi sibi ac desecari ob Christi religionem cõstantissimo animo passus est. Aderant & Episcopi quidam alij simplicitate quadam admirabili ac sanctissima decorati, inter quos & Spiridon Cyprius enarratur, qui eũ pastor ouium fuisset, etiam in episcopatu positus permansit. Et tunc quadã nocte cùm ad caulas fures venissent, [ & improbas aditum educendis ouibus facerent extendissent, inuisibilibus quibusdã vinculis restricti, vsq; ad lucem, velut traditi tortoribus permanserunt. At senior cùm oues ducturus ad pascua matutinus se ageret, videt iuuenes absq; humanis vinculis caulis pendere districtos, & noxæ causa comperta sermone absoluit, quos mente vinxerat. Et ne eis inanis nocturna cederet occupatio, tollite inquit, ô iuuenes vnum vobis arietẽ, ne sine causa venisse videamini, quam melius prece q̃ furto quæsisse conuenerat. Aliud & de eo fertur mirabile: Nam hic filiam habebat Hyrenen, quæ cum eis benè ministrasset, defuncta est. Post cuius obitum quidam aduenit, dicens ei se q̃dam depositum cõmendasse. Rem gestam ignorauerat pater, perquisitũ in tota domo nusq̃ quod poscebatur inuentũ est. Persistebat ille qui cõmodauerat, fletuq; ac lachrymis [ perurgebat, & vitæ suæ se illaturum exitium, nisi cõmodata reciperet, testabatur. Permotus lachrymis senex, ad sepulchrum filiæ cum illo properat, atq; eam nomine clamitat. Quæ de sepulchro respondens, loci vbi depositum fossum fuerat, illo petente edocuit. Et vt dixit, compertũ fuit. Alia eius gesta & mirabilia feruntur, sed hæc enarrasse sufficiat. Verum fama tantæ congregationis et opinione commoti, plurimi philosophi, opinatissimi & nobiles dialectici, ex diuersis vrbibus conluxerunt, optãtes cũ his sacratissimis viris disputationes de religione & diuino cultu inire. Inter quos (vt etiã Rufinus in dictis libris cõmemorat) insignis quidam philosophus, per singulos dies conflictum summi certaminis cũ nostris agebat Episcopis, viris quidẽ ad ea quæ moueret, non mediocriter eruditis. Et conuenientibus ad audiendum doctis & literatis viris, ingens fiebat spectaculũ, nec vllo disputandi genere philosophus à quo q̃ cõcludi poterat, aut cõstringi: Sed vbi maximè putabatur adstrictus, cauta dicẽdi arte obiectis quæstionibus occurrẽs, velut anguis lubricus labebatur. Sed vt ostẽderet Deus, q̃ non in sermone regnum Dei, sed in virtute consistit, adstitit ex confessoribus quidã simplicissimæ naturæ vir, nihil aliud sciens, nisi Christum & hunc crucifixum. Qui cũ inter cæteros auditores Episcopos adesset, & vidisset philosophum insultantem nostris, & callida se disputationis arte iactantẽ, poscit ab omnibus locum, velle se paucis cũ philosopho sermocinari. Tũ nostri qui simplicitatem viri & imperitiam in sermone duntaxat nouerant, pauere & velut pudorẽ quendã paticœperũt, ne fortè apud callidos homines risui fieret, neue sancta simplicitas pristeret. Tamen senior & huic mouit sermonis exordium: In nomine inquit, Iesu Christi, philosophe audi quæ vera sunt: Deus vnus est qui cœlũ fecit & terrã, quiq; homini, quẽ de terræ limo formauerat, spiritum dedit, vniuersa quæ videntur & quæ non videntur, virtute verbi sui creauit, & spiritus sui sanctificatione firmauit. Hoc illud verbum & sapientia est, quẽ nos filium dicimus, qui humanos miseratus errores, & per passionem mortis & perpetua nos morte liberat, ac resurrectione sua æternam nobis contulit vitam, quem & expectamus iudicem omnium quæ gerimus, esse venturũ. Credis hæc itaq; esse philosophe? At ille velut si nunq̃ vllum contradicendi sermonem didicisset, ita stupefactus, virtute dictorum mutus ad omnia hoc solum potuit respõdere: Ita sibi videri, nec aliud verum esse, quàm dixerat. Tum senior, si hæc (inquit) ita esse credidisti, surge & sequere me, ac dominicum & huius fidei signaculum suscipe. Et philosophus ad discipulos suos, vel ad eos qui audiendi gratia conuenerant: Audite inquit ô eruditi viri: Donec verbis mecum res gesta est,

Al. vt laqueos.

Al. poscebat.

A

B

C est, verba verbis opposui, & quæ dicebantur, dicendi arte subuerti: Vbi verò pro verbis, virtus processit ex ore dicentis, non potuerunt verba resistere virtuti, nec homo aduersari potuit Deo. Et ideo si quis vestrum potuit in his, quæ dicta sunt, sentire quæ sensi, credat Christum, & sequatur hunc senem, in quo locutus est Deus. Hunc per hunc modum philosophus Christianus effectus, congratulatus est se fuisse conuictum. Interea cùm Episcoporum conuentus per dies singulos agitari deberet, admirabile quoddam pijssimi principis factum à diuersis scriptoribus enarratur. Etenim cùm Episcopi conuenissent, atq; diuersis ex causis (vt fieri solet) inter se iurgia quædam detulissent, interpellebatur frequenter Imperator, atq; magis proterebantur culpæ & offerebantur libelli, quã ad id pro quo ventum fuerat, animos darent. At ille perpendens, quòd per huiusmodi iurgia summi negocij causa frustraretur, diem certã statuit, qua vnusquisque Episcoporum, si quid querimoniæ habere videretur, deferret. Et cùm resedisset, suscipit à singulis libellos, quos simul omnes in sinu suo continens, nec in eis quid contineretur aspiciens, sic ad Episcopos locutus est: Cùm vos Deus sacerdotes constituerit, potestatem tradidit iudicandi de nobis, & ideo nos à vobis rectè iudicamur. Vos autem cùm nobis à Deo dij dati sitis, ab hominibus iudicari non potestis. Ob quod solius magni Dei inter vos spectate iudicium, & iurgia vestra quæcunq; sint, ad illud diuinum reseruentur examen. Nam conueniens non est, vt homo dijudicet deos, sed ille solus de quo dictum est: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat. Et ideo his omissis, illa quæ ad fidem Dei pertinent, absque vlla animorum contentione distinguite. Et cùm hæc dixisset, ne vlli hominum sacerdotum simulatio innotesceret, omnes simul libellos querimoniarum iussit exuri. Quæ omnia cùm sacerdotes intellexissent, ad seipsos conuersi, abijcientes reliqua, rem fidei tra-
D ctare cœperunt. Verùm intrans aliquando synodum Imperator, tantæ pietatis erat (vt refert Eusebius Pamphili) quòd sacerdotibus Dei non posse sufficere credebat, si se æquiem præberet, nisi eos & longe præferret, & ad imaginem quandam venenaretur diuinæ præsentiæ. Quamobrem sibi in concilio sedem collocari iussit, vt scribit Theodoricus, sedibus omnium aliorum Episcoporum depressiorem, nec sine eorum iussu conuenire, aut sedere audebat. Et interim cùm tam per singulos dies agitaretur conuentus, nec aliquid facilè aut temerè de re tanta statuere auderent Episcopi. Euocabatur frequenter Arrius in concilium, & assiduo tractatu assertiones eius discutiebantur, & quid aduersum hæc teneri & statui deberet, summa cum deliberatiõe quærebatur. Et cùm per dies multos quæstio verteretur, nõnulli (quanquam pauci) & viri quæstiõibus callidi, & ob id simplicitati fidei aduersi, diuersa ab alijs sentire, & magna calliditate cœptis Arrij fauere videbantur, ipsiusq; blasphemiam non apertè defendere, sed verbis pugnantibus contegere conabantur. Quorum astutias & peruersitates, Athanasius archidiaconus, pcipuus inter cæteros, detegebat. Disputabatq; acriter contra eos, nec in aliquo eorum calliditatem prævalere sinebat: intantum, quòd eius & aliorum, verbo Dei potentium, disputationes prævalebant, quòd fortissimis scripturis veritas ipsa palam omnibus, nedum pontificibus & alijs Christianis, sed etiam gentilibus (vt à quibusdam refertur) certa appareret. Nã (vt aliqui ferunt) & nosipsi eam disputationem legimus, iubente Imperatore, Probus Romanus Patritius & vir illustris ac philosophus, iudex à Constantino inter Athanasium & Arrium constitutus, aliquando fuit. Qui ambobus longa disputatione concertantibus intellectis, veritatem in Athanasio, & illam consortem consequente mq; scripturis, quas ambo inducebant, esse definiuit. Et ob id tandẽ in catholica fide Christianus euasit. Post diuturnum igitur multumq; tractatum,

statum, placet omnibus ac velut vno cunctorũ ore & corde decernitur, ὁμούσιον A
scribi debere, id est, consubstantialem patri filium confiteri, idq; firmissima penè omnium sententia pronunciatur. Decem & septem soli tunc tuisse dicuntur, quibus Arrij fides magis placeret, extrinsecus creatum Dei filium ex nullis extãtibus, & non ex ipsa patris deitate progenitum confirmant. Defertur ad Constantinum sacerdotalis concilij sententia, ille tanquam à Deo prolatam veneratur. Cui si quis tentasset obniti, velut contra diuina statuta venientem, in exiliũ se protestatur acturum. Sex ergo soli cum Arrio se patiuntur expelli, reliqui verò vndecim, concilio inter se habito, acquiescunt, ad subscribendũ manu sola, nõ mente. Cuius simulationis præcipuus autor extitit Eusebius Nicomediæ Episcopus, qui post hæc omnem in Ecclesia seditionem innouauit. Interea pijssimus Imperator, per epistolam quam omnibus Episcopis & populis dirigit, malignum Arrium execratur, eumq; comparat impio Porphyrio, qui septem volumina contra religionem nostram euomens, dignam promeruit pro gestis suis vltionem consequi, vt opprobrio omnibus & execrabilis haberetur; Arriumq; deinde & complices, Porphyrianos vocat. Mandat insuper, vt si qua conscriptio ab eo compilata reperiri contigerit, igni tradatur. Et contemnentibus capitalis vltionis præponit edictum. At exemplum expositionis fidei habitæ in tanto cõcilio, si quis noscere voluerit, tale est (vt ex historijs ecclesiasticis & concilijs Iulij papæ Romæ super confirmatione huiusmodi fidei celebratis habetur.) Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem. Et in vnum dominum nostrum Iesum Christum filium Dei de patre natum vnigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, Natum non factum, ὁμούσιον patris, hoc est, eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in coelo, & quę in terris. Qui propter nos & propter nostram salutem descendit. Et incarnatus B
est de spiritu sancto, & homo factus passus est. Et resurrexit tertia die, & ascendit in cœlos. Inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. &c. Eos autem qui dicunt, erat aliquando quando non erat, & antequam nasceretur, non erat. Et quia ex nullis substantijs factus est, aut ex alia substantia dicunt esse aut conuertibilem vel commutabilem filium Dei, anathematizat catholica & apostolica Ecclesia. Et præter hanc fidei expositionem, septuaginta canones huiusmodi concilium compilasse testatur Athanasius in epistola ad Marcum papam, qui Syluestro successit, descripta. Et ipse beatus papa Marcus in alia ad Athanasium epistola id idem sua autoritate cõfirmat. Idem & papa Iulius in epistola ad Eusebium & alios Orientales Episcopos plura illorum capitulorum recensenda enarrat. Quod quia apud quosdã de horum canonum numero postea contentio non parua surrexit, quemadmodum id secutum sit, placuit explicare. In concilio siquidem Carthaginensi, Faustinus Potentinæ vrbis Episcopus & Romanæ Ecclesiæ legatus, capitulum quoddã Nicęni concilij in medium profert. Quo lecto Allipius Cateſtenen Episcopus id q̃ maximè se admirari dicit, quoniam in Græcis exemplaribus id minime compertũ sit, quamobrẽ placuit synodo Constantinopolim ad Episcopũ scribere, vbi autenticũ id consilium esse dicebatur, Nec non & Alexandrinum Episcopum & Antiochenũ, vt de his autentica secundũ ea quæ tenerent, mitterẽt exemplaria. Quibus in tempore susceptis, id capitulum minimè compertum fertur. Nec septuaginta in his exemplaribus capitula, sed tantummodo viginti duo conscripta habebantur. Quod quemadmodũ esse potuerit, ex p̃fata Athanasij epistola manifestè potuit iudicari. Nam cũ persecutionũ procellis eius libri ab Arrianis lacerati & cõbusti fuerunt, synodum Nicęnam, qua clerus & populus (vt inquit) imbuebatur, &

maximè

C maximè iam imbuti erant, in contumeliam nostram & omnium Christianorum, incenderunt. Hæc ille. Similiter cum Constantinopolitana Ecclesia & Antiochena longis temporibus fuerint ab hæreticis occupatæ, qui nedum libros, quos facillimè carpere potuissent, sed etiam sacerdotes & plures laicos hanc fidem obseruantes, ad mortem vsque persequebantur: non verisimile & palam omnibus videri potest, illam synodum non integram sed laceratam & confractam apud easdem remansisse Ecclesias. Vnde & apud solam Romanam Ecclesiam, quæ impollutã se præseruauit, huiuscemodi synodi veritatem potuisse comperiri constat. Hos ergo sacros canones, & antiquam de obseruatione Paschæ regulam, per quam nulla de reliquo varietas Ecclesijs orietur, cùm sacratissimus ille cœtus statuisset: visum est omnibus dissoluendum iam fore concilium & ad propria remeandum. Quamobrem omnibus iam ritè dispositis, pax atque fides in orientis & occidentis partibus, vna atque eadem seruabatur.

Interim Helena religiosi principis mater per idem ferè tẽpus diuinis admonita iussionibus, loca dominicæ passionis sacratissima, quæ à gentilibus idolorũ spurcitijs polluta fuerant, & deturpata, diligentissimè expurgari procurat, atq; lignum comperit salutiferę crucis, & clauos quibus dominus noster fuerat affixus, & in eo loco mirificum templum regia ambitione construxit. Verùm cùm non multum post ex hac luce discederet, octogesimo ætatis suæ anno (vt Theodoricus tradidit) Constantia Constantini soror, quæ Lixini fuerat vxor, fratris Augusti solatijs vtebatur. Hinc accidit presbyterum quẽdam venire in notitiã, latenter partibus Arrij fauentem, qui de his nihil primo apud sororem principis aperuit. Verùm vbi multa familiaritas copiam tribuit, paulatim sermonem cœpit aspergere, inuidiam dicẽs Arrio generatam, & pro simultatibus priuatis
D Episcopum eius rem contentiosè exagitasse, æmulationis stimulo confixum, q; Arrius apud plebem satis charus haberetur. Hæc atq; huiusmodi talia frequẽtius suggerens, animos Constantiæ, suos effecit. Quæ cum quarto penè anno (post dissolutionem concilij obitura) visitaretur à fratre, atque ab eo blandè religiosę; compellaretur, extremam dicitur ab eo gratiam popoſciſſe, vt presbyterum in familiaritatem reciperet, & quæ sibi ab eo prosperè & pro salute suggerentur, audiret. Nam de se quidem iam ex luce discedente nihil curare, sed pro fratris statu esse solicitam, ne fortè pro innocentium pœnis, regni sui pateretur excidium. Quibus ille monitionibus à sorore susceptis, & fidelem pro se germanæ solicitudinem credens, accõmodauit aurem presbytero & Arrio in exilio constituto mandat, vt quemadmodum de fide sentiret, exponeret. Tum ille nouitatem sermonum, quos prius adinuenerat, declinans, explanationem aliam simplicibus contexuit verbis, quæ non quidem sensum nostrum, tamen verba ferè nostra continere, professionemq; videbãtur. Et illa diuina autoritate confirmans, iusiurandum adhibuit id se credere, nec quicquam aliud vel mente sapere vel intelligere. Cuius explanationis series hæc à Theodorico explicatur: Piissimo Deoq; acceptissimo Imperatori maximo Constantino, Arrius & alij presbyteri in exilio constituti. Quemadmodum tua pietas præcipit clemẽtissime Imperator, fidem nostram per hæc scripta explicamus, atque talia credere, Deũ ipsum obtestamur: Credimus in vnum Deũ patrem omnipotentẽ, et in dominum nostrum Iesum Christũ filium eius, q̃ ex eo ante oĩa secula natus est Deum verbũ per quẽ omnia facta sunt, q̃ in cœlo, & q̃ in terra, q̃ venit & carnem assumpsit, & passus est. Qui resurrexit, & ascẽdit in cœlos: & iterũ vẽturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctũ, Carnis resurrectionem: Et vitã venturi seculi, & regnum cœlorum. Et in vnam sanctã Ecclesiã catholicam

Dei,

Dei, quæ à finibus vſq; ad fines eſt. Quam quidem fidem ex ſanctis Euangelijs A
cõcepimus, dicente domino diſcipulis ſuis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Et ſi nõ credimus atq; ſuſcipimus verè patrem, filium & ſpiritum ſanctum, quemadmodum catholica ſuſcipit Eccleſia, & ſancte docent ſcripturæ, quas in omnibus ſequimur, iudex noſter ſit Deus & nunc & in futuro die. Quamobrem pijſſime Imperator, cùm viri eccleſiaſtici ſimus, & fidem atq; intellectum Eccleſię, ſanctarumq; ſcripturarũ teneamus, abjectis ſuperfluis, atq; inanibus quæſtionibus, vnioni ſanctæ Eccleſiæ pacificos nos, & gratos tua pietate reſtitue, vt acceptabiles Deo oratiões, propiopacificoq; tuo imperio atq; genere, mente libera omnes communi concordia celebremus.

At Imperator cùm huiuſmodi libellum ſuſciperet, admiratus quidem vehementer eſt, & putauit vnam eandemq; in ipſius & concilij dudum geſti expoſitione ſententiam cõtineri. Ob quod illũ accerſiri de exilio iubet. Et vt apud Græcos magnæ autoritatis ſcriptor Metaphraſtes enarrat, ſtatim eum cum honore ad Alexandriam remiſit, vbi tunc quoq; omne illius fruſtratur incœptum. Nam cognito dolo, ab Alexandro Epiſcopo minimè ſuſceptus eſt, incitante atq; ad id maximè impellente Athanaſio, ipſius Alexandri archidiacono. Quæ res turbulentiam iterum per Aegyptum excitauit, & latẽtem hæreſim diſcooperuit, nec literis etiam Imperatoris Alexander & Athanaſius ad ſuſceptionem Arrij inclinari potuerunt.

Interim Alexãder beatiſſimo fine ex mortali hac & corruptibili vita, ad præſtantiorem immortalemq; translatus eſt. Et Athanaſius Alexãdria & Aegypto vniuerſa conſentiente, epiſcopalis curæ gubernacula ſuſcepit. Qui cùm vir eſſet acerrimi ingenij, & vigilantiſſimus in eccleſiaſticis negocijs iam tunc hæreticis B
innotuerat, cùm ad concilium Nicęnum cum Epiſcopo ſuo ſene Alexandro conuenerat. Cuius ſequentem vitam & querelam eiusq; geſta præfatus Metaphraſtes apud Græcos diligenter exequitur, quem fideliſſimè traducendo, nos omnino ſequimur, vbi alios non induxerimus autores. Statim ergo, vt eum hæretici Epiſcopum factum cognouerunt trati, quod res indicabat, ſua negocia p illius ſolicitudinem non facile proceſſura, oñibus modis quærere aduerſum eũ machinas deceptionum parabant. Et eo tempore amplam cõmoditatem nacti, quód contra eum indignatus videbatur Imperator, quia Arrium nõ ſuſceperat, concilio inito, vt aduerſus Chriſtum Iudæi cogitabant, quemadmodũ eum de terra auferre poſſent: quo ſublato Arrij hæreſim omnino prævalere putabant. Quamobrem apud principem omnimodè Athanaſium tanquã indignè ad Epiſcopatum promotum inſimulare aggrediuntur. Et ſcelerum ſuorum miniſtros aliquos de hæreſi Meletij ſibi adiungere eurauerũr, Iſionem ſcilicet & Felicem Callinicum, & alios diuerſos, qui commenta contra eum confingerent. Primum quidem quòd epiſcopatum adſumens, indixit Aegyptijs veſtimenta línea Alexandrinorum Eccleſiæ conferenda. Similiter & aliud grauius, quoniam literis & mandatis quibuſdam imperialibus contradicens, loculum auri plenum cuidam amico direxit, vt quod contra principis iuſſa perpetrare demolitus fuerat, ille exequeretur. Tertium, quod grauius impingebat, tale quidẽ fuerat: Quòd vir Mareothidos nomine, degebat Iſchiras, q nondum ordinatus ſe gerebat pro presbytero, atq; ſacra fuerat auſus celebrare myſteria. Quod cùm Athanaſius à quibuſdam ex Mareothide perdidiciſſet, miſit Machariũ Alexandrinę Eccleſiæ presbyterum, qui hæc exactè an vera eſſent, perquireret. Quod præſentiens Iſchiras, inde aufugiens, Nicomediam ad Euſebium & complices ſe contulit. Quem cùm odio in Athanaſium ferri cognoſcerent, nullius inuidiam attenden-

tes,

C tes, vt presbyterum susceperunt, promittuntq; ei episcopatus honorem, si contra Athanasium crimina commentetur. Quibus ille quàm libentissimè annuens, confinxit Macharium Alexandrinæ Ecclesiæ presbyterum missum ab Athanasio in Ecclesiam suam, impetum primum fecisse, deinde altare & sacram mensam confregisse, abstulisseq; inde calicem, & sacros libros combussisse. Quibus Imperatorem ad iram contra Athanasium plurimum incitare conabantur, & q sacris iussionibus obedire contempserat, nec Arrium (vt mandauerat) ad cõmunionem susceperat. Quæ audiens Imperator, in stuporem adductus, licet fidei normam firmissimè teneret, iubet tamen iterum congregari concilium, non vt de fide iterum disputetur, sed vt contentiones omnes & rixæ iusto iudicio totaliter penitus delerentur. Verùm cùm Hierosolymis ad dedicationem Ecclesiarum ibidem nouiter constructarum ex omni penè orbe coire sacerdotes inuitarentur, scribit ad eos, vt quæ contra Athanasium inducta sunt, diligenti excutiantur iudicio. Et de Arrio, vt si expositionem fidei eius cõprobarent, & eum vel per inuidiam (vt asserebat) tunc circũuentum dinoscerent, vel nunc ab errore correptum, clementi erga ipsum iudicio vterẽtur. Quandoquidem tanta fuerit concilij moderatio, vt non in personam eius, sed in dogmatum prauitatem fuerit lata sententia. At si inuidia causa fuisset, curent pacem inter illos cõponere. Quod si fieri nequit, veniat Arrius Alexandriam, & ibidem super hoc discutiatur iudicium. Et cùm apud Tyrum congregari primum deberent Episcopi, iubet Imperator causas has ibidem discuti, vt absq; schismate & contentione Hierosolymis sacra tractarent mysteria. Igitur trigesimo imperij Constantini anno, ex diuersis vrbibus apud Tyrum Episcopi conuenerunt, numero sexaginta, Dionysio viro consulari illos congregante. Quibus cõgregatis & sedentibus, vnà comes prouinciæ, & plures alij, Macharius Alexãdrinæ Ecclesiæ presbyter,
D vinctus catenis manu armata conducitur. Nec multo post & ipse conuocatur Athanasius, contra quem instant accusatores, petentes primum discuti quod de lineis vestimentis fuerat obiectum. Sed hanc quidem calumniam, atque aliam de loculo auri ad amicũ misso, Apis & Macharius presbyteri Alexandrini apud Nicomediam coram Imperatore omnino expurgauerãt, ob quod literis suis Imperator accusatores grauiter increpauerat, & Athanasium ad se venire suadet. Quæ cùm in principio audientiæ à tabellarijs Deo operante oblatæ fuissent, in agoniam & dedecus Eusebium & complices deduxerunt. Quamobrem his præmissis ad obiectum de Macharo se transferunt. Sed ad hæc primum quidem Athanasius, quos inimicos sibi manifestos probare poterat, nominanter describit. Deinde declarari petit, an accusator Ischiras (vt in eius libello scribebatur) presbyter esset. Ad quod iudices nec minimum quidem verbum respondent, sed contra Macharium proclamantes, statuunt mittendos quosdam adusque Mareothem, qui de dubijs informati, quæ compererint, referant. Quod cùm accusatores suos Athanasius designari videret, Togmum videlicet & Marem, Theodorum, Macedonium, Vrsatium, proclamans de iniurijs, & iniustitia protestatur, vt quos inimicos & accusatores nouerat, sibi iudices constituere velint. Nec iustum esse Macharium detineri in vinculis, & accusatorem liberum esse. Ad quæ cùm nec consulem Dionysium super his verbum habere videret, subtrahens se à synodo & secreto diffugiens, Constantinopolim ad Imperatorem se contulit. Interim qui ad Mareothem missi fuerant commentaria sibi pro voluntate confingunt, & synodus ne reditum quidem illorum expectans, ranquam quæq; insimulata vera fuissent, excommunicationis sententiam in Athanasium ferunt. Et abinde cùm statim Hierosolymam se conferrent, aduenientem Arrium & Eusebium in vna, & complices liberè susciplunt.

licet (vt quidam tradunt) ex catholicis nonnulli eum recipere abnegauerunt, A
diffinientes ipsum in concilio apud Alexandriam audiendum fore. Quæ cum
sic apud Hierosolymam gererentur, Athanasius adito Imperatore petit, vt quæ
in Tyro turbulenter & incontinuè gesta sunt, apud eius præsentiam exami-
nentur. Quibus annuens Imperator, has literas ad Episcopos qui in Tyro cõ-
uenerant, dirigit. Victor Constantinus, Episcopis apud Tyrum collectis. Igno-
ro equidem, quæ in vestro concilio turbulenter & tempestuosè gessistis. Et vt
manifestè videtur, ob lites & iurgia, quæ contra nos & proximos nostros inces-
sabiliter geritis, iustitia & veritas in Dei contemptum per dies singulos con-
culcatur. Et ideo diuina prouidentia opus est, vt patefactis altercationibus ve-
stris, palam nobis vestræ inimicitiarum causæ innotescant. Quamobrem qui-
buscunq; alijs omissis, omni festinatione ad nostram præsentiam contendite,
quatenus per vosipsos quæ apud Tyrum gessistis, seriem ostẽdatis. Et subdit in
eadem epistola: Quemadmodum equum ascendens, repentè cum sacerdotibus
quibusdam quos circum se habebat, adfuit Athanasius, quem prima fronte
cùm non agnosceret, ex nobilibus suis quidam enarrauit quis esset, & quemad-
modum apud Tyrũm ab Episcoporum concilio fuisset iniustitiam passus. Ve-
rùm deposcenti se audiri, assentire nolebat, imò cùm penè eum amoueri iube-
ret, maiori cum fiducia nihil aliud quàm Episcoporum postulasse aduentum
enarrat, vt Imperatore & illis præsentibus, quę passus fuisset, explanaret. Quod
cùm rationabile esset, & temporibus congruum, annuens, has literas scripsit, &
circa finem epistolæ in hæc verba subsequitur:

Nam per me fidelem Christi seruum, feræ nationes & barbaræ, Deum ve-
rum timere & adorare didicerunt. Et vos, qui eius diuinitati pro nobis sancta
debetis offerre mysteria, nihil nisi quod ad contentiones inducat & odia, & vt
verius dicam, ad humani generis interitum operamini & conamini. Festinate B
igitur ad nos venire, quoniam viribus totis statuimus operari, vt quę in lege Dei
sunt, sine aliqua titubatione seruentur. Nec locum mala superstitio poterit obti-
nere sacratissimæ legis inimicis exterminatis penitus & contritis, qui sub san-
ctitatis figura blasphemias varias, ac contentiones injiciunt. Verùm cùm è
Hierosolymis plures Episcopi ad propria remeassent, & Eusebius atque eius
complices, Theogonius, Mares, Patrophylus, Vrsatius, Valens, & reliqui, qui
vix ibi remanserant, cum eiusmodi Imperatoris literas suscepissent, in Agoniam
deducti rescribunt, vt quamprimum temporis commoditas dabitur, se aduen-
turos. Interea illis tardantibus, & cognita apud Imperatorem Athanasij inno-
centia, ad Alexandriam illum cum honore remittit, scribens etiam ad Alexan-
drinorum Ecclesiam, falsa ac commentitia ea fuisse, quæ contra eorum Epi-
scopum Athanasium insimulata ferebantur. Verum Arrius postquam apud
Hierosolymam ab Episcopis fuerat receptus, cum epistolis synodi ad Aegyptũ
& Alexandriam proficiscens ex sententia synodi, & testimonio Imperatoris,
qui eius etiam fidem comprobare visus fuerat, ad communionem se recipi pe-
tit. Quæ res non paruam quidem per Aegyptum totam & Thebaidam, ac
Libyam commotionem excitauit, atque etiam multorum subleuauit animos,
qui sententiam synodi reuereri videbantur. Quod comperiens Athanasius,
& magno dolore perculsus, iterum ad Imperatorem cum festinatione redire
procurat, significans ei Arrij hæresim, iterum per Alexandriam & Aegy-
ptum repullulare, ob quod ad Constantinopolim & Arrius ipse conuocatur.
Qui iter agens per comitatum ad Cæsaream primum deuenit, vbi Eusebium
Nicomediensem Episcopum, & plures ex complicibus adesse præsenserat. Et
cum ipsis diebus nonnullis consilia iniens, nouam contra Athanasium calum-
niam,

Cniam,vt ipsum sua sede depellant,machinantur. Et præmissus Arrius ad excusandum se Imperatori,ipsi Constantinopolim subsequuntur. Quibus ab Imperatore vocatis,de gestis synodi apud Tyrum diligenter interrogantur. At illi contra sacrum antistitem Athanasium iam calumnijs armati,in hęc verba respõderunt: Nos & alij,qui aderant in synodo Episcopi,pijssime Imperator, non tantam de his,quibus primum accusatus fuerat Athanasius, discussionem fecimus,quantam de subuersione altaris apud Mareothem,de ablatione calicis, de librorum combustione,quæ certissima commentarijs testantibus(vt videre poteris)comperta sunt,sed etiam de his quæ coram pluribus Episcopis contra tuę pietatis voluntatem comminatum fuisse,deprehensus est. Aiebat enim prohibiturum se frumenta ab Alexandria Constantinopolim(vt statutum,consuetumq; fuerat)solēniter deportari,hocq; audiuisse Adamantium,Arnobium,Arbethionem,& Petrum,Episcopos compertum est, à quibus cùm reprehensus fuisset,timens tum de hoc,tum de alijs iudicium se subiturum,aufugit. Hæc & similia falsi sacerdotes Imperatoris auribus callidè ingerentes; ad iram illum atque furorem contra Athanasium tantum impellere valuerunt, vt eum apud Treuerim Galliarum vrbem exilio deportari mandaret. Ex quo quis clarè prospicere potest,quantum insimulationes & calumniæ,maximè si ab his,qui fide digni habiti sunt,inferantur,etiam contra innocentes valeant operari. Quæ res mœstitiam toti penè Alexandriæ & Aegyptiorum Episcopis ac Libyæ,qui modestiam & sanctitatem nouerant Athanasij, intulit. Quidam tamen scribunt hoc ideo Imperatorem fecisse,vt Ecclesię per eius absentiam penitus vnirentur, putans Athanasium qui Arrio & complicibus minimè communicare volebat, huiusmodi Ecclesiarum schismatis causam esse, quo sublato, facilè vniri posse putabat. Ducitur ergo vir sanctus & innocens ob iustitiam per diuersa & multiplicia locorum interualla ad Treuerim,honorificè à Maximino Treuerorum
D Episcopo suscipitur. Quod quidem non paruum in eo exilio ei solatium adfuit. Interim per Alexandriam,Aegyptum & Libyam debacchabatur Arriana pestis,atque vim patiebatur vera religio. Constantinus verò Imperator, cùm trigesimum primum annum imperij sui ageret,ætatis verò sexagesimum quartū, apud Nicomediam in Achyrone suburbana villa diem functus obijt. Et extremo vitæ suæ tempore(vt scribit Hieronymus)ab Eusebio Nicomediæ Episcopo baptizatus,in Arrianum dogma declinauit. Causam verò dilationis baptismatis designans Theodoricus, eam dixit, quod in Iordane fluuio hoc se posse consequi peroptabat. Et testamento confecto tres liberos suos Constantinum scilicet nomine patris vocitatum, Constantium & Constantem, in successione Romani orbis hæredes scripsit. Et magnum Athanasium ab exilio reuocari,et in sede sua Alexandrina reponi,Eusebio pro viribus dissuadente (vt idem erat Theodoricus) iussit. Quo tempore,quoniam quidem Constantius,cui orientis regnum decreuerat,præsens nõ erat,dicitur secretè aduocasse presbyterum, quem à sorore commendatum suprà diximus, et exinde familiariter habitum, atque tradidisse ei testamentum quod scripserat. Et obtestatus sub sacramento, ne vlli nisi Constantio cùm venisset illi manus traderet. Cui Eunuchi, qui erant in palatio, fauebant. Et arte iudicio de Imperatoris morte suppresso, vsque ad Constantij præsentiam,compressis multis noua tentantibus res tutæ integræq; mansere. Cùm verò Constantius adfuisset, depositum presbyterum restituit. Cuius beneficij gratia Imperator regni cupidus, ita ei deuinctus est, vt qui cunctis imperare cupiebat, ab illo sibi imperari æquanimiter patiebatur. Sed Eusebius, qui apud Nicomediam erat, amplam tam temporis occasionem nactus, & principi per presbyterum familiaris effectus, reuoluere omnia, atque

irrita Niceni concilij gesta conducere, si Athanasius ab exilio nõ reuocaretur, A
se sperans, vt hæc consequi posset, presbytero vtitur cum ministro, & Eusebium quendam Eunuchorum palatij præpositum, Imperatoris intimum in Arrianam callidè suasêre perfidiam. Ex quo cæteri Eunuchi eadem sapere pauculo in tempore sunt illecti. Nec his contenti, vxorem Imperatoris cum Eunuchis presbyteri artificijs aggredientes, in Arrianum dogma præcipitant. Quid plura? Post paululum & ipse Imperator natura aliàs, & animo regio, dum his satis indulget, in perfidiam à peruersis decipitur sacerdotibus. Ob quod, eorundem suggestione, Arrium apud Alexandriam commorantem, statim Constantinopolim aduentare iubet, atque concilium denuò congregari, ad quod illi vt plurimum conuenêre qui Arrium atque Eusebium sectabantur. Quorum studium præuidens senex Alexander Constantinopolitanus Episcopus, conabatur eorum audaciam & conatus reprimere, & Arrium veri Dei hostem execrabatur. Quippe qui fidei Nicæni concilij peruersè obsisteret. Verùm cùm iuberet Imperator Episcopos nolentes Arrio acquiescere, inuitos eogi, denunciat Alexandro certam diem Eusebius, vt vel ipse Arrium suscipiat, vel si reniteretur, se Ecclesia pulso & in exilium truso, aliò eum suscipiendum dinoscat. Cùm ille noctem, quæ ad constitutam intererat diem, sub altari iacens, atque in oratione & lachrymis totam peruigilem ducens, Ecclesiæ causam domino commendabat. Cunq; lux fuisset exorta, nec tamen Alexander ab oratione cessaret, Eusebius cum suis omnibus, velut hæretici belli signifer, domum Arrij matutinus accedit. Cunq; properè sequi ad Ecclesiam iubet, protestatus quòd Alexander, nisi præsens acquiesceret, expulsus cederet loco. Igitur omnium summa expectatio, quo vel Alexandri perseuerantia, vel Eusebij Arrijq; sententia declinaret. Cumq; cunctorum animi essent (vt in tali re solet) B
expectatione suspensi, Arrius ad Ecclesiam pergens, Episcoporum & populorum frequentia constipatus, humanæ necessitatis causa, ad publicum declinat, vbi cum sederet, intestina eius atq; omnia viscera in secessus cuniculum defluxêre. Itaque in tali loco dignam mortem blasphemiæ, & fœtidæ mentis exoluit. Quod postea in Ecclesia nunciatum est Eusebio, atque his qui vnà secum sanctum & innocentem virum Alexandrum, de Arrio recipiendo fatigabant, superati pudore & confusione, discedunt. Tunc completus est sermo ad gloriam domini, quem in oratione sua Alexander ad dominum proclamauerat, dicens: Iudica me domine inter & Eusebij minas & Arrij vim. Sed hæc ad præsens quidem paululum pudoris habuerunt. Conuenientes verò inter se hæretici, veritine fortè si (vt res gesta est) integrè ad Imperatorem Constantium peruenisset, non solum à perfidia eorum, in qua callidè irretitus tenebatur, abscederet, verum & in autores deceptionis suæ seuerius aliquid de regis autoritate decerneret, componunt per Eunuchos, quos iam in perfidia deceptos tenebant, vti de Arrij morte Imperator, quàm fieri posset, cõpositè & comiter nosceret. Neque aliquid quod Dei vindictam indicare videretur, audiret. Quibus ita gestis, de causa fidei, & potissimũ in discussione cuiusmodam libri æditi à Marcello Episcopo Ancyræ Galanæ prosequuntur. Interea Alexander confectus senio, & plenus annis, triceſimo episcopatus sui anno, & nonagesimo octauo ætatis suæ, moritur. Vir omni virtute & sanctitate præditus, de quo & hoc aliud mirabile fertur. Constantinum patrem cùm semel Byzantium aduentasset, philosophi quidam adierunt, exprobrantes religionem nostram, quam maiores eius Romani principes, veluti falsam & inanem abiecerant, idq; se velle coram eo, & alijs, palam Episcopo Alexandro concludere. Verùm Imperator, licet nosceret Alexandrum huiusmodi verborum exercitatione inexpertum, tũ

in

C in viri sanctitate confidens, iubet eum cum philosophis certamen inire. Ille necessitate coactus, & Deo fisus, processit in medium. Et cùm cõueniissent, vt vnus ex philosophis cæteris tacentibus, cum eo primum loqueretur. Incipit Alexander in hæc verba. In nomine (inquit) domini Iesu Christi impero tibi philosophe, ne loquaris. Qui nullis conatibus, omnium ferè circunstantium experientia concitus, nisi post longam horam, ex absolutione Alexandri, loqui potuit. Magnum hoc quidem miraculum & Alexandro dignum, nec ex alijs philosophis quisquam ausus est aliquid contradicere.

Post huius igitur Alexandri mortem, Paulus Constantinopolitanus presbyter, à catholicis ordinatur Episcopus. Quam ordinationem Imperator Constantius ægrè ferens. Non multo post tempore Constantinopolim veniens, & ex cõplicibus Eusebij concilium congregans, Paulum sede sua priuauit, & Eusebium Constantinopolitanum fecit Episcopum. Qui iam glorioſus in palatio, vt alius augustus incedens, putabat omnia per Eunuchorum medium ad suum posse effectũ conducere, si ab exilio Athanasium non euocari cõtingeret. Quãobrem totis conatibus cũ complicibus suis, apud Alexandriã Arrianum constituere Episcopum conabatur. Idq; fecisset, nisi diuina pietas malignas eius & sequacium præsumptiones præueniisset. Nam per id tempus Athanasius fretus literis & adiutorio Constantini iunioris, qui apud Hesperiæ partes regnabat, Alexandriam reuersus, sedem suam cum iubilo & gaudio penè omnium Alexandrinorum & totius Aegypti susceptit. Literæ verò, quas ad Alexandrinos Constantinus direxit, hæ sunt

Victor Constantinus catholicæ Ecclesiæ, & populo Alexandrino. Non puto vos ignorare dilectissimi, Athanasium magnum diuinæ legis prędicatorem, pro tempore apud Gallias ex eo directum, ne crudelitas impiorum inimicorum
D eius sacro capiti cum periculo immineret, aut malignorum callida infestatione qua tunc temporis premebatur, detestabile aliquid pateretur. Et nobis iubentibus sic degit, vt necessaria illi non deessent. Verùm talis est eius præclarissimæ virtutis religio, & ipse tam diuinis fretus solatijs, vt fortunæ casus etiam molestiores magnificentissimo animo despiciat. Quem cùm beatæ memoriæ Constantinus, pijssimus pater meus, suæ sedi restituere proponeret, si morte præuentus nequiret, consequens fuit me voluntatem diui Imperatoris nostri implere. Illum ergo, licet de separatione sua mœstissimi, tamen ad propriam sedem, ad vos eius oues remittimus. Nec vnquam tanti viri imago sacratissimum q; eius nomen, de nostro pectore labi poterit in æternum. Diuina prouidentia vos custodiat amantissimi.

Recepto igitur in sede sua Athanasio, episcopalia tractabat, & populum prędicationibus & exhortationibus ad seruandam rectam fidem & puram mentẽ exhibendam Deo, singulis penè diebus instruebat. Nec quicquam ex his omittere videbatur, quæ ad pastoralem curam pertinere poterant. Nam scribebat etiam frequenter ad diuersarum vrbium Episcopos, suadens fidem rectam seruare, & Arrianorum impietatem detestari, vt est illa epistola, quam ad vniuersos catholicos in hæc verba direxit. Omnibus vbiq; fratribus veræ fidei salutisq; æmulis, & his qui per Aegyptum, & Syriam, & Ciliciam, ac Phœnicem, & Arabiam sunt orthodoxis Episcopis, Athanasius & qui mecum sunt Episcopi, in domino salutem. Quicunq; impietatem inspicitis insurgentem, imminentemq; pietati, per apertas vocum nouitates, & per simulationes subdolas, perq; seditiones, ac tumultus fœtidos, plagasq; & vulnera, & neces, debetis veluti ex tempestate quadam ac turbine subtrahi, salutisq; fidissimam occupare stationem. Vt neq; illis impietate iungamini, qui sanctæ trinitatis vnam veramq; deitatem ir-

ritar epræsumunt,& à patre diuidunt filium,atq; à filio secernunt spiritũ sanctũ. Neq; illorum turbidis motibus,sceleribusq; miscearnini. Ita eũ & nos saluti vestræ consulentes,& eorum qui nobis obtẽperant, diutius iam aperiã Arrij impietatẽ,eorumq; simulationem,q; fictis verbis simpliciores quosq; decipiunt,arguere non desistimus,atq; ab omni illorum temeritate separamur,lugẽtes quæ ab illis impiè in Deum admittuntur,q; nomen sanctum blasphemantium linguis exponunt, cupimusq; seruari in vobis,& in his q; sunt vobiscum fidei rectæ ac modestæ conuersationis normam, vosq; id idem facere hortamur. Quodq; iam idem arripuistis institutũ,& q huiuscemodi zelo nondũ excitati estis, aut Christianam religionem destrui ab his minus aduertistis,& astu callido diabolũ Ecclesiam oppugnare,ac veluti nauem submergere non intellexistis. Quod si etiã ad nos scribere,nobiscumq; de his rebus tractare volueritis, libentissimè suscipiemus vnanimitatem consensumq; vestrũ fratres. Orationũq; consortia quãtalibet locorum intercapedine dissiparemur, fraternitati vestræ significãtes. Quia & si pestis hæc iam cuncta occupare videatur,tamen in plurimis populis pseue rat apostolicæ fidei bonum,atq; in multis Episcopis, licet populum quidã partim vi,partim verbis fallẽtibus teneant,& Episcoporũ multitudo, tũ ob eorum metum,qui in vrbibus potentiores sunt, tum propter tantã simulationẽ ea quidem quæ sentiunt,imprimunt. Quæ verò non sentiunt,simulant. Quippe qui nunq; istis nefarijs dogmatibus dedêre manus, paucisq; tantũ verbis expressam veritatem norunt. Quòd scilicet neq; creatura Dei Deus,Deiq; filius esse possit, neq; spiritus sanctus inter creaturas numerari, Deiq; apparitionem nõ creaturæ alicuius aduentũ suscepimus. Neq; enim in aduentũ serui credidimus,diuinũq; spiritus gratiam suscepimus,per quã etiam dij effici mur,& templa Dei sumus. Hæc eñ paucis licet expressa,oñibus Christianis aperta & cognita sunt. Quippe quæ p̃dicatam ab initio veritatem fidei continent,in qua permanẽtes æternas excipimus spes. Nostræ igitur fidei symbolum cõsubstantialis est trinitas, Deus verus homo ex Maria factus, & qui his non congruit,anathema sit. Hæc enim & magnæ Nicęnæ synodi continent scripta, Cõsubstantialem patri esse filium, & spiritum cum patre & filio conglorificari,Deum verum Dei filium incarnatũ esse,passum esse,ac resurrexisse,et in cœlos ascendisse,ac inde venturum iudicẽ viuorum & mortuorum. Cui gloria in secula seculorum, Amen.

INterim Arriani, qui apud Alexandriam degebant,quotidianas contra Athanasium seditiones concitare non cessabant, vt occasionem præberent Eusebio & complicibus rursum contra eum malignandi,nec minus diuersas in populo seminare zizanias, omni fraude procurabant. Aliquando etiam mentientes alijs suadere conabantur Antonium monachum virum sanctissimum, ita vt se in Christi fide tenere & credere. Quorum impietatem ipse Antonius admiratus(vt in eius vita refert Athanasius)& iusti doloris ira commotus, rogatus ab Episcopis et vniuersis fratribus, Alexandriam descendit, ibiq; Arrianos sermone publico condemnauit, vltimam hanc esse hæresim & præcursorem Antichristi affirmans. Reliqua vide pagina 170. post literam d. Cum hoc magno Dei gliutino deuinctus hic Athanasius fuerat,et ei pallium donauit, in quo corpus postea Pauli primi eremitæ, religiosè ipse Antonius obuoluit. Nam vt Hieronymus in vita quam de ipso Paulo descripsit, enarrat. Cùm per octoginta quatuor annos Paulus degisset in deserto, nec viuentem hominem aspexisset,anno ætatis suæ centesimo,diuina inspiratione ab Antonio compertus,et diem resolutionis suæ instare enarrans,de ipso Anthanasio in hæc verba mentionẽ fecit: Quamobrẽ quæso Antoni perge, ne sit molestũ,et palliũ quod tibi Athanasius dedit,ad obuoluẽdum corpus meum defer. Et subdit: Stupefactus

ctus ergo Antonius, quod de Athanasio & eius Pallio audierat, quasi Christum in Paulo videns, & in pectore eius Deum venerans, vltrà respondere nihil ausus est.

## MORITVR CONSTANTINVS.

PER id fere tempus Constantinus bellū Constanti fratri suo inferens, iuxta Aquileiā ab se tertio anno regni sui occiditur. Verū dum tanta cura gregem Christi Athanasius pascerer, Eusebius & cōplices liuore & odio cōtra eum conciti, neq; patientes se incœptis desistere victos, innouant iterū contra Athanasiū bellū, & ducem vnum .s. Perinthium statuunt, qui Heraclīæ dicebatur Episcopus, & inter alios eloquentior videbatur, vt Athanasium coram principe insimulare debeat, ostendatq; per eius reditum, scandala plurima singulis diebus exoriri. Et non solum conquassari eius literis Aegyptum, totam Palæstinam iam & Phœnicē, vicinasq; prouincias penitus conturbatas esse. Insuper nec illū sedem Alexandrinam iuste possidere, quin præter Episcoporū sententiam; reuersus ab exilio, illam tātumodo sua autoritate receperit, quod ex canonibus quos illi cōfecerant. Ne minori Episcoporum numero quis in sede reponi possit, quam ex ea deiectus fuerat, ille sedem suam recipere nō potuit. Quibus & similibus Imperatorem lasciuientes, facile ad suam prauam voluntatem conduxerunt, & suadere curauerunt, vt rursum Alexādrina Ecclesia Athanasius pelleretur. Et vt illi omnem defensionis viā præcluderēt, per literas primum conati sunt eum apud Iulīū Romanū pontificem, de huiusmodi calumnijs insimulare. Quod præsentiens Athanasius, non minus ipse innocentiam suam defendere conabatur. Quamobrem Iulius, ad quem, vt Metaphrastes in vita Athanasij, & cæteri Græci Ecclesiasticam historiam describentes, enarrant, ob sedis proprie dignitatem, vt verbis eorum vtar, Ecclesiarum oīnium iudicium spectabat. Nec præter Romani pontificis sententiam concilia celebrare oportere, sacros canones imitatus, iussit Eusebium, Theogonium, Theodorum, Berinthum, & cæteros complices, vna & Athanasium ad sedis suæ præsentiam conuenire, vt differentiarum inter se iudicium apud sedem apostolicam proferatur. Et eis certum condecentemq; statuit terminum, in quo si adesse contemnerent, iustum ipse in tanta causa prosequeretur iudiciū. Veruntamen in præfixo termino quum adfuisset Athanasius, calumniarum inuentores, & veritatis inimici, hac euocatione [ susceptā, formidantes id quod facile euenisset, ne sua detegerentur mendacia, se à tali profectione omnino abstinuerunt. Nec aliam suæ contumaciæ causam reddentibus, Iulius elapso termino, causam canonicè discutit, & Athanasium diffinitiua sedis apostolicæ sententia, ab omni crimination innocentem fuisse declarat, & ab omni contra eum lata sententia, indemnem atque immunem reddidit, & sedi suæ omnino restituendum indicit. Contigit eò tempore & Paulum Constantinopolitanum Episcopum, & alios quosdam suis Ecclesijs expulsos, Romam ad Iulum similiter confugisse. Quorum casus quum simili modo examinasset, & cōperisset eos in omnibus Nicæno concilio cōcordare, in communione sua Romæ suscepit, & ad eorum Ecclesias literas dirigens, singulis propriam sedem restitui mandauit. Necnon etiam ad Orientales Episcopos decretū suum mittere curans, Athanasium & alios Episcopos, ad Ecclesias proprias remittit. Qui reuersi & sedes suas adepti, literas & decretum Iulij ad Orietales Episcopos dirigūt. Verū hęc impij homines ægrè ferētes, nullatenus patiunt hos cōquiescere, sed rursum illos expellere curauerūt. Nā p eos in iram concitus Constantius, & in furorem penè contra Paulum deductus, per

* contepta

Philippum virum excelsum, Paulus ipse fraudulēter à sede sua iterū expellitur. A
Similiter nulla via Eusebius & cōplices ferre valentes Athanasium in sede sua
degere, noua ac terribilia contra ipsum iterum confingūt crimina. Eūq; apud Im
peratorē inauditis criminibus adinuentis insimulare non desistunt, vsq; quo hu
mani corporis brachiū loculo delatum, imperatori ostendunt, quod ab Athana-
sio excisum magicæ artis gratia, de Arsenij cuiusdam corpore confirmabāt. Sed
& alia q̄plurima criminosa, simul & flagitiosa componunt. Quibus ex causis Im
perator iubet (cōuocato iterū concilio apud Tyrum) Athanasiū condēnari, & de
sede sua expelli. Nam Eusebius & cōplices quiescere nō posse videbantur, q̄usq;
Nicæni concilij fidē omnino subuerterent, quod consequi non posse putabant su
perstite Athanasio, quāobrem egerunt cum Imperatore, vt sub occasione dedi-
cationis Ecclesiæ admirabilis, quam apud Antiochiam Syriæ quinq; annis ante
mortē suam construere inceperat Constantinus, & anno quarto imperij Con-
stantij penè completa fuerat, quæ (vt Hieronymus scribit) dominicū aureum di
cebatur, congregaretur concilium. Et vt Liberius eorū machinationes apud An
tiochiā exequi possent, Episcopos primū apud Tyrum cōuenire statuunt, & cau
sas tractare Athanasij, illumq; sede sua omino priuare, ac vinculis & carceri man
cipare disponunt. Quo pacto in concilio apud Antiochiam celebrato, Nicænam
fidem penitus subuertere cogitabant. Missō igitur ab Imperatore ad vrbem Ty
ri vno ex comitibus de latere suo, qui Episcopos congregaret, atq; etiam aduen
iente Archelao, tunc quoq; comite Orientis, necnon & eo qui Phœnicem proui
ciam gubernabat, & conuocantibus ibidē Episcopos pro dedicatione apud An
tiochiam dominici aurei, conuocatur & vna Athanasius, qui huiusmodi machi-
nationes ignorans, pergit ad Tyrum. Interim loculus cum humano brachio cir
cumfertur, crimen contra Athanasium diffamatur, & inuidię horror non solum
religiosas, sed & viles animas peruadit. Is Arsenius, cuius brachium dicebatur B
excisum, lector aliquando Athanasij fuerat, et ob culpam correptionum veritus
frequenter sese subtraxerat. Cuius latebras opportunas sibi ad huiusce modi cō-
mentū flagitiosi homines rati, initio compositi criminis, occultatum eum apud
quendam quem fidissimum sceleribus suis crediderant, retinebant. Ad quem ad
huc in latebris positum, antequam qui conuenire debebant, congregarentur E-
piscopi, fama peruenit, quid suo nomine criminis intentaretur Athanasio. Et si-
ue eum ipsa humanitatis contemplatio, siue diuina pertulit prouidentia, clā per
noctis silentia euadens claustris, peruenit Tyrum. Et pridie quā causæ dicendæ
adesset vltimus dies, Athanasio ipse Arsenius obtulit, vtq; se rerum gestarum se-
ries haberent, edocuit. Ille domi esse hominem, nec innotescere cuiq; de eius præ-
sentia iubet. Interea concilium cogitur, in quo plures concinnatæ calumniæ con
scij, imò penè omnes infenso animo præiudicatoq; aduersus Athanasium conue
niunt. Per idem tempus Paphnutius confessor, de quo supra memorauimus, se-
nio iam confectus, ad dedicationem se pergere putans aderat. Et simili modo cō
fessor alius dictus Maximus, tunc Hierosolymorum Episcopus. At Paphnutius
quum vidisset Maximum, qui vna secum effosso oculo, & poplite succiso, confes
sor extiterat, & pro nimia simplicitate nihil de scelere suspicantem consedisse
cum cæteris, quos factionis macula sociauerat, medium confessum adire nō ve-
ritus: Te (inquit) ô Maxime, cum quo mihi vnum atque idem confessionis insi
gne est, cum quo mihi pariter mortale lumen effossum, clariorem diuini lumi-
nis conciliauit aspectum! Te inquam non patiar sedere cum concilio malignan-
tium, & cum iniqua gerentibus introire. Iniectaq; manu, eleuans eum de medio
eorum, recessit. Et Athanasio a binde communione se sociauit.

PRI-

C

## PRIMA ACCVSATIO CONTRA Athanasium de muliere quæ se dicebat ab eo oppressam.

SED interim causa dicitur, & primo introducitur accusatio mulieris cuiusdam, quæ se diceret aliquãdo hospitio Athanasium recepisse, & ab eo noctu nihil suspicantem, vim corruptionis esse perpessam. Introduci ad hæc iubetur Athanasius, & ingreditur cum Timotheo presbytero suo, eumq; monet, vt postaquam mulier dicendi finem fecisset, se tacente ipse ad ea quæ dixerat, peroraret. Timotheus cõuersus ad eam: verè, inquit, mulier, ego mansi apud te aliquãdo, aut vim tibi vt asseris feci? Tum illa, vt mulierum se talium procacitas habet, obiurgans Timotheum: Tu, inquit, mihi vim fecisti, tu in illo loco maculasti castitatem meã: simul & conuersa ad iudices, obtestari fidem Dei cœpit, vera se dicere. Tum ómnes ridiculo suo pudor habere cœpit, quod tam facilè tacente reo, factio compositi criminis patuisset. Nec tamen permissi sunt, vt iudices de muliere haberent quæstionem, nam apud illos iudicandi libertas fuerat, qui accusatores erant. Hinc transitur ad aliud crimen, profertur tacitus seculis inauditum. Hoc est, inquiunt, vbi nemo possit verborum præstigijs decipi. Res agitur oculis verbis cessantibus. Brachium hoc te aiunt Athanasi accusat excisum, hæc Arsenij dextra, quam tu quomodo, vel ad quos vsus excideris, indicato. Tum ille, quis enim vestrum Arsenium nouerat, vt hãc ipsius dexteram esse cognoscatis? Exurrexerunt aliquanti, qui se dicerent optimè scisse Arsenij, in quibus nonnulli erant absq; conscientia. Orat dehinc à iudicibus Athanasius, vt hominem suum, quem negocium deposceret, iubeat introduci. Cumq; introductus esset Arsenius, eleuato eius vultu, Athanasius cõcilio & iudicibus ait: Hic est Arsenius, & eleuãs eius nihilo minus dextram, hæc est, inquit, etiam dextera eius, hæc est sinistra. Hæc autem quam isti offerunt manus vnde sit, vos requirite. Tum velut nox quædam & tenebræ accusatorum oculis infusæ, quid agerẽt, quò se verterent, nesciebant. Ipsum etenim esse Arsenium testes qui paulo ante scire se dixerant, confirmabant. Verum, quia nõ iudicandi, sed opprimendi hominis causa concilium gerebatur, fragor omnium repente attollitur, magis reum esse Athanasium, & decipere intuentium oculos, acclamatur, nec debere vllo modo vltra talem hominem viuere, factoq; impetu, suis eum discerpere manibus parant. Sed Archelaus qui cũ cæteris ex præcepto Imperatoris concilio præsidebat, ereptum eum ex discerpentium manibus, per occultos exitus eduxit, ac fugæ admonuit, qua posset commendare salutem. Concilium tamen rursum conueniens, tanquam si nihil omnino deprehensum fuisset, vt confessum de tantis criminibus Athanasium condemnat. Et gesta per hunc modum ficta per orbem terræ mittentes, ad sceleris sui consensum, imperatore agente, cæteros Episcopos impulerunt. Hinc iam toto orbe profugus agitur Athanasius, nec vllus ei tutus ad latendum supererat locus. Tribuni, præpositi, comites, exercitus quoque ad inuestigandum eum mouentur, edictis imperialibus præmia delatoribus proponuntur: Si quis viuum maximè, sin minus caput certè Athanasij detulisset, ita totis regni viribus frustra aduersus eum cui Deus aderat certabatur. Interea sex continuis annis ita latuisse fertur, in lacu cisterne non habentis aquam vt solem nunquam viderit. Sed cùm per ancillam, quæ sola conscia dominorũ officijs, qui ei latebras præbuerant, indicatus fuisset, tanquam Dei spiritu admonitus, ipsa nocte qua ad eum comprehendendum cum iudicibus veniebatur, post annos sex emigrauit ad alium locum. Ita illi qui venerant frustrati, dominis

minis quoq; in fugam versis, de ancilla vt falsa iudice, pœnas sumunt. At isti in- A
terim, Eusebius & iniquitatis complices Episcopi, qui omnes numero nonaginta, post Antiochenæ basilicæ consecrationem, generale se velle celebrare concilium indicunt. Ad quod neque legati Iulij Romani pontificis conuenire sunt vocati, nec aliqua eius adfuit autoritas, nec Maximus Hierosolymitanus, nec Paphuncius præfati, ne damnationi Athanasij subscribere cogerentur, adesse voluerunt. Sed solus Constantius Arrianorum princeps, huiusmodi concilio præsidebat, in quo damnationem primo Athanasij confirmantes, Eusebium quendam Emissenum Episcopum ad sedem Alexandrinam transferunt. Qui quum Alexandriam pergere formidaret, hanc sedis translationem non admisit, ac illi Gregorium quendam alium Alexandrinæ Ecclesiæ ordinarunt Episcopum. Deinde aliam fidem componentes, nec vllam de fide Nicæna mentionem habentes, sperabant per alia concilia quæ successiue celebrare intendebant, Arrij impietatē paulatim subinducere. Cui diffinitioni Eusebius Emissenus & Gregorius iam vocatus Alexandrinus, se subscripserunt. Demum Gregorius potentia imperatorum suffultus, armata manu Alexandrinam occupauit Ecclesiam. Quæ omnia sentiens Iulius Romanus pontifex, intimo cordis dolore tactus, grandem epistolam Eusebio & alijs apud Antiochiam congregatis, direxit. Arguens eos ex pluribus, & quod concilium sine sua autoritate ausi fuerint celebrare, atque iniuste Athanasium per orbem profugum exagitassent. Quæ epistola apud Latinos etiam reperitur, cuius initium tale est: Venerabilibus fratribus vniuersis Orientalibus Episcopis, Iulius. Decuerat, &c. vide paginā 136. Quibus literis apud Antiochiam vbi congregati erant, susceptis, & vbi Constantius Imperator moram trahebat, inito inter se concilio, Iulio Papæ in hunc modum rescribunt: Domino beatissimo & honorabili patri Iulio apostolicæ sedis venerabili Episcopo, Eusebius, Theogonius, Theodorus & Berinthus, vna B
cum reliquis fratribus & coepiscopis nostris in Antiochia congregatis. Licet præ omnibus Romanam Ecclesiam magnifi. &c. reliqua require pagina 138. Quas literas vt summus pontifex suscepit, eorum apertam iam videns impietatem: rescribens denuo, illos penitus damnat, & sententiam quam pro Athanasio tulit, iuste prolatam, ac iudicium totum rectissimum fuisse demonstrat, iusteq; & canonicè eundem restitutum esse, contra Eusebium & alios qui in hac re Iulium culpare ausi fuissent. Cuius epistolæ initium huiusmodi est: Iulius sanctæ Romanæ & apostolicæ Ecclesiæ Episcopus, Eusebio, Theogonio, Theodoro, Berintho, & cæteris Orientalibus Episcopis. Decuerat vos aduersus sanctam Romanam & apostolicam Ecclesiam, limatè & non ironicè loqui, &c. reliqua inuentes pagina 139. Quibus literis susceptis, quid ipsi responderint, neque apud Græcos, neque apud Latinos scriptum comperi. Verum, Athanasius dum hæc per Iulium tractantur, ne graues alicui latebræ suæ fierent, & occasio calumniæ innocentibus quæreretur, nihil sibi vltrà iam tutum in Constantij regno præsumens, ad Constantis partes profugus abscedit. Romámque veniens, à Iulio summo pontifice, honorificè & religiosè susceptus est. Sed eius causam Iulius quum iam amplius Ecclesiasticis sanctionibus defendere non valeret, ad Constantem retulit, qui licet fama & coniecturis rem ipsam prius concepisset: tunc tamen diligentius cognita, ad fratrem suum Constantium literas exoratorias scribit, vt Athanasium magni Dei verum sacerdotem, in sedem suam Alexādrina recipi iubeat, eumq; ob singulares virtutes apud se & Romanū pontificē Iulium, magna reuerentia degere. Quod quidē Constantius ad fratris preces inclinatus, cùm id facere vellet, ab impijs sacerdotibus prohibitus, penitus denegauit. Verum Constans vbi hæc cognouit, exhortationibus Athanasij

C nasij & Pauli Constãtinopolitani Episcopi, qui similiter à sede sua expulsus, Romam ad Iulium confugerat, scripsit iterum fratri Constantio, rememorans religionem & pietatem patris eorum Constantini, qui hac vera iustitia tyrannos fortissimos deuicisset, & Romanæ ditioni gentes Barbaras subiugasset, quam pietatem hæreditario iure conseruare hortabatur, nec sacerdotes Dei, viros iustos, & innocentes ob fallacium hominum insimulationes persequi vellet. Quãobrem hortatur, vt locum eligat Orientalibus & Occidentalibus Episcopis congruentem, quo pariter conuenientibus omnibus, generale celebretur concilium, & Athanasij atque aliorum qui se iniuste expulsos profitentur, iudicium canonice ventiletur, idq; Athanasium expetere, nec quicquam aliud. Quibus literis commotus Constantius, elegit Sardicam vrbem Illyrici, locũ omnibus commodum, vbi Orientales mandat congregari pontifices. Constans similiter ex hesperijs suis suptemis partibus Episcopos trecẽtos (vt scripsit Athanasius) Sardicam misit, in quo Osius Cordubæ, & Protogones Sardicẽsis Episcopus, legationem Iulij gerebant. Qui vero ex Oriente conuenerant (vt Sabinus refert) septuaginta sex numero fuerunt, inter quos & Ischiras, quem Athanasij accusatorem supra descripsimus, ad Episcopatum Mareothis, vt promiserant, euectus connumerabatur. At reliquorum cùm alij valetudinem corporis, & alij breue tempus allegarent, se excusare maluerunt. Igitur apud Sardicam vrbem, quum Orientales conuenissent Episcopi, ad conspectum Occidentalium deuenire se continuerũt. Nec secum conuenturos prædicabant, nisi Athanasium & complices de eorum consortio amouerent. Quod quum Occidentales Episcopi nõ admitterent, Orientales ipsi subito discesserunt. Et venientes Philippolim vrbem Thraciæ seorsum celebrauẽre concilium, in quo aperte consubstantialitatem filij cum patre damnantes, hæresim inæqualis substantiæ, epistolis conscribentes, quocunq; di
D rigere curauerunt. At qui in Sardica Occidentales Episcopi remanserant, primũ quidem eorum vesaniam damnauere. Deinde Nicæni concilij fidem confirmãtes, consubstantialitatẽ patris & filij latius expresserunt. Insuper Iulij sententiam pro Athanasio, vt canonicè latem confirmauere, atq; accusatores eius dignitatibus priuauerunt, & epistolam grãdem vniuersis Episcopis & comministris sanctæ & apostolicæ Ecclesiæ conscripserunt. In qua enarrantur Episcoporum Orientalium factiones, persecutiões q; imminere, quas orthodoxis Episcopis induxere. Et quẽadmodum legitime atq; canonicè illos pluries vocauere, sed facinorum suorũ conscientia perterriti, fugæ remediũ pro criminibus elegerunt. Demũ in ea latissimè fides atq; apertissimè declaratur. Quæ omnia cũ Constãti innotuerunt, doluit quidẽ fratris leuitatẽ, atq; aduersum huiusce modi malorũ [ intento res infremuit. Quãobrem duos ex Sardicensi cõcilio delegit Episcopos, qs vna & Salmianũ virũ clarissimũ ad Constantium fratrẽ cum literis direxit, mittẽdo significans pro certo se comperisse, q; sacerdos Dei summi Athanasius iniuste fugas & exilia pateretur. Hunc itaq; rectè faceret, si absq; vlla molestia loco suo restitueret. Si id nollet, sibi curæ futurum vt ipse adimpletet, regni eius intima penetrans, pœnas dignissimas de autoribus scelerum sumeret. Quibus scriptis perterritus Constantius, q; posse facere ea quæ minabatur conscius erat, simulata benignitate vltrò venire ad se Athanasium iubet, atq; illi in hæc verba descripsit: Constantius Victor Augustus Athanasio Episcopo. Diu te errare atq; tempestatibus per diuersa æquora vectum, ampliùs circunferri nostræ pietatis clementia non permittit. Nec proprijs terebus atq; patria priuatum, per inuia ferarum loca atq; deserta vagantem, nostra cura non despexit. Verum cùm vltrò te ad nos vẽturum, & laborum recõpensationem exigere sperauimus, vsq; ad hoc ipsum tempus tibi nostras literas dare distulimus. Sed quoniã fortè quçdã detinuit formido,

* Incensores vel incitatores.

mido, ne de cætero hoc p̃sumas, nostras has literas plenissima largitate insignes A
tuæ sanctitati destinare curauimus, vt absq; vllo metu seu formidine, libere & se
cure nostris te aspectibus præsentare non differas. Quatenus ad tua omnia re-
stitutus nostram experiaris clementiam, atq; in patria propria maximum gratię
nostræ pignus possideas. Nec multo post alias eodem penè tenore Athanasio di
rexit epistolas. Et paulo post alias, atq; vna Architum Alexãdrinum diaconum
misit, qui eum ad plenum de eius dispositione informare valeret, ostenderétque,
publica sibi parata vehicula, atq; illum sua omnia recepturum. Quas omnes lite-
ras, quum apud Aquilegiam relicto Sardicensi concilio Athanasius moram tra
hens suscepisset, confestim Romam pergens, Iulio ostendere non distulit. Qui
ob hæc credens Imperatorem Constantium velle iam veram fidem tenere, ve-
hementer gauisus est, ac Roma cum eo pene tota. Quamobrem literas scribit
presbyteris, diaconis, & toti plebi Alexandriã habitantibus, congratulatus pri-
mum eis de reditu Athanasij, & quemadmodum è tot tantisq; persequutioni-
bus, vt aurũ examinatus euaserit. Cuius laudes nec ipse se tanti putat, q̃d illas ex-
plicare valeret, quem omnium clarissimum & admiratur & obseruat. Tandem
Christum precatur, vt hoc eius gaudium præseruet in æternum. Athanasius igi
tur iter agens, quum ad Constãtium peruenisset, leui increpatione perstrictus,
ad Ecclesiam suam permittitur ire securus, sed Imperator prius ab impijs concili
arijs admonitus, hæc ad Athanasium loquitur: Non est, inquit, magnum Atha-
nasi, quod Episcopi de te poscunt, vt vnam ex multis, quæ sunt apud Alexandri
am Ecclesijs, concedas populis eorum qui tibi communicare volunt. Tum ille,
Deo ei suggerente, paratum in tempore consilium reperit. Et quid est (inquit)
Imperator quod poscenti tibi liceat denegari, qui potestatem habes omnibus iu
bendi: Sed vnum est quod oro, vti meam petiunculam libenter admittas. Cunq;
se omnia quæ vellet, etiamsi essent difficillima, promitteret præstaturũ, si vnum B
eis concedere vellet. Ait Athanasius: Hoc est quod rogo, vt quia etiam hic (nam
apud Antiochiam res agebatur) sunt nostri populi qui istis cõmunicare volunt,
vnam eis tenere concedatur Ecclesiam. Aequissimum sibi videri & valde præstã
dum, lætus respondit Imperator. Sed quum rem detulisset ad eos, quorum con-
silijs vtebatur, neq; ibi se velle accipere Ecclesiam, neq; hic dare respõdentibus Im-
perator admiratus eius prudentiam, properare ocyus ad suscipiendam suam Ec-
clesiam iubet, literasq; in eius fauorem in hunc modum descripsit: Constantius
Victor Augustus, Episcopis Aegypti, presbyteris, & populo Alexandrino. Ec-
clesiæ catholicæ reuerendissimus Episcopus Athanasius Dei fauente gratia mi-
nime est derelictus. Nam licet ad breue tẽpus humanis fuerit casibus agitatus,
diuina tamen prouidentia non abiectus, iterum patriæ sedi q̃ suæ atq; tranquilli-
tati restitutus est. Cui nostram adesse pietatem opportunum videtur, vt omnia
quæ contra eum, aut contra communicantes ei gesta fuerint, nostræ mansuetudi
nis decreto omnino aboleantur. Sancimus liberum esse de cætero Episcopis qui
buscunq; atque clericis, pariter & cleris & laicis, cum eo pro libito conuenire, &
tanti viri (vt melius nouerint) participatione gaudere, vt illius orationibus suf-
fulti, pontem vobis ad cœlestia firmissimum fabricare possitis. Et ne tumultus,
aut seditiones q̃quo modo apud vos orianꝰ, præsidi & iudicibus apud vos degẽ-
tibus literis nostræ mansuetudinis iniungimus & mandamus, quatenus omnia
hæc summa vigilantia & cura fieri prohibeant, omnesq; seditiosos sine respectu
aliquo, legitimæ tradant vindictæ. Vos ergo præfatum virum omni reuerentia
& honore colite, atq; orationes cum eo pro nobis ipsis tum pro nostra clementia
omnipotenti Deo offerte. Tunc beatus Athanasius per Syriam iter aggressus, &
exindè per Palestinam trãsiens Hierosolymam ad Maximum eius vrbis Episco

pum

A pum venit, illíq; indicans gesta Cõcilij Sardicen. & quemadmodum eorum decreto Constantius Imperator assensserat, persuadere facillimè valuit, vt ex episcopis omnibus Syriæ & Palæstinæ, Maximus concilium congregaret, atq; in eo Sardicen. concilij gesta confirmauit, cõmunionem Athanasio restituit. De quibus omnibus episcopis Aegypti & Libyæ epistolam, clericisq; & plebi ea synodus scripsit. Quæ, vt noluerunt Vrsatius & Valens, qui ex ducibus Arrianę perfidiæ exiterant, facto libello pœnitentiæ, & Romam ad Iulium profecti, veniam promeruere, atq; Athanasio per literas se cõmunicare omnibus professi sunt. Athanasius verò è Hierosolymis discedens, per Pelusium iter ad Alexandriam ducens, & diuersas intrans ciuitates populos quoscunq; consubstantialitatis fidē arripere magno Dei feruore edocebat. Et quum catholici non adessent episcopi, ordinationes aliquas celebrasse describitur, quod occasionem maleuolis contra eum malignandi præbuisse in sequentibus enarrabitur. Veniēs igitur Athanasius in Aegyptum & intrans Alexandriam vndecimo Constantij anno, tanta lætitia, imò verò gestienti exultatione à catholico populo exceptus est, vt ab eius ingressu ob ingentem lætitiam plures dies festos solennesq; agerent. At beatus Athanasius curam episcopalem gerēs, primum episcoporum Aegyptiorum synodum congregauit, in qua apud Sardicam gesta & apud Hierosolymam confirmauit, ipsi etiam confirmarunt, & abinde læta pace discesserūt. Dēst, hos, quos nouit per Aegyptum Arrij sectatores, episcopis à sede depositis, consecrauit catholicos, & Nicæni concilij fidem omnino custodiri mandauit. Ipse verò prædicationibus publicis incũbens, cum rectā fidem explanabat, tum Arrianorū hęresim fortissimè destruebat. Quãobrem catholica crescebat ecclesia, & catholicus populus diebus singulis religiosa lætitia exultabat. Deinde p diuersa loca ecclesias suæ prouinciæ solenniter circumiens, plebem salutari doctrina, & vera Christi fide instruere satagebat. Et cùm ad locum Thebenensium semel nauigio perueniret, idq; Pachumius miræ sanctitatis monachus cognouisset, qui regula ab angelo suscepta, in ea loca monasteria summæ religionis instituerat, statim cum vniuersis monachis præparauit in occursum. Omnesque gaudentes & exultantes, cum psalmis & hymnis magnum suscepere pontificem. Et erat ingens B multitudo fratrum, qui omnes de aduentu eius lætabantur in domino, quanquã Pachumius se Athanasio non propalauerit, cùm sciret Teuthyriorum episcopũ apud Athanasium institisse, vt se ad presbyteratus honorem ordinaret. Quamobrem inter monachorum agmina delitescens, quoscunq; præteriret episcopus, se absentauit, quem intimum Pachumius venerabatur, vt nullum præstantiorem ipsis temporibus hominem diceret. Comparat enim sanctam vitam eius & persecutiones innumeras, quas ab Arrianis pro vera Christi confessione pertulerat. Charitatem quoque quam erga vniuersos, & maximè monachos exhibebat, intento mirabatur animo. Eumq; toto cordis venerabatur affectu, atq; hæreticos omnes penitus exhorrebat. Per idem ferè tempus adhuc viuens Antonius, mirabilis monachus, de quo suprà meminimus, & longo iam senio constitutus, dum circa se sedentibus fratribus, ipse etiam suis manibus operaretur, intentè oculos defixit in cœlum, gemens atq; suspirans. Et post aliquantulum spaciũ reuelationis incœptæ nimio dolore contremuit, & statim genibus flexis, ante Dei vultum prouolutus orat, vt sua clemētia futurum auerteret scelus. Succedunt orationi lachrymæ, metus ingens inuadit, præsentes obsecrant, vt tantæ calamitatis exponeret visionem. Singultus occupant vocem, lingua fletibus præpeditur, & in medio conatu sermo gemitu interrumpitur, vix cum vociferatione luctuosa ait: Melius erat, ô filioli, impendens piaculum cita morte lucrarisic incipiens, rursum lachrymis vincitur, & inter ægra suspiria, tandem pecto

ri accommodans vocem. Magnum, inquit, quoddam & vniuersis seculis inauditum nimium nefas, magno fides catholica turbine subuertetur, & homines iumenti similes, Christi sacra diripient. Vidi enim altare domini mulorum circundatum multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia dissipabant. Hæc est causa gemituum meorum, quos audistis. Et facta est vox domini ad eum, dicēs: Abominabit altare meum. Nec mora (vt prosequit Athanasius referēs hęc in vita beati Antonij) visionē sequitur effectus. Nā post annos duos sæua Arrianorū erupit insania. Tunc ecclesiarū fuerūt rapinę, tunc diuinorū temeratio vasorū, tunc pollutis iniquorum manibus, sacra pollura sunt mysteria. Et alia plura abominanda enarrat Athanasius, quæ in sequentibus (per eius quam ad orthodoxos de his rebus scripsit epistolam) diffusius innotescent. Nam post duos annos, cum Magnentij tyranni scelere, Imperator Constans haud longè ab Hispania, in castro cui Helenæ nomen est, regno simul & vita fuisset exemptus, anno ætatis suæ xxx. & Imperij decimotertio, rursum in Athanasium veteris illi falsorum criminum intentores, principis odia suscitare cœperunt. Nam suggerebant Imperatori omnem per eum Aegyptum & Libyam subuersas fuisse, eumq; contra ecclesiasticos canones in alienis diœcesibus ordinationes celebrasse. Et vt in odium illius Imperatorem magis ac magis impellerent, ad memoriam reuocare non desistebant, quasi ille idem fuisset, qui fratrem sibi inimicum fecerit, ac penè ad bella contra ipsum impulerit. Quibus leuis Imperator facilè commotus, & omnium quæ prius sibi placuerant oblitus, nedum expelli Athanasium à sede sua, sed interfici penitus imperat. Tunc Eusebius, Theogonius, Narcissus, Cylex, Patrophilus, & complices apud Antiochiam numero triginta congregati, Georgium quendam Cappadocem Alexandrinorum ordinauere Episcopum. Et quum Sebastianum quendam Manichæum præfectum militum iussu principis mittunt, qui cum pluribus quàm quinque milibus armatis Alexandriam venientes, Philagrium adeunt Aegypti præfectum, virum quidem pessimum, & qui Eusebij partibus fauere consueuerat. Is principis Constantij præceptis, & episcoporum decreto suscepto, honorificè Georgium excipiens, omnes eius voluntates se executurum alacriter polliceturmec id minus opere impleuit. Nam quanta strage in Dei ecclesias, & fidelem populum vnà cum Georgio debacchatus fuerit, horret animus scribere & ea referre, quæ diligentissimè Athanasius in præfata epistola ad orthodoxos copiosissimè atque eloquentissimè enarrauit. Quam nos infra totam ferè (vt apud Græcos iacet) in latinum stylum vertentes subijciemus. Verumq; modum, quo de inimicorum manibus euaserit Athanasius, ipse idem latius in eo libro, quem de satisfactione suæ fugæ conscripsit, enarrat. Non pigebit eius rei seriem per eiusmet verba subijcere. Nā quum in Christi populos diebus singulis Arrianus Georgius grassaretur, quærebat opportunitatem & modum, quo Athanasium comprehendere posset. Cōtingit post parasceuen domini ad quandam ecclesiam fidelem solitus erat habitare, atque nunc vna adorat, & magno cum populo vigilias celebrat, sequenti scilicet die collectam celebraturus. Quod cùm innotuerit Georgio & Philagrio præfecto, continuò adfuit dux eum militibus, excedentibus numerum quinq; milium, quos armatos statuens in circuitu ecclesiæ cum gladijs enudatis, arcubusq; & sagittis, atque diuersorum generum telis, ita illos sibi cohærentes dispo fuit, vt nemo egredientium ab ecclesia, eorum manus posset euadere. Et vt ipse de seipso loquens prosequitur: Ego quidem, inquit, irrationabile iudicans populum derelinquere, & non potius ante illos sufferre pericula, residens in sede, iussi diaconum psalmum legere, atq; populum respondere: quoniam in seculum misericordia eius. Et sic per vnam portarum ecclesiæ excuntes, omnes in domū

suam

A fuam absque aliqua reluctatione abierunt. Verum ingrediente duce cum aliquibus militibus vt nos caperet, quidam clerici, & qui ibi adhuc remanserant populi clamitabant, poscebantq; vt nos vnà cum populis discederemus. Ego autem magis contra affirmabam non videri conueniens, nisi prius omnes sigillatim exissent, nos à loco discedere, ne propter nos in populum aliqua fieret irruptio affirmans me melius esse periculis subiacere, quàm aliquam vel minimam propter me læsionem pati. Igitur egredientibus plurimis & reliquis subsequentibus, clerici quidam ad nos accedentes, de sede traxerunt. Et (testis est ipse Deus, qui nobis hoc sua pietate donauit) quòd à militibus sacra rum circundantibus, & aliis per ecclesiam discurrentibus, per ipsos medios nos fugam tenentes, periculà euitauimus, Deum in omnibus glorificantes, qui populum ab impiorum strage liberare, & nos de persequentium manibus eripere dignatus est. Fugiens igitur Athanasius, apud aliam quandam ecclesiam in Alexandria delituit. Nec aliud iam valens in agro Christi operari, diuinis lectionibus & orationibus incumbens, scribebat frequenter ad orthodoxos omnes, & potissimum episcopos, quos ad tolerantiam persecutionum pro recta Christi fide, exhortando, ne frangi velint, aut commissas sibi oues pro viribus à lupis dilacerari, deuorarique permittant, totis viribus prædicabat. Inter quas præfata est illa epistola magna atque pulcherrima, quam ad omnes vbique orthodoxos diligenti cura direxit in qua Arrianorũ persecutiones, quas apud Alexandriã ipse simul cum tota ppessus fuerat ecclesia enarrãs, illius calamitates miserabiliter defler, quæ talis est: Omnibus vbique orthodoxis Athanasius Episcopus salutem in Christo. Ea quidem quæ perpessi sumus, grauia sunt & intolerabilia, & quæ digne non queant explicari. Vt autem celerius & facilius eorum acerbitas atque immanitas possit agnosci, historiam de scripturis, oportunè recensendam arbitratus

B sum. Quidam Leuita aliquando ob vxorem nefaria iniuria oppressam, violatus, eamq; contumeliam indignè ferens (Hebræa enim erat mulier, atque ex tribu Iuda) commotus magnitudine sceleris in se admissi, sicut sacra ludicum testatur historia, concisam in frusta mulierẽ, misit per singulas Israeliticas tribus, ne in se solum, verum & in omnes huiusmodi nequitia admissa videretur. Ac siquidem eos moueret indignitas rei, vlcisci in rẽ pergerent, sui verò negligerent, ac si scelus ipsi admissent, erubescerent. Et hi quidem, qui missi fuerant, cunctis rei gestæ seriem annunciabant. Illi verò audientes, flagitijq; indicia cernentes, dicebant nihil vnquam tale contigisse, ex qua die ascenderant ex Aegypto filij Israel. Denique commotæ sunt omnes tribus filiorum Israel, omnésque non secus ac si violati essent, contra sceleris autores conuenere, tandemq; violatores illi expugnati sunt, & apud omnes anathema facti. Non enim qui aduersus eos conuenerant, quòd essent cognati intuebantur, sed solam iniquitatis magnitudinem aspiciebant. Nostis historiam fratres, & quæ de hac re scriptura significet, non ignoratis. Non itaque scientibus plura ingerẽda sunt, quum ea, quę nobis modò contigerunt, illis profectò duriora vestræ vnanimitati potius insinuanda sint. Ideirco enim huius historiæ meminimus, vt illa quæ tunc gesta sunt, cladibus nostris conferentes, & nostra illorum atrocitatem superare cernentes, amplius vos modo, quam illi tunc aduersus iniquitatis autores indigneminí. Nempe enim & persecutionis acerbitas in nos grassata, omnem excedit immanitatis modum. Et quæ tunc contigere Leuitæ, eis comparata, quæ modò ecclesia perpessa est, nulla sunt, magisq; ista nunquam audita sunt in toto orbe contigisse, tantasq; clades nemo vnquam expertus memoratur. Tunc enim mulier vna violata est, vnusq; Leuites affectus contumelia. Nunc autem omnis violata

cleſia totumq; ſimul ſacerdotium contumelijs affectum eſt. Et quod maius eſt, C
pietatem inſectatur impietas. Ac tum quidem mulieris vnius quælibet tribus aſpiciens partem, dolore commota eſt. Nunc autem cernitis totius eccleſiæ membra diuiſa, partimq; ad vos, & partim ad alios mitti, qui nunciẽt iniuriam & contumeliam, quam pertulerũt. Moueat ergo & vos obſecro, communis cladis miſeratio, ac ſi voſipſi eadem nobiſcum pertuleritis, ſingulisq; veluti paſſionis ſocij, ferte opem, ne ſenſim eccleſiaſtici canones atq; eccleſiæ fides violetur. Nam periclitatur vtrunque, niſi per vos Deus errata corrigat, & vltrò ne patiatur eccleſia. Non enim nuper regulæ fidei ac formæ ſunt eccleſijs datæ, ſed à patribus noſtris optimæ atque firmiſſimæ traditæ. Neque modò cœpit fides, verùm à domino per diſcipulos ad nos vſque emanauit. Nec igitur quæ ab initio in eccleſijs ad nos vſque ſeruata ſunt, diebus noſtris conuellãtur, & quæ nobis credita ſunt requirantur à nobis. Mouemini fratres, tanquam diſpenſatores optimi myſteriorum Dei, neque ab alijs quæ vobis credita ſunt, rapi patiamini. Audituri quidem eſtis à tabellarijs ac nuncijs plurima, breuiter tamen ea vobis à me indicanda putaui, vt re vera poſſitis aduertere contra eccleſiam talia nunquam contigiſſe, ex qua die ſaluator aſſumptus, diſcipulis mandat, dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Quæ igitur aduerſum nos aduerſumq; eccleſiam impiè admiſſa ſunt, ita accipite fratres. Cùm de more pacatis rebus, quietè & cum diſciplina domini conueniremus, lætantibus populis, ac proficientibus in fide, & in operibus bonis, ſacerdotesq; ac miniſtri domini per Aegyptum, Thebaidem, ac Libyam pacem inter ſe ac vobiſcum haberent, mutuaq; charitate aſtricti teneremur, repentè præfectus Aegypti literas in morem edicti propoſuit, publicè Georgium quendam ex Cappadocia ex præcepto ingredi, qui mihi ſuccederet, ſignificantes. Hæc primùm fama perturbauit omnes. Erat quippe id nouum, & nunc primùm auditum. At verò populi ſtudioſius ad eccleſias conueniebant, cùm præſertim animaduerterent, neque ſeipſos, neque epiſcopum aliquem, neque presbyterum, neq; omnino aliquem aduerſum nos vnquam aliquid propoſuiſſe, ſolósque cum illo Arrianos aſpicerent, ipſum Arrianum ſcirent Arrianis ab Euſebio epiſcopum miſſum. Non autem ignorantes fratres, Euſebium atq; illius cõplices, duces ac præceptores eſſe Arrianæ impietatis, qui nobis ſemper inſidiati ſunt, noſtræq; in Galliam peregrinationis autores fuerunt. Propterea enim & populi merito indignabantur ac recidiuabant, iudicesq; alios teſtes citabant, ac totam ſimul ciuitatem conturbabant, nulla vnquam ab eccleſiaſticis querimonia propoſita, ſolisq; Arrianis hæreticis iſta contra nos concionantibus, huiuſmodi nouitates & iniquitates aduerſus eccleſiam fieri. Sed & ſi qua in vos querimonia inualuiſſet, oportuiſſe non Arrianum hominem de vobis ferre ſententiam, ſed iuxta eccleſiaſticos canones, ac ſecundum Pauli monita, congregatis populis & ſpiritu ſancto dictante, cum virtute domini noſtri Ieſu Chriſti omnia canonicè examinari atque diſponi, præſentibus ac poſtulantibus populis & clericis, non extrinſecè ab Arrianis ſceleratis nundinis mercantibus epiſcopi nomen, ad eos qui non poſtularent, neque ſ nollent, neque omnino ſ contigerit, ſcirent ſeipſum exteriorum iudicum poteſtate ac furibus fretum, improbè nimis iniicere. Soluí ex hoc eccleſiaſticos canones, gentesq; ad blaſphemandum impelli, atq; ad putandum non diuinis legibus, neque ſecundum iura maiorum, ſed execrabilibus nundinis, ac per vim eccleſiæ præſules ſtatui. Hæc fuit nefaria Georgij promotio, atq; huiuſmodi initium habuit. Cæterùm ipſius in Alexandriam ingreſſus, quæ ſcelera effecerit, quantarumque cladium cauſa fuerit, poteritis partim ex his, D

al. vellent ſed al. cuperẽt

quæ

A quæ ſcribimus, partim ex his, qui proficiſcuntur ad vos, interrogando perdiſcere. Indignantibus populis, ac moleſtè ferentibus, atque ad eccleſias ideirco confluentibus, ne per hùiuſcemodi nouitatem Arriana perfidia fidei Eccleſiæ miſceretur, Phylagrius, qui & dudum Eccleſiam eiuidem virginis temerare præſumpſerat, & nunc Aegypti præfectus erat prævaricator impius, Georgij ſodalis omni pollutus ſcelere, præceptore vtens Euſebio, atque ideo contra Eccleſiam ſtudens, inducit Gentiles atque Iudæos, & indiſciplinatos quoſque, ac pollicitationibus illectos. Quos etiam poſtea reddidit, vt vnà cum Arrianis, vt & ipſi Arriani crederentur, ad Eccleſias pergant. Similiter & armatos gladijs & fuſtibus repente in Eccleſias fidelibus populis plenas, immiſit. Quid ex eo contigerit, non iam dici facilè poteſt. Neque enim dignè illud exprimi fas eſt, nec abſque ſingultibus & lachrymis ex his vel pauca perſtringere poſſumus. Quæ enim apud veteres lecta eſt hanc noſtram exæquaſſe calamitas? Aut quid tale vnquam in bello & perſecutione patratum eſt? Eccleſia enim, ſanctúmque baptiſterium, iniectis ignibus vritur. Eiulatibus & lamentationibus ac luctibus continuò ciuitas reſonat. Indignantibus & ciuibus in his quæ fiebant, & reclamantibus, vimque teſtantibus. Nam ſacræ & immaculatæ virgines, nudatæ veſtibus, ea patiebantur, quæ nefas eſt dici; reluctantes iniuriæ, periclitabantur, conculcati monachi moriebantur. Ex plebe verò, alij patebant prædæ, alij ferro ac fuſtibus perimebantur, alij vulnera, cædes alij referebant. At verò ſupra ſacroſanctum altare, quid impietatis, quid ſceleris admiſſum ſit, hæreret animus dicere. Aues enim & nucleos quoſque immolabant, ſimulacra laudantes ſua. Et in ipſis Eccleſijs dominum noſtrum Ieſum Chriſtum blaſphemantes ſempiterni patris filium. Sacræ autem ſcripturæ libros, quos in Eccleſia inuenerunt, incenderunt. Locum verò ſanB cti baptiſterij (me miſerum) Iudæi domini infectores ac Gentiles impij, paſſim abſque vlla reuerentia ingreſſi, adeo obſcœna gerebant & loquebantur, nudos ſe ingerentes, vt ea vel dicere erubeſcamus. Plerique autem ex impiorum numero immanitatem perſecutionis imitati, virgines & continentes comprehenſos pertrahebant, & contumelijs affectos blaſphemare cogebant, & negare Dominum noſtrum renuentes, concidebant verberibus, & conculcabant. Hic admirabilis atque præclarus fuerat Arriani Georgij ingreſſus, inter quæ meritò gloriari ac tantis malis gratulari poterat. Verùm huiuſmodi tam ſceleratæ victoriæ, veluti præmium ac mercedem Iudæis atque Gentilibus, & cæteris noſtræ cladis autoribus præbens, Eccleſiam in prædam dedit. Hac verò illis licentia requiſſimè permiſſa, perturbatis omnibus, atrociora hoſtibus ac latronibus moliebantur. Alij enim obuia quæq; rapiebant, alij depoſitum quorumlibet ſibi diuidebant vinúmque quod permultum erat, aut exhauriebant, aut bibebant, aſportabant, repoſitúmque oleum diripiebant, poſtes atque cancellos, veluti ſtercora, prout cuique libitum erat, deferebant. Candelabra parieti affixa, & Eccleſiæ cereos incendebant idolis, ac per omnem Eccleſiam cædes prorſus ac rapinæ feruebant. Neque his contenti, quæ fiebant, Arriani impij, deteriora his atque atrociora addunt. Presbyteri nãque & laici concidebantur, virgines nudatæ ad tribunal præſidis abducebãtur, atq; in cuſtodiam mittebantur. Alij publicè virgis cęſi ſunt. Miniſtrorumq; Dei ac virginum conſueta annona ſubducta. Hæc autem ipſis ſacræ quadrageſimæ diebus circa paſchalem ſolennitatem contigerunt, quando ieiunantibus fratribus, præclarus Georgius Caiaphæ in morem cum Pilato præſide contra Chriſti famulos debacchabatur. Ingreſſus denique vnà cum præſide atq; Gentilibus in v-

γ iij nam

nam ecclesiam in die sancto paraſceue, vbi vidit populos violentum ingreſſum C
ipſius aduersari, impulit crudeliſſimum præſidem vna hora quadraginta & qua
tuor virgines, coniugatas, & ingenuos viros publicè flagellis cædere & in carce-
rem mittere. Inter cæteras notam virginem quandam, obſistere liberius auden-
tem, pſalteriumq; adhuc tenentem, manibus cędi publicè iuſſit, direptoq; à car-
nificibus libro, virgo ipſa carceri incluſa eſt, neq; his contenti quieuerunt, verū
& in alia eccleſia, in qua illis maximè diebus habitabam, eadem facere intende-
bant, ſtudentes & illa in eccleſiam vęſanię ſuę frena laxare, vt me perimerēt q̄d
& factum eſſet, niſi Chriſti prœueniſſet gratia, vt vel ſic effugiens, pauca ex his
annunciare poſſim. Ego enim cùm eos cernerem ſumma rabie ferri, reputans,
ne eccleſia per me læderetur, ne virgines in illa paterentur, cędesq; denuo fierēt,
ac ſecundo populi violarentur, me ipſum cautè ſubduxi, memor domini dicētis:
Si vos perſecuti fuerint ex vna ciuitate, fugite in aliam. Conijciebam enim illos
ex his, quę in alia eccleſia patrauerant ſceleribus, nihil in ea quoq; immanitatis
omiſſuros. Quandoquidem ne ipſam quidem dominicam ſanctamq; ſolennita
tem reueriti fuerant, quum in ipſa quoq; eccleſia homines in vincula coniece-
rant, in qua dominus omnes à nexibus mortis abſoluit. Cùm verò Georgius &
qui cum ipſo erant, ac ſi contra dominum ſaluatorem pugnarent, poteſtate præ-
ſidis freti, libertatis diem ſeruis Chriſti lugubrem fecerunt. Nam Gentiles qui-
dem illum diem in lętitia agebant. Georgius verò Euſebij fortaſſis obtempe-
rans monitis, Chriſtianos conſtrictos vinculis, lugere cogebat. Hoc igitur mo-
do præſes per vim eccleſias rapuit, raptasq; Georgio tradidit Arrianorum prin-
cipi. Et hi quidem, qui abiecti à nobis fuerant, impietatis merito eccleſiarum ra
pinis gloriantur. Dei autem populus, & eccleſiæ catholicę clerus, aut hęretico-
rum impietate & communione inquinari coguntur, aut ingredi non permittun
tur eccleſias. Nam & nauium gubernatoribus, ac reliquis mare nauigantibus, D
non minimam vim ac neceſſitatem imponit Georgius, præſidis autoritate alios
crucians, alios carceri mancipans, vt ne quid ipſius iniquitati cōtraire audeant,
Sed & literas ab eo percipiant. Ne his quidem contentus (vt noſtro cruore ſatie-
tur) fecit ſæuiſſimum ſuę iniquitatis miniſtrum præfectum, qui decretum quā-
ſi ex perſona populi contra me ſcribentis pijſſimo Conſtantio Auguſto, machi-
natus eſt, inuidioſis plenum verbis. Ex quo non modo non euadere, verū & mil
le mortes expectare poſſumus. Atq; is quidem, qui decretum conſcripſit, tranſ-
greſſor eſt, vt ex Chriſtiano Gentilis impudens ſimulacra colit. Qui verò ſub-
ſcripſere gentiles & templorum editui, & vna cum ipſis Arriani. Et (ne ſim in
ſcribendo prolixior) perſecutio hic viget, & talis perſecutio, qualis antea nunq;
in eccleſia fuit. Nam in præterita quidem perſecutione, vel fugiens quiſpiam, o-
rare poterat, occulteq; baptizari. Quę verò modo graſſatur ſęua tempeſtas, Ba-
bylonicam impietatem imitatur. Sicut enim illi tunc aduerſus Danielem, ita &
modò mirabilis Georgius intra domos orantes, apud præfectum inſimulat, mi
niſtrōsque Dei contumelioſè obſeruat, adeo, vt hac obſeruatione violenta pleri
que ſine baptiſmate periclitentur. Multi item abſque viſitationis obſequio in-
firmentur & doleant morbo, duriorem eam calamitatem arbitrantes. Cum em̄
Eccleſiæ miniſtri perſecutionem patiantur, populi impietatem Arrianorum ex
ecrantes, maluntita morbis contabeſcere ac periclitari, quàm Arrianorum ma-
nus ſuis capitibus imponi. Arrianus itaque Georgius eſt, atque ab Arrianis
miſſus. Nullus enim præter ipſos illum ordinari expetijt, atque ideo quaſi
mercenarius atq; alienus catholicæ Eccleſiæ populos, vt qui ſui non ſunt, diris &
grauiſſimis incommodis præſidis ope ſubnixus afficit. Quia enim Georgi-

um,

um, quem Eusebius Arrianus Episcopum constituerat, acceptis literis de illo nostris, vos omnes catholicæ Ecclesiæ Episcopi, scitis quàm iuste ob impietatem anathemati subiectum abiecistis. Idcirco eisdem Arrianis nuper Georgium misit, ac ne secundo etiam confunderetur, si rursus contra illum scriberemus, ideo exterius contra nos vsus est furibus, vt Ecclesiarum potiti Arrianæ hæreseos opinionem viderentur effugere. Verùm, & in hoc sua illos fefellit opinio, quoniam soli illi communicant hæretici, & iustis ex causis electi, & quinque alij per necessitatem præsidis simulant. Est autem hæc Eusebij factio. Ista dudum quidem Eusebius, & qui cum eo sunt, meditabantur atque concinnabant. Nunc autem & in opus proferre potuerunt calumniarum causas, quibus nos insimularet apud regem, nec sic quidem quieuerunt. Verùm, quoniam quoque nos occidere quærunt, vestrisque necessarijs terribiles imminent, adeo vt omnes effugerint, mortémque ab illis quotidie expectent, sed non ideo vos illorum improbitas perterrere debet, verum magis & vicissim conuenit, & indignari in huiusmodi iniquitatis autores. Si enim dum vnum membrum patitur, compatiuntur & omnia membra. Et iuxta beatum Apostolum, oportet flere cum flentibus, affecta huiusmodi iniurijs Ecclesia, & tali tantique patiente, vnusquisque ac si ipse patiatur, vindex esse pro viribus studeat. Communis namque saluator est qui blasphematur ab ipsis, communésque omnium canones, qui ab ipsis conculcantur. Quocirca indignari nos conuenit, & grauiter ferre, ne si ista negligitis, sensim in singulas Ecclesias huiusmodi clades excurrat, iámque venalis fiat antistitis dignitas. Non ignoratis dilectissimi Arrianorum perfidiam, quippe quorum impietatem priuatim ac publicè omnes crebrò damnastis. Nostis item Eusebium eiusque complices, eiusdem, vt prædixi, hæresis æmulos, cuius gratia nobis etiam pridem insidiati sunt. Quæ verò propter eos atque ab eis gesta sunt, bellis omnibus sic manifesta indicaui vobis, vt iuxta eam quam vobis proposuimus historiam, assumpto zelo optimo, auersatiq; malum, tollatis de medio eos, qui contra Ecclesiam tam nefaria scelera, tanta improbitate perpetrarunt. Si enim etiam propterea hi qui Romæ sunt fratres, quum ista necdum contigissent, priorum tantum causa synodum fieri mandarunt, vt illa quoque vindicarentur, eámque reueritus Eusebius ac socij Ecclesiam perturbare aggressi sunt, & nos punire instituerunt, vt iam licito quæ vellent agerent, neminem habentes qui se argueret impietatis; quanto magis huiusmodi sceleribus indignari vos debetis, eáque vestra damnare sententia, quæ prioribus illi addiderunt. Nolite oro negligere, neque permittatis famosissimam Alexandrinam Ecclesiam calcari ab hæreticis atque pessundari. Idcirco nanque merito, & populus, & clerus seorsum sunt, præfecti quidem metu reticentes, cæterum Arrianorum impietatem execrantes. Si igitur ad vos Georgius scripserit, vel alius pro eo quispiam, nolite fratres ipsius suscipere literas, sed scindite, atq; huiusmodi tabellarios, vt impios iniquitatisq; ministros, auersamini. Quod si etiam pacificè præsumpserit scribere, ne sic quidem illas suscipite. Metuet enim præsidis, qui eas accipiunt, perferunt. Quoniam verò & Eusebium de eo vobis scripturum præsumimus, ideo vos præmonere curaui, vt & in hoc Deum imitantes, qui personas non suscipit, huiusmodi omnino nuncios abijciatis. Hi enim sunt qui nuper persequutiones & violationes virginum, ac neces rapinásque Ecclesiarum, & incendia atque blasphemias, Arrianorum gratia à Gentilibus ac Iudæis fieri curarunt. Neq; verò impius insanusq; Georgius Arrianum se denegabit. Arguetur enim ex subscriptione literarum suarum, eas quippe subscribit, Amen.

Dudum quidem à beato Alexandro prædeceſſore meo, multorum criminum impietatisque hortatus, abiectus de Eccleſia eſt. Nobis igitur omino reſcribite, ipſique hos execramini & inſectamini literis, vt & qui modo ſuperſunt miniſtri populiq; fideles, fidei veſtræ ſyncritatem, zelumq; iuſtitiæ cernentes, gratulentur veſtræ fidei vnanimitate. Qui verò talia contra Eccleſiam & tam iniqua præſumpſere, veſtris literis coerceantur, nec vel ſero pœnitentiam agere valeant vel reſipiſcere. Salutate fratres qui vobiſcum ſunt. Vos omnes mecum fratres, omni officio ſalutant, incolumes ac noſtri memores dominus noſter omnipotens tueatur domini deſideratiſſimi.

Verùm, dum huiuſmodi epiſtolæ per ATHANASIVM ad diuerſos diriguntur, ruſus contra eum principis edicta conſurgunt, præmiaque & honores reuelantibus, per omnem locum ponuntur, ſic rurſus vitam illam in latebris ducere cogebatur. At ipſe conſtanti & inuincibili animo omnia perferens, lectionibus plurimum & orationibus coram Domino pro Chriſtiano populo diebus ſingulis inſtabat. Nec multò ante Athanaſij expulſionem, Paulus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, in exilium deportari iuſſus, apud Cucuſum Armeniæ oppidum, crudelitate Philippi præfecti, & Arrianorum factione ſtrangulatus fuerat. Simili modo Marcellus de Eccleſia Ancyræ deiectus, ſedem rurſus Arriano Baſileo occupandam reliquit. Lucius etiam apud Adrianopolim ferro vinctus, in carceribus miſerabiliter diem obijt. Interea Conſtantius contra Magnentium exercitum mittens, belli euentum apud Syrmium expectabat. Nec minus ipſe contra veros Chriſti cultores bellum aliud præparabat. Nam iubet ibidem eo præſente, Epiſcoporum Concilium congregari. Ad quod artificijs quibuſdam Oſius Cordubenſis, inuitus attractatus, & vi compulſus, diffinitioni eius Concilij non ſine infamia ſe ſubſcripſit. Sed interim interfecto Magnentio tyranno, & ſic vindicta necis fraternæ peracta, Conſtantius quum iam regni parte ſolus potiretur, ad Occidentis partes deueniens, aggreditur Occidentales Epiſcopos fatigare, atque per præceptionem illos ad conſenſum Arrianæ hæreſeos cogere. Et primùm condemnationem Athanaſij, vt velut obicis validiſſimæ obiectione ſublata, facillimè progrediatur ad reliqua, omni diligentia fieri parabat. Interim Iulius quum quindecim annis Romanam rexiſſet Eccleſiam, ad meliora translatus, deceſſit, & epiſcopalem ſedem Liberius ei ſuccedens adeptus eſt. Quo tempore Conſtantius apud Mediolanum concilium aliud congregari iubet, ad quod ex Orientalibus non multi conuenire potuerunt. Alijs ob ſenectutem ſeu itineris lõgitudinem ſe excuſantibus. Ex occidentalibus verò pluſquam trecenti mandato principis confluxerunt. Concilio igitur congregato, orientalium epiſcoporum decretum, in Athanaſij condemnationem latum, primum proponitur, vt eo per Occidentales epiſcopos confirmato, aditus ad Alexandriam ei penitus concludatur. Cui ex occidentalibus plures ſe ſubſcribentes, decepti ſunt. Sed Dionyſius Mediolanenſis epiſcopus, & Euſebius Vercellẽſis, Paulinus Galliarum metropolitanus, & Lucifer Caralitanus inſularum Sardiniæ metropolitanus, dolum eſſe in negocio alta voce proclamantes, quia aſſerebant ſubſcriptionem in Athanaſium, non aliam ob cauſam, q̃ deſtruendæ fidei moliri, in exilium truſi ſunt. Quibus ſimiliter additur Pancratius presbyter, & Hilarius diaconus Liberij, & apoſtolicę ſedis legati, cæteris vel ignorantibus vel non credentibus fraudem, deceptis. Sed ob delendam veram fidem dolo & fraude id fuiſſe geſtum, rei exitus docuit. Nã illis de medio ſublatis, continuò magna ſynodus apud Arrianum octingentorũ ferè epiſcoporum, præcepto Conſtantij congregatur. Vt ibi ſecundum ea, quæ

Orienta-

Orientales episcopi apud Seleuciam Isauriæ, paulò ante non valentes ad occidentales partes conuenire, iussu Imperatoris congregati composuerant, ipsi Occidentales episcopi confirment, quos simplices & imperitos, hac calliditate & versutia circumuenerunt. Hoc modo proponendo eis, quem magis colere & adorare vellent ὁμόουσιον an Christum. Illi verò virtutem verbi quid ὁμόουσιον significaret ignorantes, velut in fastidium quoddam & execrationem deducti, Christo se credere, & non ὁμόουσιον confirmarunt. Sic multorum animi decepti, contra ea, quæ patres apud Nicæam conscripserant venientes, ὁμόουσιον quasi ignotum & ab scripturis alienum sermonem, auferri de fidei expositione decernũt, & communionem suam cum Hæreticorum societate commaculant. Ob quod facies Ecclesiæ fœda admodum & turpis erat nec iam ab extraneis, sed à proprijs vastabatur. Aranus quam nec immolatio munda, sed prævaricatio erat, & lapsus ac ruina multorum. Nam per idem tempus Liberius Romanus pontifex, habita solenni disputatione cum Constantio, nec eius voluntati adsentire acquiescens, in exilium traditur. In cuius locum Felix diaconus suus ab Hæreticis subrogatur. Et non tam sectæ diuersitate, quàm communionis & ordinationis conniuentia, maculatur. Hierosolymis verò Cyrillus post Maximum confusa ordinatione, sacerdotio suscepto, aliquando in fide, & sæpius in communione variauerat. Apud Alexandriam verò Georgius procaciter Episcopatum gerens, magis consulum fasces, quàm sacerdotium administrare videbatur. Similiter apud Antiochiam multa admodum confusè gesta sunt. Nam defuncto Eudoxio, quum multi diuersarum vrbium Episcopi ad illam sedem ambitione niterentur, ad vltimum Meleetium Sebastiæ vrbis Armeniæ Episcopum, illuc contra decreta Concilorum, Hæretici traxerunt Episcopum. Nec multò post, quum non Arrij, sed nostram contra eorum opinionem cœpit fidem prædicare, ab ipsis in exilium deportatur. Hoc etiam tempore Hilarius Episcopus Pictauiensis, vir summi ingenij & magnæ sanctitatis, factione Saturnini Arelatensis episcopi, reliquorúmque qui cum eo erant Arrianorum, in Phrygiam pulsus, libros de nostra religione conscripsit. Interim quum plures ab Imperatore Alexandriam mitterentur, qui Athanasium inuestigarent, & eum vel caperent vel occiderent: Tandem compertum fuit eum in Ecclesia, quę vocabatur Theone, celari. Tunc ab his, qui ad hæc missi fuerant, conuocato præfecto Libycæ regionis, cum armatis inopinatè in ecclesiã irruitur, & fractis ianuis, omnia collustrantes, eum minimè reperire valuerunt. Nam diuino nutu pericula plura effugerat, & hoc præcedenti nocte prævidens, atque ad domum virginis cuiusdam sanctissimæ confugiens, per sex ferè annos vsque ad mortem Constantij, nemine alio quicquam penitus cognoscente, dilituit. Quæ per omne id tempus necessaria illi omnia subministrans, codices etiam sacros, & quos alias optauerat, illa parabat. Quo in tempore illum libros plures pro nostra religione, & contra perfidos Arrianos, & alios de satisfactione suæ fugæ se compilasse scribit.

Post hæc, Constantius Imperator, dum contra Iulianum, quem Cæsarem apud Gallias reliquerat, & dignitatem Augusti sibi sponte præsumentem, armis ire obuiam parat, vicesimoquarto Imperij sui anno, & ætatis quadragesimoquinto, apud Mopsocrenem oppidum, inter Ciliciam & Cappadociam moritur. Et principatum Iulianus execrabilis tyrannus solus, quem prius præsumpserat, vt legitimum obtinet. Qui velut gesta Constantij arguens, Episcopos iubet de exilio relaxari. Sed Liberius Romanus pontifex, Constantio iubente, regressus fuerat. An verò hic quidem acquieuerit voluntati suæ ad

scribendum, an ad populi Romani gratiam, à quo proficiscés Constantius fuerat exoratus, indulserit, pro certo à scriptoribus non firmatur. Similiter Hilarius anno ante mortem Constantij, cùm apud Constantinopolim librum pro se, Imperatori porrexisset, ad Gallias redijt. Interea cùm Georgius apud Alexandriam gentilibus effectus fuisset infestus, & principis Constantij auctoritate, eos indies oppressisset, principatu Iuliani seditione exorta, capitur & occiditur. Quos Iulianus per literas ad Alexandrinos missas culpare non destitit. Verùm eis ob reuerentiam Serapis, DEI magni ciuitatem protegentis, & Macedonis Alexandri eius vrbis conditoris, atque Iuliani auunculi sui ibidem habitantis, viri in Deos religiosi, nec non ob odium in Galilæos (sic enim Christianos vocabat) culpam se remittere dicit. Nam licet Christianos se abominari & odio habere fateretur, persecutionem tamen publico edicto contra eos suscitare non audebat. Sciens ex anterioribus persecutionibus victoriosiores gloriosioresq; semper euasisse. Et insimulans se clementem, etiam surgia ab Episcopis sibi inferri passus est. Nam de Nare Episcopo Chalcedonensi scribitur, quòd cùm impium eum atq; apostatam vocitasset, nihil aliud respondit, quàm neque Galilæus Deus tuus te curare potuit. Nam hic Nares caligantes ob senectutem oculos habens, ducatu alterius ducebatur. Ad quem Episcopus: Ego inquit, pro cæcitate gratias Deo meo ingentes refero, qui ob hoc potissimum me luminibus priuauit, ne te Imperatorem impium conspicere possem. Cui nihil respõdens Imperator abscessit. Hoc tempore Athanasius seipsum manifestans, ab Alexandrinorum populo mira lætitia exceptus est. Similiter Lucifer Caralitanus Episcopus, & Eusebius Vercellensis ab exilio reuocati, cogitabant quemadmodum ecclesiasticum statum penitus deturbatũ restaurare possent. Nam à Iulio vltra fines Thebaidos, vicinos Aegypto, relegati fuerant. Et Lucifer cùm exoraretur ab Eusebio, vt ad videndum Athanasium Alexandriam pergerent, & ibidem communi tractatu cum his sacerdotibus qui superfuerant de statu Ecclesiæ decernerent, Per seipsum ire abnegauit, sed diaconum suum pro se accedere iussit, atq; ipse intento animo Antiochiam pergit, ibiq; dissidentibus adhuc partibus, non modò cum Arrianis, sed inter se propter sequaces Meletij. Cui tanquam catholico præsuli adhærentes, à consortibus nolentibus illi ex eo communicare, quia ab Arrianis ibidem ordinatus fuerat Episcopus, secesserant. Sed in vnum illos reuocari posse sperabatur, si talis eligeretur Episcopus, erga quem non vna plebs, sed vtraque gaudio afficeretur. Verùm Lucifer catholicum & sanctum virum Paulinum, qui presbyter fuerat Eustachij, olim eius vrbis Episcopi, & qui se nunquam hæreticorum communione polluerat, vt scribit Hieronymus, ac per omnia dignum Episcopum collocauit, sed tamen in quem acquiescere plebs vtraque non posset. Pergit interea Eusebius Alexandriam, ibi confessorum concilio congregato, non quidem multi numero, sed fide integri, & meritis prævalentes: Quo pacto fides violata seruetur, & post hæreticorum procellas, & perfidiæ turbines, tranquillitas reuocaretur Ecclesiæ, omni cura & deliberatione discutiunt. Et primum Nicæni concilij instituta corroborant: deinde quod in quæstionem per diuersos hæreticos deductum fuerat, spiritum sanctum patri & filio consubstantialem esse diffiniunt, & apertè trinitatem nominantes profitentur. Quæstionemq; de substantia & subsistentia, quæ turbabat Ecclesias, determinant. Et substantia ipsam rei naturam rationemq; qua constat, designari. Subsistentia verò vnuscuiusque personæ hoc ipsum quod extat & subsistit, ostendi. Ideoque propter Sabellij hæresim tres esse subsistentias confitendas. Non tamen tres sub-

stantias

A stantias, sed vnam. Determinant etiam Dei verbum, vero homini, hoc est, ex anima & corpore vnitum fuisse. Et hæc devera fide. Quæ omnia postea ATHANASIVM in eo symbolo famosissimo, cuius initium est: Quicunque vult saluus esse, complexum fuisse deprehenditur. Post hæc, cum aliquibus fidei calore feruentibus, in ea synodo visum fuerit, nullum vltra in sacerdotium debere recipi, qui se vtcunque hæreticæ communionis contagione maculasset, placuit hoc etiam discutere. Nam alij, quorum sententia obtinuit, CHRISTVM imitantes, qui quum esset omnium vita, pro salute cunctorum humilians se, descendit in mortem, quo scilicet inueniri posset & in mortuis vita, dicebant melius esse humiliare se paululum, propter dejectos, & inclinari propter elisos, vt eos rursus erigerent. Nec sibimet solis puritatis merito cœlorum regna defenderent, sed esse gloriosius, si cum plurib⁹ illud mererentur intrare. Et ideo rectum sibi videri, vt tantum perfidiæ autoribus amputatis, reliquis sacerdotibus daretur optio, si fortè velint abiurato errore perfidiæ, ad patrum fidem statutáque conuerti, nec negare aditum redeuntibus, sed potius de eorum conuersione gaudere. Vt Euangelicus ille iunior filius, paternæ depopulator substantiæ, in semetipsum reuersus, non solùm suscipi meruit, sed & dignus paternis complexibus deputatur, & annulum fidei recipit, & stola circundatur, per quam nihil aliud, quàm sacerdotij declarantur insignia. Nec probabilis extitit apud patrem senior filius, quòd inuidit recepto, nec tantum meriti habuit non delinquendo, quantum notæ contraxit non indulgendo germano. Quas sententias ex Euangelica autoritate prolatas, ordo ille sacerdotalis & apostolicus approbauit. Atque ex Concilij decreto Asterio, & cæteris, qui cum ipsis erant Orientis Episcopis, huiusmodi iniungitur procuratio, Occidentis verò Eusebio de-

B cernitur. Et Ruffiniano Episcopo de his ATHANASIVM scicitanti, in hæc verba respondit, vt ex epistolis ATHANASII traduximus. Domino filio ac desideratissimo consacerdoti Ruffiniano ATHANASIVS in Domino æternam salutem. Tu quidem quæ filio charissimo congruunt, ad patrem scribis. Ego verò per literas appropinquantem toto affectu te amplexatus sum, amantissime omnium Ruffiniane. Cumque tanquam filio scribere possem, in ipsis initijs & medio ac fine continui me, ne ex literis commendatio testimoniumque de te meum agnoscatur. Tu mihi es epistola, iuxta quod scriptum est, quæ in corde cognoscitis & recitatis. Sic igitur affectus velim credas, saluto te, ac scribere hortor. Magna namque lætitia nos afficis id faciens. Quoniam verò studiosè & ecclesiasticè, hoc enim rursúmque decet religiosum institutum tuum, de his interrogasti, qui necessitate adacti cessere quidem, non tamen rectæ fidei corruptionem admiserunt, idque post illa, quæ de his in Synodis decreta sunt. Scito mi domine amantissime, quia initio quidem quum cessasset improba Hæreticorum vis, facta est Synodus præsentibus remotiorum partium Episcopis. Facta est item & apud illos, qui Græciam inhabitant, fratres & coepiscopos nostros in Hispania quoque itidem & Gallia, vnáque fuit & concors omnium vbique sententia, lapsis scilicet, atque impietatis ducibus effectis, ignoscendum quidem pœnitentibus, cleri tamen illis gradum non permittendum. Eis verò, qui cessissent quidem vi ac necessitate compulsi, non tamen fuissent præsules impietatis, præter indulgentiam, cleri quoque locum non denegandum, præsertim quum excusatione rationabili niti videantur, fecerúntque id cauta quodammodo dispensatione. Asserunt em̃ nunquam se impietati cõsensisse. Cæterùm, ne pessimi quique il-

que illorum vice constituti, Ecclesias dogmatum falsitate corrumperent, elegisse magis tempori cedere ac subire onus, quàm plebes amittere. Ista dicentes, vera prosequi nobis visi sunt, quum in primis obtenderent, Aaron Moysi fratrem in deterto plebis prævaricationi consensisse, excusationémque habuisse, ne populus reversus in Aegyptum, in idololatriæ errore persisteret, verisimiléque putaretur, si manerent in eremo, posse ab impietate quiescere, sin verò in Aegyptum reuertissent, impietati subiecturos. Huius ergo rei gratia, facilè illis venia, clerúsque conceditur, qui vel seducti sunt, vel vim perpessi. Hæc autem deuotioni tuæ insinuanda putaui, confidens à tua veneratione suscipienda. Statutáque patrum, qui idcirco conuenere, comprobanda. Ea verò tam clero quàm populo, qui sub te est, legere dignare, vt ipsi quoque admoniti, te circa huiusmodi ita affectum, in ius vocare non audeant. Indecens enim esset, si illis ipse scriberem, quum possit religio tua, nostrum circa huiusmodi lapsos affectum, eis nunciare, & ea supplere, quæ desunt. Gratias Domino, qui te impleuit omni verbo & omni scientia. Qui ergo pœnitentiam agunt, apertè anathematizent, & nominatim Eudoxij, & Eutoi perfidiam. Ipsi enim quum Dei filium creaturam esse blasphement, Arrianæ hæresis propugnatores seipsos euidenter ostendunt. Confiteantur autem confessam à sanctis patribus Nicænæ synodi fidem, nullámque aliam synodum hinc se præferre permittant. Saluta fratres qui tecum sunt. Te qui mecum sunt omnes in domino salutant. Insuper, & librum à se olim de satisfactione suæ fugæ conscriptum, in eadem ipsa synodo coram omnibus episcopis ipse Athanasius legit. Post hæc Eusebius Vercellensis, pergens Antiochiam, quum ibidem inuenisset à Lucifero contra pollicitationem ordinatum episcopum, pudore simul & indignatione compulsus, abscessit. Neutri parti communionem suam relaxans. Quoniam digrediens ab eo, promiserat se acturum in Concilio, vt eis ordinaretur Episcopus, à quo pars neutra desisteret. Ac Lucifer ad Sardiniæ partes reuersus, vita hac ciro discessit. Eusebius verò circumueniens Orientem atque Italiam, medici pariter & sacerdotis fungebatur officio, & singulas quasque Ecclesias infidelitate abiurata, ad sanitatem rectæ fidei reuocabat. Et Hilarium in Italia tunc degentem, hocidem moliri reperit. Qui quum vir esset natura lenis & placidus, simúlque eruditissimus, & ad persuadendum commodissimus, rem diligentius & apertius procurabat, atque libros de fide nostra nobiliter conscripros ędidit. Quibus & Hæreticorum versutias, & nostrorum deceptiones, & malè credulam simplicitatem ita diligenter exposuit, vt & præsentes & longè positos, quibus ipse per se differere viua voce non poterat, perfectissima instructione corrigeret. Ita duo isti viri velut magnifica mundi lumina, Illyricum, Italiam & Gallias suo splendore radiarunt. Interea audiens Iulianus prædicationibus Athanasij, plures ex paganis ad CHRISTI fidem conuerti, atque ex idolorum sacerdotibus nonnullos vxores habere Christianas, filiósque & seruos, infremuit ira. Nec fictæ temperantiæ imaginem continere potuit, indicantibus maximè ipsis magis, nihil suis artibus successurum, nisi prius Athanasium velut horum omnium obstaculum sustulisset. Ob quod iterum mittitur exercitus, iterum duces, iterum oppugnatur Ecclesia. Verùm quum mœsti & flentes populi circumstarent, propheticò apud eos vsus sermone perhibetur. Nolite, inquit, ô filij, perturbari, quia nubecula est, & cito pertransibit. Et quum discessisset, vt refert etiam Rufinus, & naui per Nilum fluuium iter ageret, comes qui ad hoc ipsum missus fuerat, cognito eius itinere, instanter eum insequi cœpit. Et quum fortè Athanasij nauicula ad

locum

A locum quendam applicuisset, comperit à prætereuntibus post tergum esse percussorem suum, & iamiam nisi prospiceret, imminere. Conterriti omnes qui simul aderant socij, eremum suadebant ad fugæ præsidium petendam. Quibus ille: Nolite, inquit, ô filij, deterreri. Eamus magis in occursum percussori nostro, vt sciat, quia longè maior est, qui nos defendit, quàm qui persequitur. Et conuersa nauicula iter agere obuiam ei, qui se insectabatur, aggressus est. Ille qui nullo pacto suspicari poterat in occursum sibi venire, quem quæreret, tanquam quosdam prætereuntes interrogari iubet, vbi vidissent esse Athanasium. Et quum respondissent se vidisse eum à longè euntem, tota celeritate pertransiens, in vanum festinans, capere properabat, quem ante oculos positum videre non poterat. Ille verò Dei virtute munitus, Alexandriam rediit. Ibique tuto latebras, vsquequo persecutio cessaret, exegit. Interim secundo anno Imperij sui Iulianus in Persas profectus, nostram post victoriam, dijs sanguinem vouerat, vt scribit Hieronymus. Sed inconsultius quum à suorum erraret agminibus, fortè ab obuio hostium equite ilia perfossus interijt, anno ætatis suæ trigesimo secundo. At Calixtus, qui inter familiares Imperatoris tunc militabat, heroico versu, eius vitam Græca lingua describens, ait, eum à dæmone vulneratum occubuisse. Cuius laudes Libanius rhetor, magnæ etiam nunc famæ apud Græcos, conscripsit. Qui & illi in gloriam tribuit, lectitasse nocte libros, vt enixius contra asserentes Palæstinum hominem Deum Deique filium, præliaretur. Post eius igitur mortem, sequenti die Iouinianus ex primicerio domesticorum, Imperator ab exercitu factus est. Qui composita pace cum Barbaris, prout tempora deposcebant, ad Romanum regressus solium, rempublicam totam post nimias quasi procellas, omni ratione reparare aggreditur. Atque Ecclesiarum curam, & veram religionem in primis
B habere. Nec id incautè, vt Constantius egerat, sed ipsius lapsu admonitus, Athanasium, quem constantissimum & omnium prudentissimum senserat, honorificis, & officiosissimis literis requirit, vt ab ipso formam fidei, & Ecclesiarum reponendarum normam suscipiat. Cui ab aliquibus creditum est illi symbolum illud pulcherrimum destinasse, Quicunque vult saluus esse. Alij verò, vt Theodoricus affirmat, Athanasium illi simplicem Nicæni Concilij fidem misisse. Ad quem apud Antiochiam degentem, Athanasius deuenisse scribitur, & magno illi amore deuinctum suasisse, vt legem ferret: Ne quis, non dicam rapere, sed attentare sacratas virgines in matrimonium de cætero auderet. Et hoc ideo, quia Iuliani temporibus quidam apud Alexandriam atq; alia diuersa loca huiusmodi sacras rapuerunt virgines, & matrimonio sibi coniunxerunt. Post hæc remittens Athanasium Alexandriam, curam disponendarum Ecclesiarum, atque omnium populorum Aegypti ei commisisse Sozomenus scripsit. Sed hæc tam pia tamque læta principia, mors immatura corrupit. Post octo etenim menses Imperij sui, & ætatis anno quadragesimo quarto apud Ciliciam diem obijt. Post quem Valentinianus Imperium suscepit, qui (vt Rufinus scribit) pro fide nostra à Iuliano militia fuerat expulsus. Sed compleuit in illo Dominus, quod promisit, plus etiam quàm centuplum in præsenti seculo restituens ei, vt qui militiam pro CHISTO reliquerat, recepit Imperium. Qui (vt scribit Theodoricus) non modò fortitudine, sed prudentia, temperantia, iustitia, & vera religione, atque corporis magnitudine & pulchritudine præfulgebat, regius pariter & vrbanus. Qui, quum exercitus ei consortem Imperij sociare tentasset, respondisse fertur: Vestrum, inquit, fuit, ô milites, Imperatore non existere, mihi Imperium tradere. Verùm vbi hoc fuscepi,

meum

meum iam, non vestrum est, de rebus cogitare communibus. Cuius prudentiam admirati milites, omnem eius persecuti sunt voluntatem. Verùm, quod non debuit in consortium regni Valentem fratrem adsumpsit, & sibi quidem occidentis partes delegit, illi autem orientales reliquit. Valentinianus igitur Italiam pergens, omnia piè & religiosè disponebat. Cuius imperij anno primo Auxentio Arriano Episcopo, apud Mediolanum defuncto, Ambrosius ad episcopatum adsumitur, & omnes ad fidem rectam in Italia conuertit. Et sequenti anno mortuo Liberio, Romanæ ecclesiæ suscepit gubernacula Damasus. Quo anno Valentinianus legem statuit de veræ fidei & sanctæ trinitatis obseruatione, quam & suo & Valentis fratris nomine, atque filij gratia, quem Imperatorem similiter fecerat, promulgauit. Et Valens cùm in initio imperij recta fide incederet, ab vxore, more Adam, seductus, quæ prius ipsa ab Eudoxio Constantinopolitano episcopo Arrij perfidia imbuta fuerat, in eius impietatem prolapsus est. Nam & Valens cùm contra Gothos qui Istrũ pertransierant & Thraciam peragrans proficisci intenderet, ne sine baptismate pergeret, ab Eudoxio baptizari voluit, à quo iuramento astrictus fuit, ne dogmatis Arriani impietatem quoad viueret, abnegaret, atque omnes contrà sentientes, vndique insequeretur. Quamobrem fauendo hæreticis, omnem Orientis perturbauit ecclesiam, & episcopos catholicos, presbyteros atq; diaconos, & monachos plures in exilia exegit. Verùm cùm in cæteros principis persecutio debaccharetur, ab Alexandria & tota Aegypto ob Athanasij reuerentiam, velut quadam diuina virtute prohibitus, abstinuit. At beatissimus Athanasius longo iam tempore in ecclesia sua & tota Aegypto pacem cernens, quadragesimo & sexto anno sacerdotij sui post multos agones, multasq; patientiæ coronas, ad veram vitam translatus, requieuit in dño, anno quarto imperij Valentiniani. A tempore verò quo adsum prius fuerat Alexãder ad episcopatũ Alexandrinum, computari posse videntur anni ferè sexaginta. Quo anno sanctus episcopus viderat Athanasium gerentem ludum ecclesiasticum, qui verisimiliter octo & nouem aut decem ætatis suæ annos gerere poterat. Ex quo ætas eius vsque ad septuagesimum annum, velcirca extendi posse videtur. Verùm scisitatus Athanasius de successore, Petrum archidiaconum Alexandrinum, tribulationum suarum participem & socium delegit. Sed Lucius ab Arrianæ partis episcopis, ad eandem sedem episcopus similiter ordinatus, veluti lupus rapax Alexandriam aduolat, & potentia regia Petrum de sede expellit. Atille nauem conscendens, Romam ad Damasum pontificem maximum profugit. Qui sua virtute & sapientia pacem ecclesijs reddi procurauit, Donante domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

C

D

Vitæ D. Athanasij finis.

## Candido Lectori S.

Errata quædam in hoc opere deprehendi Lector candide, quæ ne tibi imponant ita corrige. Pagina 7. fa. 2. linea 2. a principio libri, lege in sempiternitatem. Pagina 79. fa. 2. linea 4. lege adiferere. Pagina 159. fa. 1. linea 1. præfatiunculæ, lege operis. Pagina 164 fa. 2. linea 49. & 50. lege puerili velocitate Eadem linea 50. lege hic positi. Pagina 138. fa. 2. linea 20. lege, in ore, Pagina 170. linea 30. & 31. ita legendum puto. Mentientibus autem Arrianis aliquando, Antonium ita vt se credere, admiratus. Linea 39. lege sit. Tui erit candoris, amice Lector, ad reliqua, si quæ forte occurrant, errata connuere.

# D. ATHANASII AR

## CHIEPISCOPI ALEXANDRI

ni, de vnitate sanctissimę Trinitatis ad Theophi-

lum, Liber I.

### Caput I.

ATHANASIVS.

VNus Deus pater, & fili, & sancte spiritus, qui vnitam deitatem nobis declarasti, & sacrosanctæ solius ſ diuinitatis indiuisam gloriam ſ reuelasti, & perfectam Trinitatis tuæ sempiternitatẽ demonstrasti. Ideo optimũ duxi, vt tua veritas patefacta clarescceret, & hæreticorũ detecta cæcitas innotescceret. Propter quod subito in æmulationem accẽsus est animus meus, & exarsit sicut ignis rutilans in densas arborum syluas. Vnde quia multi tentauerunt ad stilum viã demõstrare iustitiæ, & nobis placuit per anfractus angustiæ eius iter dirigere, & latã & spatiosam viam primum fugere. Quis non cupiat, detersa antiquitus caligine, per aquam vitę renouari? & post steriles & ieiunas siliquas pãnem vitæ ſ edere? & omissa voragine poculi venenosi, calicem salutis accipere? & prostrata idolorum prophana cultura, Deum verum agnoscere creatorem? & nũc spreta inueterati sibilatione serpentis, hymnum Deo suauiter canere? & tandem refutatis squamosi draconis vberibus, ex euangelicis præceptis melle & lacte potari? Et rursus per immortalitatem resumptam angelos apostaticos iudicare? & post terrenum hominem cœlestibus regnis & sublimibus in Hierusalem manciparí? Rogo, quæ & quanta est hæc in Deo humanitatis dilectio, qui tanta præmia credentibus pollicetur? Quis non omni auiditate festinet de graui somno exurgere, & clarissimam lucem cum infinita admiratione conspicere? Quam cupio nõ ad pupillam oculorũ obtutibus ostendere, sed religiosis fratribus in arcano cordis secreto recondere. In quo non ambitiosi voluminis confecti cumulũ, ne plus verba exaggerarem, quàm sensum inuestigantibus intimarẽ, sed breuiter infinita comprehendi, & humili sermone sublimia indicaui. Vnde totum ibi est plenum, vbi nihil est minus, imò penitus totum videtur ignorare, qui huic plenitudini diuinæ trinitatis aliquid voluerit derogare. Dum de te magis senserim, quàm proprie aliquid de meo dixerim. Nunquid totum secundum professionem regulæ credi tę tantum permisisti, & nullo omnimodo te mortali sermone definiri voluisti? Nunquid quia per fidem credi te permisisti, eò deitatem diuinitatis tuæ immensæ apud nos vt enarremus iussisti? Nunquid quia à nobis sentiris propriè, & dicẽdo definiris? Absit, Dum Deus tu tantum tibi solus sis proprie agnitus. Propter quod supplex impensissime obsecro tuę tranquillissimæ trinitatis gloriam, vt perducas me ad statum perfectum fidei confessionis meę verba promentẽ. Si cœli nõ sufficiunt in ſ prodendam sublimitatẽ magnitudinis tuę: Si non satiatur oculus ad videndum, aut auris ad audiendum opera magnificentiæ tuæ, vnde sufficit paruitas mea gemitas in confessione referre tibi maximas gratias? Adeo veniam postulo, ne forte cum præsumptionis dicta adsumpsero, tuę maiestati videar aliquid derogare: Sed prostratus iaceo ante tuæ sublimitatis gloriæ sedẽ, vt permittas me

Naturæ Propagati.

Decreuere.

Proferendam.

de plenitudine thesauri tui legis fontem bibere, & de quatuor exuberantibus flu C
minibus aquam vitæ haurire. Ex quibus confidenter hæreticis per autoritatẽ regulæ præscribamus, & catholicis de sempiterno, velut de nectaris fonte, spiritus tui corda sitientium irrigemus. Hæc est, inquam, materia formulæ in collisione hæreticorum: & hæc est tituli victoria in absolutione catholicorum. HAER. Quur significat principale mandatum Dei: Euntes nunc baptizate omnes gentes, in nomine patris & filij, & spiritus sancti? ATH. Audi in hoc admirabile ac regale decretũ, in quo omne sacramentũ in deitate trinitatis vniter continetur. Quia dixit in nomine, euidenter vnam deitatem in trinitate consistere declarauit. Et quod prosecutus est, patris & filij, & sancti spiritus, per singula nomina singulas personas inesse distinxit. HAER. Sanè, vt prius mihi summatim de vnito deitatis nomine multifariè dictũ ad interrogata exponas, postulo, & sic de nominibus personarũ in prosequendo distinguas. Cur vnita est deitas? ATH. Quia nulla est in hac plenitudine trinitatis ambiguitas. HAER. Cur vnus est Deus pater, & filius, & sanctus spiritus? ATH. Vnus vbi dixisti, ad vnitum nomen deitatis tu ipse retulisti, nomina æque in personis distinxisti. HAER. Cur solus Deus? ATH. Vtiq; quia sola deitas in trinitate consistit, ideo solus Deus. HAER. Cur omnipotens Deus? ATH. Quoniã omnipotens est ipsa deitas trinitatis. HAER. Cur vnus verus Deus? ATH. Proculdubio dum vna vera sit natura diuinitatis, propterea vnus est verus Deus. HAER. Cur vnus bonus est Deus? ATH. Quatenus nulla diuersitas dispar sit in vna substãtia diuinæ trinitatis, ac per hoc vnus bonus est Deus. HAER. Cur summus Deus? ATH. Qm̃ hęc quidẽ ipsa summa est substantia trinitatis. HAE. Cur vnus est dñs? ATH. Memento vnam dominationẽ esse in natura sempiterna trinitatis, & ideo vnus dñs. HAE. Cur vna imago inuisibilis est trinitatis? ATH. Quia vna eademq; deitas est in imagine veritatis. HAE. Cur vnus est spiritus? ATH. Nónne vna est natura deitatis spiritus sancti, quę in D
patre, filio, & in sese cõsistens est? Ideo vnus est spiritus vnius trinitatis, quia vna est sempiterna in hac ipsa trinitate plenitudo diuinitatis. HAER. Cur æqualis est vna trinitas? ATH. Quia & sempiterna est in ipsa trinitate deitas. Rogo, non animaduertis penè omnes hæreses in hoc titulo vnitam deitatem patris, & filij, & spiritus sancti blasphemare? dum hæc, quæ superius vniter in trinitate sunt dicta, ad vnam personam patris illi tantummodo conferant. Qua de re strenue nobis laborandum est, imò & aduersus tot sectarũ congressiones atrociter cum infinita sollicitudine dimicandũ, vt penitus discussa hæreticorum caligine, luxeuangelicæ cognitionis parefacta clarescat, & blasphemantium detecta cæcitas inneteſcat. Vnde nobis paulisper pro examinatione superiora retexenda sunt, vt legentibus veritatem omnis ad liquidum scrupulus infidelitatis de arcano pectoris auferatur.

af. Interest ambiguitas.

af. trinitatis.

af. congregationis.

af. insectantibus.

Matth. 28.

## D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, de sacrosancto vnito nomine sanctiss. Trinitatis. Liber.

### ATHANASIVS.

Ego

EGo vnum Deum vbi memini, non ad vnam tantũmodo personam patris hæc in dicendo taxaui, dum filium de vna patris esse plenitudine, & sanctum spiritum non negaui. Et solum Deum vbi memoraui, non ad solam personam patris hæc vt dicam verius indicaui: quia filium & sanctum spiritum de hac ipsa sola substantia patris esse non abnegaui. Similiter omnipotentem Deum, siue verum Deum, vel bonũ Deũ, aut summũ Deum, seu vnũ spiritũ, de quo summatim paulo ante narraui, nonne hæc cuncta vocabula ad vnitãdiuinitatẽ trinitatis patris, & filij, & sancti spiritus declarauí? Vnde

A ui: Vnde quamuis in hoc loco copiosæ sint significationes dictæ, tamen ad vnitam diuinitatis
diuinitatẽ trinitatis euidentius sunt approbatæ. Nam vnitas, non vt Hæretici suis
oppressi blasphemijs dicere sæpe consueuerunt, in voluntate esse, non in deitate,
quod absit, dum vnitas non tantũ in voluntate sit, sed imo in ſ deitate. At per hoc Sed cõmu
vnitas hæc, vt certus sis, non in concordia tantum est, ſ sed realiter, imo substan- nis est in
tialiter constat in natura diuinitatis. Ergo postulo à te, qui legis hanc iustius scriptu natura di-
ræ meæ fidei professionem, ne hic superflua vel profusa verba perquiras, sed stri- uinitatis.
ctim, capaciter, imò spiritaliter cum summo studio dicta ad stilum sacræ scriptu-
ræ conferas, & secundum regulæ æquitatem iustitia moderante perpendas. Vn-
de iam accipe non diserta, sed fortia, neq; terrena figmenta, sed vera & cœlestia do-
cumenta, neq; philosophorum praua commenta, sed perfecta, apostolica, arcana
sacramenta. Neq; grammatica, quæ superflua est doctrina, sed ex euangelicis scri
pturis, super melle & fauo dulciora & meliora diuina præcepta. Discetaq;, quia in
hoc Sophistæ huius mundi ſ stulti facti sunt, & quoniam sapientiam veram non mutꝰ
cognouerunt, ideo reprobi facti sunt, ltaq; interrogantis atq; soluentis accipe per-
sonam, quæ exigit sibi fieri satisfactionem. HAERE. Quur pater spiritus dici-
tur, & filius spiritus nuncupatur, & spiritus sanctus spiritus appellatur? ATHA.
Perfecte ad hoc respondetur pro loco ſ interrogantis, An ignoras quia pater vnus Interroga
Deus est, & filius vnus Deus, & spiritus sanctus vnus Deus est? Nonne vnus De- tꝰ.
us est, dum vnitum nomen sit in natura οὐσίας, sic & vnus spiritus est, quia vnita est
deitas eorum. Nam si tu per singula nomina personarum vnitum nomen spiritus
ter designasti, nunquid tres spiritus edicere oportebat? Absit. Quod si hoc poterat
dici, tale erat, vt & hoc in confessionem deberet introduci, tres deos in plurali nu-
mero nuncupari. Vt iam non esset in eis vna natura diuinitatis, sed vnusquisque in
propria, vel diuersa natura sua consisteret quod absit. Interea rursus eadem repe-
B to, & ad tua dicta verba comparo, & sensum intellectus mei tibi reuelo. Pater vn-
nus Deus est, & filius vnigenitus Deus est, & spiritus sanctus vnitus in patre & fi-
lio Deus est. Nonne quia vnitatis nomen ter designaui, ideo tres deos potero confi
teri? Absit. Vnde quamuis triplex sit dictum, vnum tamen tenet in deitate trini-
tatis nominis indicium. Interim vel in hoc titulo animaduerte dicentem: Ego
sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Nunquid in hoc dicto tres deos
designauit, eò quod vnum nomen ter indicauit? Absit. Idcirco nos qui fidem euan
gelicam atque apostolicam patrum tenemus, nec tres deos, nec tres dominos, nec
tres spiritus, vel certe ad huiusce modi pluralitatis dicta nec tenemus, nec in corde
nostro suscipimus præsertim cum nos vnitatem deitatis vniter, non pluraliter in
trinitate consistere sciamus. Propter quod non debemus tres naturas in hijs perso
nis contra ius euangelicæ censuræ profiteri, cum sit vnus pater Deus, & vnigeni-
tus sit filius Deus, & vnitus sit spiritus sanctus Deus. Ideo vnus est Deus, quia vnita
ſ est deitas, sicut per singulas personas scriptum est. Et quia nullus Deus nisi vnus Eorũ deꝰ
vel hoc audi: Israel, dominus Deus tuus Deus vnus est. Siue hoc: Ego sum domi- tas cõpro
nus Deus, extendi cœlum solus, & solidaui terram. Aut hoc: Mediator autem vni- batur, si-
us non est, Deus autem vnus est. Nec non: Vade retro Satanas, scriptum est: Do- cut scrip-
minum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Nam & hoc: ex spiritu qui nasci- tum est,
tur, spiritus est. Et alio in loco: Hæc omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diui- Matth. 4.
dens singulis prout vult. Siue hoc: Seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis. V- 1. Cor. 12.
num corpus, & vnus spiritus. Sed & hoc: Omnes vnum spiritum potauimus. Me- Ephæ. 4.
mento vnum diuinitatis nomen esse in singulis personis. HAERET. Sed vt
hæc dicta de autoritatis iure adhuc mihi confirmes postulo. ATHAN. Ignoras
scriptum esse: Intelligentibus legem loquor: ltaq; qui aures habet ad audiendum, Lucæ. 8.
audiat. Et quid spiritus per historiographum Moysen in toto penè libro Gene-

adfuiſſe. ſeos eccleſijs teſtetur intelligant Deum dixiſſe, & Deum feciſſe, & Deum ſ benedixiſſe ea. Id eſt, & dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram, Et ſic proſecutus eſt: Fecit Deus hominem, ad imaginẽ Dei fecit illum, maſculum & fœminam fecit eos, & benedixit eos, dicens: Creſcite & multiplicamini, & implete terram. Quæ tandem eſt cauſa, vnum dixiſſe, faciamus, & vnum feciſſe, & vnum dicenti & facienti interfuiſſe, & bona facta videntem, benedixiſſe: dum faciamus, vniustantum ſolitarij perſona non ſit, ſed & faciẽtis vniter cum eo, ad imaginem Dei ipſius tantum perſona non ſit, ſed & videntis, & benedicentis vnà cum eo ſit. Non tibi videtur, quoniam per tacita nomina perſonarũ, quamuis pauliſper deitatis vnitum eſt nomen inſinuatum: Vtiq; quia non ſignificauit, pater dixit, & filius fecit, & ſpiritus ſanctus benedixit, ſed breuiter proſecutus eſt: & dixit Deus, & fecit Deus, & vidit Deus omnia quę facta erant, & benedixit illa dicens: Creſcite & multiplicamini, & implete terram. Vides quia nemo ad ſemetipſum dicit, fiat, ſed ad facientem: & nemo qui facit, ad ſuam perſonam loquitur, fecit. Et quis de ſe ſ indicat, & fecit & benedixit? Nam verbotenus ſi vna eſſet perſona dicentis, & facientis, & benedicentis, ſic intimaſſet feciſſe ſe opus ſuum, & dixi, & feci, & benedixi. Diſcite itaq; vnitum nomen eſſe in natura trinitatis, Pſalmographo approbante: Verbo dominicœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Vtique verbum filium indicauit: dominum autem patrem deſignauit, & ſpiritũ oris eius, ſpiritum ſanctum dixit. Vides in perſonis vnitum eſſe nomen in natura trinitatis, Pſalmographo quoque approbante: Propterea vnxit te Deus, Deus tuus. Ecce Deum & Deum: non tamen pluraliter inuenies dictum fuiſſe in hijs perſonis deos. Nec non dominum de domino, aut patrem de filio atteſtantem per Oſeam prophetam: Saluabo eos in domino deo ipſorum. Sed & adhuc ſcriptum eſt de vnito nomine diuinitatis: Et pluit dominus à domino. Vel hoc exemplum accipe ad Iacob dicentis in libro Geneſeos: Dixit autem Deus ad Iacob: Surge, & aſcende in locum Bethel, & habita ibi, & fac ibi altare Deo, illi qui apparuit tibi, cum fugeres à facie fratris tui. Et in libro Pſalmorum cautum inueniemus: Dixit dominus domino meo: ſede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum, Sed & Eſaias: Hæc dicit dominus Chriſto meo cui tenui dexteram, vt obaudiant eum omnes gentes, &c. Non tamẽ dominos: quia vnita eſt dominatio eorum in natura ſempiterna. Sicut & de perſona ſancti ſpiritus Vas electionis breuiter abſoluit, dicens: Idem ſpiritus, idem & dominus, idem & Deus, qui operatur omnia in omnibus. Et alio in loco idem ipſe repetit: Quia dominus eſt ſpiritus: Vbi autem ſpiritus domini, ibi libertas. Vel accipe in perſona patris in Euangelio ad Samaritanam dictum fuiſſe: quia Deus ſpiritus eſt. Nam & de perſona filij Hieremias receptiſſimus Prophetarum teſtatur: Spiritus faciei noſtræ Chriſtus dominus. Siue hoc: Quia miſit dñs ſpiritũ filij ſui in corda noſtra, clamantem Abba pater. De ſpiritu autem principali filius indicat: Spiritus vbi vult adſpirat, & vocem eius audis, & neſcis vnde veniat, vel quò eat: ſic & omnis qui naſcitur ex aqua & ſpiritu ſancto. Ergo vt compendio ſcripturæ ſenſum de natura diuinæ trinitatis vniter dicentis colligas: Viuit dominus. Et Benedictus Deus meus. Et: Exaltetur deus ſalutis meæ. Vides per ſingulas ſignificationes vnitum nomen deitatis ter indicatum, hoc eſt, Deus, Deus, & Deus: nõ tamen deos. Vel per eundem accipe: Immola Deo ſacrificium laudis, & reddealtiſſimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis tuę, & eripiam te, & magnificabis me, Vtiq; ſi vna eſſet tantummodo in hoc exemplo fixa perſona, debuerat hæc ſine aliqua diſtinctione in proſequendo taxaſſe, hoc eſt, Viuit Deus, qui eſt benedictus Deus meus, & exaltetur Deus ſalutis meæ. Itane nõ vniter in his perſonis eſt nomen diuinitatis patris, & filij, & ſpiritus ſancti in omnibus ſ declaratum? id eſt,

al. ſignificat.

Pſalmo 32

Pſalm. 44

Oſeæ 1.

Gene. 35.

Pſal. 109. Eſaiæ 45.

1 Cor. 12. 2. Corin. 3.

Hieremias receptiſſimus Prophetarũ.

Pſalm. 17.

Pſalm. 49

al. propagatum.

Deus

A Deus,& Deus,& Deus:Sicut alio in loco cautum est de vnito nomine dominationis:Adferte domino patriæ gentium,adferte domino gloriam & honorem, adferte gloriam nomini eius:Quia si ſ vna esset tantummodo personę gloria,sic ſ debuerat intimasse:Adferte domino patrię gentium,adferte ei gloriam & honorem,adferte gloriam nomini eius.Quid amplius? Nunquid adhuc nobis ad patefaciendam veritatem argumenta sunt necessaria? Nunquid gentes,quarum introitus in nuæ credentibus ad vitam æternam patens est, in vnam tantummodo personam patris baptizantur:& non in tres,quorum nomina hæc sunt per singula distincta, patris,& filij,& spiritus sancti,quibus est ſ natura diuinitatis, sicut scriptum est: Euntes baptizate omnes gentes in nomine patris,& filij,& spiritus sancti. Vnde in his personis per omnia in deitate vnitum nomen est,& per ipsa nomina trinitatis tantum personæ distinctæ sunt.Sed & Apostolus ad hæc testatur: Seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis: vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vides seruandum esse vnitum spiritum, in vnum corpus ecclesiæ,in vinculo pacis,quod est in confessione salutis. Ergo quamuis in superioribus exemplis scripturarum tacita sint nomina personarum, tamen vnitum nomen diuinitatis per omnia est in his demonstratum, sicut & in hoc ſ exemplo veritatis,in quo nomina personarum euidenter sunt ostensa,& vnitum nomen naturale clause est declaratum,dicente Ioanne Euangelista in epistola sua: Tres sunt, qui testimonium dicunt in cœlo,pater,& verbum,& spiritus:Et in Christo Iesu vnum sunt,non tamen vnus est,quia non est ſ in his vna persona. Nam vnum quod dixit de vtrisq;,quid aliud intelligitur, quàm quod Deus pater natura idem ipse dicatur & dominus,idem ipse sit & spiritus,& filius Deus?Idemq; sit in diuinitate & dominus,idem sit & spiritus,sed & spiritus paracletus Deus. Idemq; sit & dominus in natura deitatis,idem sit & spiritus. Vides quia in deitate & substantia plenitudinis per omnia vnum sunt,et in nominibus personarum tres sunt:Nam quod tres sunt,quid aliud sentitur fuisse,quàm pater verus ſ vnus, qui genuit, idem non sit,qui et genitus ab ipso est?Et filius vnus, qui non genuit, sicut ipse à patre genitus,pater non sit,et hic spiritus sanctus alius sit,qui nec pater,nec filius est. Præterea qui nec genuit,nec est genitus:cum ſ alius sit in persona qui genuit,& alter sit in persona q vnigenitus ab ipso est, & alius æquè in persona,vt dixi,secundum diuinā scripturam,qui nec pater,nec filius est.Hic est spiritus sanctus, sed planè de vnita natura est.Ideo in deitate vnita,commune nomen est ei.Sicut in claritate euangelicæ scripturæ de spiritu paracleto filius testatur,dicēs:De patre procedit.Et sic prosecutus est:Et de meo accipiet.Et ideo vbi personæ requiruntur, propria nomina ſ adstringūtur:Vbi aūt deitas poscitur,vnitum nomen in his indicatur:quoniā,sumus,ad nomina personarum pluraliter dictum demonstratur:Ac per hoc in deitate vnum sunt,& in nominibus personarum tres sunt. Sanè vt omnem scrupulum legētibus amputemus,adhuc breuiter dilucidabo, multifariè approbans hoc vnitatis nomen esse verissimum trinitatis,quæ tamen cum refertur multifaria sapientia Dei,quæ vniter in patre & filio & spiritu sancto consistit, de qua si significes sapientiæ deitatem,& deitatem sapientiæ,nónne hæc ipsa est ſ vnitas, quæ & diuinitas trinitatis? Ergo vt cōpendio hæc adsignemus,siue sapientiæ gloria,siue deitatis gloria,aut summitas,aut dominatio, aut dignitas, aut claritas, aut maiestas,aut imperium,aut potestas,aut sempiternitas nominatur, nónne hæc multifariè quamuis sint dicta,tamē ad vnitā deitatem incomparabilem patris, & filij,& spiritus sancti vniter sunt declarata? Aut putas quot significationes dicuntur ad gloriam deitatis,totidemq; sint & species diuersitatis? Absiudum hæc vniuersa ad vnitā substantiam dicta referantur:Nam si hæc vna atq; eadem ipsa est multiplex præsaga sapiētia patris & filij & spiritus sancti,quæ est vna virtus,siue vnita forma

al. vnius al. poterat

al. vnita

Ephes. 4.

al. argumento.

1. Ioann. 5 al. eorum

B al. solus

al. alter sit hic

Ioann. 16

al. per hęc distinguūtur.

al. sapientia

magnitudinis æqualitatis eius, siue vna maiestas, siue vna claritas, quę in hanc vnitā C
deitatem plenitudinis secundum scripturæ regulam in hoc loco collecta reperitur: nūquid sic in eadem deitate trinitatis potest aduersus scripturas referri, tres sapientias, aut tres virtutes, aut tres imagines, aut tres substantias, aut tres claritates aut tres plenitudines diuinitatis, vel cętera huiusmodi pluraliter Ariomanitarum more dicamus? Absit. Sicut tu Osie iam ætate prolixa, qui non per rudimenta in synodo Syrmiensi catholicæ autor fuisti, vbi fidem tuam, quam in Nicæa conscripseras, irritam fecisti, dum regiæ potestati famularis. Prętera qui morti esses perquàm vicinus, sic in laqueum voraginis barathri incidisti, vt excideres tanq̄ mortuus à corde, & diceres: Quis ignoret patrem maiorem esse honore, dignitate, claritate, & maiestate: quasi duæ, vel certe tres essent claritates, aut maiestates in singulis his personis, patris, & filij, & spiritus sancti. Quod absit. Nam si hæc eorum blasphemia, ita vt aiunt, haberet: quare non tres deos plurali numero nuncuparent, ac publica voce circa proprias vel diuersas substantias suas esse pollicētur? Quod absit. Dum perfectè vnitum nomen diuinitatis vniter, vel multifariè quamuis dictū ſ vniter in trinitate consistat. HAE. Sed vt breuiter hæc ipsa dicta de autoritate per singulas personas vniter mihi ostendas postulo. ATH. Audi vniter in trinitate dictum: sapiens est Deus, & fortis, & magnus, qui iubet soli, & non orietur, qui sydera concludit, & tendit cœlum quemadmodum ſ pellem, qui ambulat super mare tanquam super aridam, qui facit magnalia, & quæ inuestigari non possunt. Et in Solomone ait: Deus sapientia sua fundauit terram, parauit autem cœlos prudentia. Vel hoc Apostolo agnosce dicente: Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Sed & ipse rursus ait: Vt inhabitet in me virtus Christi. Et in Psalmographo scriptum est: Ambulabunt de virtute in virtutem. Non tamen pluraliter sapientias, aut virtutes in his personis esse ſ significauit, sicut ſ idem ipse repetit: Dominus Deus virtutum nobiscum. Sed & hoc: Laudate eum in firmamento virtutis eius. D
Et alio in loco: In lumine tuo videbimus lumen. Vel hoc: Non accepimus spiritū timoris, sed virtutis. Siue vniter sanctimoniæ trinitatis dicta percipere, vt cautum inuenimus: Sanctitas & sanctimonia in sanctificatione eius. Nam & de persona sancti spiritus Solomon in prouerbijs eadem ait: Lux domini spiritus hominū, qui scrutatur interiora cordis. Vel hoc: Vt pater Deus domini nostri Iesu Christi, pater claritatis, det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis. Et alio in loco sic cautum inuenimus: Sed accipietis virtutem, spiritum sanctum in vobis. Siue hoc per sanctū Michæam ipsum Deum patrem accipe testantem: Nisi ego adimpleam virtutem in spiritu meo sancto, & iudicio & potestate. Memento hinc esse sanctum spiritū sapientiæ & virtutis cum patre & filio, siue vniter sanctimoniæ dicta percipe omnia mirabilia in signis & prodigijs operantem. Vides itaq̄ esse in vtrisque vnam sapientiam siue virtutem, aut ſ lucem, aut sanctitatem, vel operationem, necnon & alia huiuscemodi multipliciter dicta, quæ non sunt ad hæc illata exempla, quæ satis longū est per ipsam trinitatem dicta vniter enarrare: Sufficiat, etsi pauca ad probationem pro multis in cognitionem lucis fuisse exposita documenta. Ergo si pater, & filius, & spiritus sanctus in deitate vnum sunt, adhuc legis testimonio mihi satis facias quæro. Iam audisti superius Euangelistam Ioannem in epistola sua absolutè testantem: Tres sunt qui testimonium dicunt in cœlo, pater, & verbum, & spiritus, ſ & hi tres vnum sunt. Vtiq̄ sine dubio in ſ trinitate diuinitatis per omnia vnum sunt, & in nominibus personarum tres sunt. Itaq̄, vt scias, de his quæ superius comprehendi, nullam diuisionem aut distantiam in ſ vnam deitatem substantiæ plenitudinis patris, & filij, & sancti spiritus fecisse me memini.

Osius ille Cordubē sis fuit epi scopus.

al. æquali ter

Iob 9. al. eorum

Prouer. 3. 2. Corin. 1. 2. Cor. 12. Psalm. 83 al. desig nauit

al. scriptū est

Hebræ. 12

al. sanctifi cationem

al. & in Christo Ie su vnum sunt

al. deitate

al. vnitam

D. ATHAN.

# D. ATHANASII AR
## CHIEPISCOPI ALEXANDRI-
## ni, de propriis personis sanctissimæ Trinitatis, ad Theophilum, Liber II.

### HAERETICVS.

NVnc per singula nomina personarũ, vt nomen deitatis mihi exponas postulo. ATH. Audi: Si filius in nomine patris venit, nunquid ipse est pater, qui ait: Ego veni in nomine patris mei? Dum nomẽ patris Deus sit, in cuius nomine filius venit manifestè? Ac per hoc in vnita natura diuinitatis vnũ nomen est eorũdem comprobatũ, sicut ipse pater ad legislatorẽ Moysen tẽstatus est, dicens: Attende illi, & ne fueris inobediẽs ei: nomen enim meum est in illo. Et ad hęc Patriarcha Dauid sic ait: Benedictus qui venit in nomine dñi. Nam si spiritus paracletus in nomine filij venit, vt ipse dicit: quẽ mittit pater in nomine meo, nũquid & ipse filius dictus est, cũ sine dubio nomẽ filij Deus sit in vna ſ pariterq; natura diuinitatis: In hoc ergo nomine euidenter paracletus venit. Ideo per singulas personas secundũ naturam trinitatis vnitũ nomen tibi est ſ declaratũ. Esaias hęc approbãs dicit: Descẽdit spiritus à Deo, & eduxit eos, sic eduxisti populũ tuum facere tibi nomẽ gloriæ. Sed & ipse idem indicat: Et irritauerunt spiritũ sanctũ, & conuersus est illis ad inimicitiã, dñs ipse expugnauit eos, & rememoratus est dierũ ęternorũ, qui eduxit de terra pastorẽ ouiũ, & subiunxit: Vbi est, qui posuit in illis spiritũ suum? Vides ergo vnitũ nomẽ hoc patris & filij esse hũc dñm spiritum sanctũ, qui eduxit filios Israel de terra Aegypti, sicut Propheta dicit: Sic eduxisti populũ tuum facere tibi nomen gloriæ, qui conuersus est filijs Israel ad inimicitiã. HAE. Rogo, vt si vnitũ nomen est in deitate trinitatis, cur vnusquisq; in suo nomine nõ venerit? ATH. Porro quasi hoc quod ſ vnitũ nomen substantiuũ ſ ad deitatẽ vniuersaliter refertur, iam propriũ esse non ostendatur. Vtiq; in hoc propriũ est eorũ, sed & vnitũ: Nam vt certus sis, nomina in personis propria sunt, & non cõmunia. Sed dicis mihi: Cur in suo nomine ſ proprio, quod est natiuitas, nõ tamen statim ad indiscretã deitatẽ, vbi refertur: In qua inuenietur vnitatis Dei nomẽ. Sed in eo sanè, in quo & superius cõprehendi, psona ipsius tantũmodo gignẽtis distinguitur, hic ipse filius nõ venit? Audi, quia si in hoc nomine tantũ veniſſet, qd dicitur filius, & non in substãtia deitatis cõmuni, dicturus eras mihi: Non est vnitũ nomẽ in natura diuinitatis filij cũ patre, sed propriũ, vt nõ tantũ nomina propria iam in personas distingueres, sed vnitũ nomẽ in deitate trinitatis tantidẽ per ipsas personas separares, hoc est, vt propria nomina eorũ in singulis, vel diuersis substantijs esse designares, vt aut vnitã substantiam in tribus partibus diuideres, vel certè singulas personas in singulis iam substantijs nobis cõsistere indicares. Sed planè si pater, & filius, & spiritus sanctus secundũ singula nomina personarũ pfectè distinguuntur, nunqd sic & secundũ deitatem vnitum nomen in his personis per singulas naturæ substãtias diuidit? Absit. Nam & si tu Ariane vbi nomina tantũ in psonis deberes distinguere, vbi simul cum ipsis nominibus & naturas per ſ gradus singulos distinguas, vt tres naturas secundũ nomina personarũ esse dicas, vt per ipsa nomina discrepãtes & substãtias esse adsignes. Cur nõ erubescis? & nõ sicut gẽtes plurali numero tres dños, cõtra vnitã veram naturã publica voce profiteris circa diuersas vel dispares substãtias suas cõsistere? vt soles profiteri

Psalm. 117

al. patria quoq; natura

al. propagatum

Esaiæ 63.

B

al. cõmune

al. In

al. proprię

al. ordines diuersos

vnũ, verũ, ſempiternum, ininitiabilem, infectũ, & alterum initiabilẽ de creaturis C
profectũ, & tertiũ de miniſtris, quaſi ſubiectũ: Vt patri incõparabilem vel inenar-
al. ignobi li. rabilem adſcribas: filij autẽ præ cæteris de factura ſ ignorabili procedentẽ ſubſtã
tiam demõſtres, ſpiritũ adæquè ſanctũ de miniſtris angelis habentẽ ſubſtantiã in-
dices. Vnde ad hoc reuertamur, de quo per ſingulas perſonas ſuperius tractaba-
mus. Sed & ſi ſpiritus paracletus in ſuo nomine tantum veniſſet, & non in ſubſtã-
tia cõmuni patris, & filij, quod nominatur Deus, iam proprium nomen eius in per
ſona eſſe videretur, & non ſecundum cõmunem naturam deitatis in vtriſq;, vt tan
tum vnuſquiſq; nomina ſingula in perſonis ſuis oſtenderet, deitatis autẽ vnitum
nomen nõ indicaret. Porrò in hoc nomine deitatis patris venit verus filius, in quo
eſt natura cum patre. Et in cuius naturæ nomine venit ſpiritus paracletus, quæ in
hac ipſa ſacroſancta trinitate vniter cõſiſtit, ſicut ſuperius prædixi, patre de filio
ſuo indicante: Nomen meũ eſt in illo. Et filio hæc dicta confirmante: Ego veni in
nomine patris mei, & non recepiſtis me. Cum autem alius venerit in nomine ſuo,
eum recipietis. Sed & de ſpiritu ſancto ipſo rurſum repetẽte: quẽ mittit pater me
al. hortan tem. us in nomine meo. Et deinceps eũ de nomine ſuo audi diſcipulos ſ orantẽ: Omnia
quæcunq; petieritis à patre in nomine meo, dabit vobis. Sed & Apoſtolum Paulũ
Marci it 2. Cor. t6 eadem teſtantem: Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomi-
ne domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſpiritu Dei noſtri. Audi & Eſaiam de vnito nomi
ne gloriæ ſancti ſpiritus declarantẽ: Deſcẽdit ſpiritus à Deo, & eduxit eos: ſic edu
xiſti populum tuum facere tibi nomen gloriæ. Diſce iam vnitũ nomen eſſe in na-
al. gloriæ. tura ſ diuinæ trinitatis. HAER. Declara ergo mihi, ſi verus eſt filius aut non.
ATH. Nónne pater, vt nos intelligeremus, hanc ſignificationẽ intulit, vt diuini
tatem natiuitatis propriam filij ſui de ſemetipſo inſinuaret, dicens: Ex vtero ante
luciferum genui te. Vnde non quia Deus pater vterum vt homo habeat, Anthro
Pſal. 109. pomorphita, qui incomparabilis eſt, ſed ideo hęc de noſtris exempla introducens D
ſignificans comparauit per quod natiuitatem filij ſui veram de ſemetipſo nobis
propriam inſinuaret. Conſidera ergo in hoc loco & tu Ariane qualiter ſit dictum:
Nunquid hic factus eſt, qui de vtero ſubſtantiæ patris inenarrabiliter natus eſt?
Nunquid hic factus eſt, qui ſic vnigenitus ab Euangeliſta nobis annunciatus eſt?
Ioann. 3. Qui non credit, iam iudicatus eſt: quoniam non credidit in nomine vnigeniti filij
Dei. Sed & in epiſtola ſua hæc eadem indicat: Et ſumus, inquit, in vero filio eius
al. hic Ieſu Chriſto, ſ qui eſt, ait, verus, & vita æterna, reſurrectio noſtra. Ecce habes ex v-
tero, ecce in vnigenito Dei, ecce in vero filio Dei Ieſu Chriſto, qui eſt, ait, verus &
Ioann. 14. vita æterna, reſurrectio noſtra, ſicut ipſe dominus de ſe teſtatus eſt: Ego ſum via,
veritas & vita. Et ſimiliter ad hæc Eſaias prophetauit: Seruientibus verò mihi vo-
cabitur nomen nouum, quod benedicitur ſuper omnem terrã, & benedicent dñm
verũ, & qui ſunt ſuper terrã iurabunt per Deũ viuum, obliuiſcẽtur tribulationẽ pri
ſtinã, nec aſcẽdet in cor eorũ. Vides nouũ nomen eſſe Chriſtianorũ, quod benedici
tur ſuper terrã à domino. Nam ipſi benedicunt Deũ vnum & Deum verum patrẽ
& filium, imò & ſanctum ſpiritum, & iurabunt per Deum viuum, & iurabũt, ait,
al. eſt hæc in Deo per Deũ verum, quod eſt diuinitus vnitũ nomen. Rogo, quæ eſt tanta ſ Hæretico-
rum dementia, verum creatorẽ facturæ ſuæ compararí? Aut quæ cæcitas tanta eſt,
tantã veritatis probationẽ falſis argumentis blaſphemare? Dum Centurio adhuc
gentilis homo ad tuam confuſionem indicauerit. Verè filius Dei erat iſte. HAE.
al. cõmu ne Ei quẽadmodum ſ vnitum nomen eſt in natura diuinitatis, dum alter in alterius
nomine veniſſe videtur? ATH. Verè veneno ſunt infecta ſubtili cum dolo hæc
al. alter obtuſa corda interrogantis atq; impugnãtis. Proculdubio in hoc ſanè ſ alius eſt pa
ter, qui verè genuit, & in hoc alter eſt filius, q verè ab eo genitus eſt. Sed & in hoc
alter eſt ſpiritus hic principalis paracletus, qui in pentecoſte in Apoſtolos effuſus
eſt,

A est. Et ideo in hęc singulatim dicta memento nomina in personis esse distincta. Vides quia alter ab altero, siue alius ab alio in persona tantum differt, & non in plenitudine diuinitatis οὐσίας, sicut ipse dominus ait: Alius est, qui testimonium perhibet mihi, qui me milit pater, Sed & alio in loco idem ipse in persona sancti spiritus indicat: Rogabo patrem meum, & aliũ paracletum mittet vobis. Scito alium ab alio, siue alterum ab altero in persona tantum differre, & non in vnita plenitudine diuinitatis οὐσίας. Nam si secundum nomina personarum alter in altero sine dubio dici potest, nunquid sic & in vnita deitate alter Deus potest pronũciari pater? quasi sit in natura ⌈ diuersus à filio? & alter Deus potest dici filius à patre? ⌈ quasi sit in ⌈ deitate alter, & alius Deus potest profiteri spiritus sanctus, tanquam sit in substantia discrepante à patre, & à filio. Ablit: Dum vnitum nomen sit in eis in vna vera natura, ac per hoc vnus verus est Deus. HAER. Et quomodo in nominibus personarum vnum de vno, aut alterum de altero, hoc est, filiũ de patre esse lignificas? ATHA. Ignoras vnum patrem de semetipso genuisse filium, quia nemo sibi metipsi pater pater est, & quis sibi metipsi filius filius est? Dum pater non sit genitus, & filius non sit ingenitus, sed planè pater filij est ⌈ qui verè genuit, & filius est patris, qui verè de ipso genitus est. Quapropter non vt quidam solent blasphemantes in confessione introducere duo nominata principia, vt & in toto nec patrem verum, nec verũ filium profiteantur, dum pater sine filio omnino dici non possit quia vnus de vno est, id est, filius de patre est, & ⌈ vnus in vno, & pater in filio est, & filius in patre est. Qua de re alter est in persona, qui verè inenarrabiliter genuit, & ⌈ alius æquè in persona qui de ipso natus est. Sanè deitas eorum cum sit vnita, alter hic Deus ab illo altero Deo verbotenus dici non potest, quia vnitum nomen est in plenitudine diuinitatis, & idcovnus est Deus. Ergo si filius in nomine patris venit, & spiritus paracletus in nomine filij venit, sicut filius de eo testatur

B quem mittit pater in nomine meo: Non tibi videtur, quia duplex hic contineatur intellectus, id est, vt in nomine personarum tantum sit distinctio, in deitate autem nulla sit discretio? HAER. Et quare in nomine spiritus sancti in nemo venisse inuenitur? ATHA. Duces cæci, nunquam hoc prouerbium in scripturis sanctis vel diuinis audistis? Nónne glorietur gibberosus sicut rectus? In cuius naturæ nomine missi sunt Apostoli: Ite baptizate omnes gentes in nomine meo: Et sic prosecutus est per lingulas personas, patris, & filij, & spiritus sancti? Nonne vnitum diuinitatis nomen ⌈ prius tacitè præmisit, & sic in nominibus personarum ⌈ apertissimè declarauit, patris, & filij, & spiritus sancti? Porrò nunquid potest arceri de hoc deitatis nomine sanctus spiritus? Aut nunquid potest contra regulam traditionis euangelicæ censuræ de hoc vnito trinitatis nomine sancti spiritus sublata vel tacita persona baptismũ in ecclesia perfectum celebrari? Ablit. Alioqui quomodo in hoc nomine deitatis, patris, & filij, & sancti spiritus in fide baptismi vniter credentibus in his, non hoc nomen honorificatum inuenitur esse in gẽtibus? sicut præsagus spiritus sanctus per Malachiã Prophetã testatur: Quia magnificũ est nomen meum in gentibus, dicit dominus Deus omnipotens. Quod Ioannes Baptista absoluit: Ego quidẽ vos baptizo in aqua pœnitẽtiæ, post me autẽ venit, qui vos baptizabit spiritu sancto & igne. HAER. Declara mihi, si nomen patris est in filio, & in spiritu sancto. ATH. Iam frequẽter de autoritate scripturarũ ostẽsum est, Deũ patrẽ per legislatorẽ Mosen testatũ: Ego dñs Deus, hoc est nomẽ meũ memoriale sempiternũ in generationes & progenies. De filij aũt persona sic ait: Nomẽ meum est in illo. Et alio in loco idẽ ipse repetit: Ego dominus Deus, q voco nomẽ tuũ deo Israel. Quod ipe filio cõfirmauit, dicẽs: Ego veni in nomine patris mei, & nõ recepistis me. Et Dauid ad hęc ait: Benedictus q venit in nomine dñi: Nam & de psona spiritus sancti filius testatus est, quẽ mittit pater in nomine meo. Vides filiũ ⌈ in hoc nomine

Ioann. 14

al. diuersa
al. vt.
al. diuinitate alia.

al. quem genuit.

al. filius in vno est.
al. alter.

al. nõ prius
al. percurrendo distraxit.

Malach. 1

Esaiæ 49.
al. venisse in nomine patris.

nomine veniſſe,& ſpiritum ſanctum veniſſe in nomine filij. Apoſtolos autē miſ- C
al. Communi. Epheſ. 4 ſos fuiſſe,vt baptizarent omnes gentes in ſ vnito nomine deitatis, quod eſt naturæ inuiſibilis,id eſt,ſancti ſpiritus,ſicut ſcriptum eſt? Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei,in quo ſignati eſtis in die redemptionis veſtræ.Sed & hoc accipe:Et
1. Cor. 12. Actor. 2. omnes vnum ſpiritum potauimus.Siue vnitatis nomen baptiſmo operāte ſuſcipe dicentis: Et vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus Deus omnipotens. Vel hoc:Sed ex Deo nati ſunt.Nec non:Et baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomi-
1. Corin. 6. Ioannis 1. ne Ieſu Chriſti. Et alio in loco:Sed abluti eſtis,ſed ſanctificati eſtis,ſed iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti,& in ſpiritu Dei noſtri. Sed ex Deo natum eſſe Iohannes teſtatur:In ſua venit,& ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius:qui non ex ſanguine, neq; ex voluntate carnis,neque ex voluntate viri,ſed ex Deo natus eſt. Diſce ergo hoc vnitum nomen eſſe ſempiternū in deitate patris,& filij,& ſancti ſpiritus. Sicut & vnum baptiſma eſt fidei,quod vitam æternam credentibus tribuit.Quia ſicut vnum nomen eſt in natura trinitatis, ita & vnum donum,& baptiſmum vt diuinitus Apoſtolus ait: Vna fides,vnum baptiſma. Idcirco dum nomen patris Deus ſit,in hoc nomen ſit & filij in natura, ſic & ſancti ſpiritus.Nam vis ſcire cum in diuinitate patris nomen, id eſt,Dei, ſiue domini,aut ſpiritus nomines,commune nomen eſt, id eſt,patris & filij,& ſancti ſpiritus. Ideo ſecundum ipſam plenitudinem naturæ diuinitatis dum refers, vnitum nomen per
al. Tantū pute dum in hijs. omnia in hijs eſſe oſtendis.Sanè hic ſecundum perſonas pauliſper tacita deitate ſ vnitum nomen eſt. Dum autem ſingulas perſonas nominando percurris, nomina propria eorum ineſſe deſignas.Vnde oportet nos rurſus ad ſuperiora dicta recurrere,ſi poteſt vnito nomini naturæ diuinæ trinitatis aliquid ſuperaddi, vel minui.
al. ſententia. Reſponde mihi in hoc loco omnis confuſa ſ ſcientia Hæreticorum. Præterea vbi nullus nec numerus,ſed nec aliqua differentia in vnita plenitudine deitatis, patris, D
& filij,& ſancti ſpiritus inuenitur, dum vnus in alterius nomine diſtincte in diuinitate, tamen vniter atque æqualiter nominetur. HAER E. Pande ſ itaque mihi,quomodo tres vnum ſunt,aut vnum tres ſunt? ATHA. Memento quia pater & filius,& ſanctus ſpiritus tres ſunt,qui in vna natura trinitatis conſiſtunt.Ideo tres vnum ſunt,ſiue vnum ſunt tres. HAER. Nimirum diuiſa eſt hæc trinitas aut indiuiſa,edicito mihi. ATH. Planè diuiſa eſt in nominibus tantū perſonarum,in deitate autem indiuiſa eſt. HAE. Edicito mihi, quomodo interpretatur vnitas? ATH. Neſcis quia vna eſt patris,& filij,& ſancti ſpiritus diuinitas? HAE. Quid ſignificatur vel intelligitur in hoc loco natura? ATH. Hoc quod ſentitur veritas
al. Itaq; vnitas cō muniter. ac deitas,ſiue ſubſtantia:de qua Græcè dicunt, οὐσία, quæ eſt manifeſte vnita vel plenitudo diuinitatis. HAER. Quid eſt vna trinitas? ATHA. Vtiq; quia vna com
al. Quod quale & quantū in diuinitate munis eſt in ipſa trinitate plenitudo diuinitatis: ſ ita & vnitas naturæ nomē in trinitate conſiſtere declaratur,& ipſa trinitas adæque per ſingula nomina perſonarum perfectè demonſtratur.Omnino hic iam breuiter eſt dictum,quod ſuperius cum grandi cautela ſecundum ſcripturæ regulam catholicæ eſt collectum, ſ vt ſicut in diuinitate confiteris eſſe patrem, ſ ſic profi-
al. Tantū dicas. tearis ſ eſſe filium,& ſanctum ſpiritum.

alias. &

D. ATHAN.

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, de nominibus sanctissimæ Trinitatis aduersus nouellam hæresim cuiusdam Potentini Vrbici ad Theophilum, Liber III.

## HAERETICVS.

Hæc iam de singulis nominibus atq; psonis identidē referas mihi. ATH. Non tibi sufficere debuerat vnū pro multis expositum fidei dominicæ exemplū, dicētis: Euntes baptizate oēs gentes, in nomine patris, & filij, & sancti spūs? De quo iampridē in primo libello tam absolutè digesserā, in quo totius sacramēti veritatem in vna deitate consistere declarauerā. Necnon & nomina propria in singulis psonis inesse distinxerā. An ignoras, quia pater vnus innatus est, & ipse sibi filius nō est, & vnus filius ab eo vere natus est, qui pater non est, & vnus hic spūs sanctus, qui non vt hic pater genuit, & nō sicut hic filius natus est, sed nec factura est. Sanè vt scriptura diuina testatur, de vnita veritate est, ac per hoc nomina vera propria in psonis sunt, & non in vocabula vacua. HAE. Vt hæc de autoritate ostendas postulo. ATH. De adsumpto homine in claritate Euangelij scriptum est: Et baptizato Iesu, cōtestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt cœli, & vidit spiritū Dei descendentē de cœlo, sicut colūbam venientē in ipsum. Et ecce vox de cœlis, dicēs: Hic est filius meus dilectus, in quo bene cōplacui. Nónne alter est in persona, qui baptizatus est, & alter, q sicut colūba de cœlis descendit, & alius adeq̀uè, cuius vox de cœlis audita est? Alio in loco scriptū est: Omnis qui diligit genitorem, diligit eum, qui natus est ex ipso. Nunq̀d ipse est pater in persona, q̀ui & natus est? Ablit. Vel hoc accipe testimonium: qui nō confitetur filium, nec patrē habet: qui aūt confitetur filiū, & filium & patrē habet. Siue hoc: Qui me odit, & patrē meū odit. Sed ad hęc loānes indicat: Qui negat patrē & filiū, hic est Antichristus. Vides Antichristū esse, qui negat verū patrem & filiū. Deniq; patris vocem de cœlis audi dicentem: Hic est filius meus dilectissimus, in quo bene cōplacui, ipsum audite. Dū omni modo alter sit, qui testetur de cœlis, & alius adæque in terris. Sicut filius ad patrē clamat: Pater honorifica nomen tuū. Et venit vox de cœlis: Et honorificaui, & iterū honorificabo. Vtiq; si ipse erat filius in persona, qui & pater, à quo tandē honorē postulabat? & cuius vox ad eū respondebat, dicens: Ego honorificaui, & iterum honorificabo? Sed & hoc Pater sctē, honorifica filiū tuū, vt filius tuus honorificet te. Vides in hoc mutuā esse, secūdū naturę vicissitudinē, honorificentiā in hijs cōsistentē. Siue accipe: Ego de deo exiui et veni. Nā et alio in loco idē ipse repetit: Ego à patre exiui et veni. Vtiq; si ipse erat pater in psona, q̀ & filius, sic debuerat intimasse: Ego à me exiui, & veni in hūc mundū. Dū procul dubio alter sit, q exiuit, & alius sit de quo exierit. Sed ad hęc subiūxit de persona sancti spūs: Cū venerit aduocatus ille, quē ego mittā vobis à patre meo spiritū veritatis, q à patre meo procedit, ipse testificabitur de me. Ita ne nō alter est q mittit, & alius adæquè in psona, à quo procedit, & alter est hic ipse q venit. Deniq; si vna esset persona, à quo tandē mitteretur: vel à quo procederet? Sicut & Apostolus hæc in salutatiōe ad Corin. cōfirmat, dicēs: Gratia dñi nostri Iesu Christi, & charitas Dei, hoc est, patris, & cōmunicatio sancti spūs eum omnibus vobis. Nónne apertè per singula nomina, sicut & superius cōtinetur, singulas personas inesse distinxit? Deniq; ad hęc ipsius filij dicta suscipe, dicentis: Alius est, qui testimonium perhibet mihi, qui misit me pater. Dum infra de se dicat alius. Vides

quia

al. libro/
al. quia/
al. a Deo/
al. vera deitate.
Matth. 3.
al. patrem
1. Ioann. 2.
Ioann. 15
al. testantē
al. de quo testificabatur.
Ioann. 12/
Ioann. 17.
Ioann. 16
al. nūquid
2. Corin. 13

quia alius est pater in persona filij, & non alius est in diuinitate. Sed & de spiritu C
sancto sic ait: Rogabo patrem meum, & alium paracletum mittet vobis: Considera & alterum spiritum paracletum esse in persona, & tamen nō esse alterū in diuinitate. Idcō alter ab altero in persona tantum differt, & non in deitate οὐσίᾳ. Itaq; alter est pater in persona qui genuit, & alius filius est, qui vnigenitus ab ipso est, & alius spiritus paracletus, qui de ſ vnita natura ſ est. Sed dicis mihi Hæretice, quemadmodum spiritus de vnita natura consistit? Ecce filius de eo testatus est: A patre procedit: & sic prosecutus est, & de meo accepit. Quod testimonium pater ſ comprobauit, dicens: Spiritus à me procedit. O homo, si spiritus hic paracletus, vt dicis, pater non est, filius nō est, facturā non est, qđ tibi esse videtur? O vera cæcitas! Vtiq; si scriptura tibi non sufficit, quæ sic de eo significat, me nō est iam sup eo quod interroges. Sanè nō debeo dissimulare, eò quòd nō tibi debeā indicare quod ſ nescio. Sed vt prius scias ds laqueos euites, indicabo tibi. Hæc hæresis noua extitit inaudita cuiusdam Vrbici Potentini, qui hunc spiritū sanctum, patrem aut filium ſ aut certe facturam vsurpat debere confiteri. Vt si quis certe ignarus, vel rudis in scripturis diuinis, de his, quæ per amaritudinē versutiæ eius sunt in mediū prolata cōmenta audierit, & aliquid ex ijs ſ blasphemè dictis elegerit, statim in hæresim incidat. Audi itaq; quēadmodum absoluí debeāt tortuosa vincula iniquitatis eius. O Potentine, qui aduersus scripturas diuinas, vel totū mundum, tu solus à catholicis de hoc dissentis, dum philosophorum doctrinas sectaris, qui sic sentis: vtiq; si spiritus sctūs, & hic paracletus, vt dicis, pater esset, sine dubio iam nō esset vnus pater, sed duo patres: aut si spiritus & hic paracletus filius esset, sine dubio iam non vnus filius esset, sed duo filij: vel si factura esset spiritus paracletus, procul dubio nō iam esset verus Deus, q factus est, quod absit: Ac per hoc cadē ipsa repeto, & per aptiores sermōes hæc dicta de autoritate ſ iuris indico. Igit̄ si alter pater erat et hic paracletus, vt quid dictū Apostoli inuenimus: Vnus em̄ Deus pater? Siue hoc dictū: Nobis tamē vnus Deus pater, ex quo oīa, & nos in ipsum? Disce ergo, quia vnus est innascibilis Deus pater. Sed eisi alter filius esset hic spiritus ſ cōsolator, cui vnigenitus filius à Ioanne Euangelista prædicabatur, dicens: Deum nemo vidit vnq̄, nisi vnigenitus filius, q est in sinu patris, ipse enarrauit? Siue hoc: Et vnus dominus Iesus Christus, per quē omnia, & nos per ipsum. Vides quia vnus est filius, qui est vnigenitus Deus. Sed & si creatura erat spiritus ſ sanctus, & Deus verus nō erat: cur legimus ipsum dominum Christum Nicodemo indicantem: Quod nascitur de spiritu, spiritus est? Et: Quia Deus ipse spiritus est. Vel saltē hoc exemplū accipe: Et nolite cōtristare spm̄ sanctū Dei, in quo signati estis in die redēptionis. ſ Sed ad hæc dicta suscipe: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnū cœlorū. Memēto, q Deus est spiritus sanctus, q cūcta operat̄ in signis & prodigijs, sicut Vas electiōis breuiter absoluit: Hæc oīa opatur vnus atq; idē spiritus, diuidēs singulis prout vult. Qui vtiq; si creatura erat, hic vnus atq; idē spiritus, quemadmodū hæc vniuersa mirabilia poterat opari? Vnde non pater est hic paracletus, Potentine, ne duos patres aduersus stilū regulæ ſ autoritatis in cōfessiōe introducan̄: & nō filiq est, ne duo filij cōtra sacras scripturas esse videāturr & nō factura est, ne nō Deus verus sit. Sed ad postremū quid dicas, audi ipsam scripturā diuinam: Verus est Deus, quia de ipsa vera deitate vnita, incōparabiliq; cōsistit. HAER. Rogo, si vnita deitas est incōparabilis, nūqd sic & nomina psonarū incōparabilia sunt? ATH. Prò dolor, si multi sunt patres, q aliquādo patres nō fuerūt, nunqd aliquis ex his Deo patri in sempiterna generatione pater digne cōparabit̄? Absit! Aut q multi sunt filij, qui nuper nati sunt, & antea filij non fuerunt, nunquid aliquis ei ad sempiternam ſ diuinitatē filius prepriè adsimilabitur? Aut quia multi sunt spiritus in cœlo, & in terra, qui facti sunt, nunquid aliquis eorum in sempi-

Vna. Processit.

Corroborauit.

Sentio.

Vrbicus Potētinus Vel. Tribus cō ditionibus elegerit.

Iure.

D

paracletꝰ

Paracletꝰ

Nec non eadem.

Confessionis.

Naturam natiuitate

A In se[ piterna[ diuinitate sctō spiritui adæquabitur: Absit, ne factura factori suo comparetur, dum factura nuper cœperit, factor autem eius semper ante omne omnino principium fuerit. Memento vnum esse patrem, ex quo omnia, & vnum esse filium, per quem omnia, & vnum esse sanctum spiritum, in quo omnia, sicut scriptum est: Omnia ex ipso, & per ipsum, & in ipso. Considera ad hæc superius argumenta dicta, tres significationes per vnitum operantis nomen esse ostensas, id est, ex ipso, & per ipsum, & in ipso: dum alius sit ex alio, aut per aliud, [ quia ad singulas personas hoc pertinet dictum. Nam de vnito nomine sic ait: [ Ex ipso & per ipsum, & in ipso, quod idem ipsum est vnum. Vnde quamuis hæc vocabula in proprias personas tacitè sint dicta, tamen vnum nomē in his clause est reuelatum. Ergo quia ait: Ex ipso, ex Deo patre vocitat, vt fierent demonstrauit, & per ipsum, per Deum filium hæc ipsa facta indicauit, & in ipso, in Deo sancto spiritu sanctificata pronunciauit. Vides quia ex quo, ex patre est dictum: & per quem, per filium est factum, & in quo, in spiritu sancto est vniter [ consummatum. Itaque quod ait, ex ipso, & per ipsum, & in ipso, quia identidem hæc ipsa est diuinitas patris, quæ & filij, sic & sancti spiritus. Ideo cuncta ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt facta. Ipsi trinitati vnitæ & inenarrabili honor & gloria in secula seculorum, Amen.

al. natura

Ioann. 1.

al. in quo al. ipso & ipsum & ipso

al. benedictum

Et cur [ nomina in personis tantum distinguantur, accipe: Nunquid pater, qui inenarrabiliter genuit filium, ipse filius potest dici? Nunquid pater hominem de Maria virgine adsumpsit? Nunquid pater natus, aut incarnatus, aut passus est? Absit à nobis, Sabelli hæretice, ne hanc blasphemiam admittamus. Dum hic verus filius Dei, verè incōparabiliter natus fuerit de patre, & pro nostra salute denuo dignatus fuerit [ adsumere hominem de Maria virgine. Vnde iam Deus verus & homo verus dicitur, imò & est. Ideo in hæc diuisa sunt nomina personarum, ne quem patrē dicis, hunc eundem & filium confusè designes, aut ne filium patrem esse pro

al. omnia

Sabellius

al. nasci

B nūcies, vel certe hunc spiritū sanctum inæstimabilem ne fortè patrem aut filium temerè testeris, & nullam omnino firmitatem tenere inueniaris: dum per ipsa nomina personarum, ipsam [ vnitatem passim confundas, vt ipsum sibi dicas in persona esse patrem, quem & filium, quasi ipse se genuerit, aut ipse sibi pater sit, & ipse sibi filius sit, quod absit: dum nemo sibimetipsi pater sit, & nemo sibimetipsi filius sit, quem verè genuerit, dum pater filij sit, & filius patris sit, quem verè genuit. Propter quod nomina in personis perfectè distinguuntur. HAER. Hæc dicta de auctoritate mihi approbes quæso. ATH. Accipe filiū in claritate euāgelicæ censuræ testantē: Cū venerit aduocatus ille spiritus veritatis, qui à patre meo procedit, ipse testificabitur de me. Vel statim accipe: Aduocatus autē spiritus sanctus, quē mittet pater in nomine meo, ille vos docebit & admonebit omnia, quæcunq; dico vobis. [ Nónne q̄ breuiter nomina in singulis distinxit: dū hūc aduocatū spiritum paracletū à patre annūciat discipulis esse venturū, & de semetipso testimoniū immundo esse laturū. HAER. Quare homina[ designant? ATH. Proculdubio, quia pater verè genuit, hoc propriū nomē est ei, & filius verè de eo natus est, hoc vnicum nomē est ei, & spititus principalis, qui de patre processit deitatis nomē est ei. Cū verò nomina pluraliter in psonis singulis pcurrēdo distinguunt, propria nomina ostē dunt. Cū secundū deitatē referunt, vnitū nomē in his indicatur. HAE. Quid ergo designāt psonę proprietatis indiciū, q̄d est solus pater, & vnigenitus filius, & vnus hic spūs sanctus, quēadmodū hic ostēdis vnitū nomē esse in proprijs psonis? ATH. Audi, quoniā quo modo substātiuus est in diuinitate Deus pater, sic substātiuus est in eadē natura & substātia & Deus filius, sic substantiuus est in eadē natura οὐσίας deus spiritus sanctus. Siue hoc tale dictū referas, quēadmodum deus est pater, sic Deus est filius, sic Deus est spiritus sanctus. Vides quia substātiuum diuinitatis nomen in his personis dum indicas, deitatis vnitum nomen demonstras.

al. Nonne in paucis nomina singula in personis distinxit & al. significantur

al. nonne al. designentur al. cum

⸢ Itaq; duplex est huius mysterij intellectus. Memento dum vnitum nomen eorũ C
in vnita substantia consistat, & propria nomina in singulis personis ⸢ distinguantur. Vel certè per hoc argumẽtum veritatem intellige: Ego & pater vnum sumus. ⸢ Vtiq; quia vnitum nomen naturæ plures naturæ non sint, & sumus, vna persona non sit. Itaq; vbi deitatis nomen indicat, vnum designat. Vbi autẽ ad nomina personarum venit, sumus ostendit. Idcirco aliud est, vnitum nomen deitatis ad cõmunem autoritatẽ trinitatis vniter referre, & aliud est singula nomina pluraliter per singulas personas distinguere: quia vbi natura οὐσίας requiritur, vnitum nomen reuelatur: Vbi autem ad nomina, proprietas eorundem in singulis personis inesse declaratur. Sicut & in hoc argumẽto Vas electionis breuiter absoluit: Ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur. Ita ne non per hæc tacita nomina, quamuis personarum singulas significationes in esse

2. Corin. 2. al. designauit

⸢ declarauit, id est, ex Deo, quod est euidenter ex Deo patre. Et quod prosecutus est, coram Deo, hoc est, teste Deo, sanctũ spiritũ demonstrauit, & in Christo loquimur quod ait: Vtiq; nos, qui ex Deo, coram Deo, in filio Dei testimonium prædicamus. Vides multifariè tibi dicta nomina singula in personis esse ostensa, ⸢ quoniam nomina singula tantum in personis perfectè ⸢ ostenduntur, & deitatis οὐσίας indicium vniter per hæc ipsa indicatur.

al. propter quod al. distinguuntur

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, de vnita ac sempiterna substantia sanctissimæ Trinitatis, ad Theophilum, Liber I.

## HAERETICVS.

D

Contradicentis est persona Ariani cuiusdam.

Vr connexus es sempiternum cũ patre esse filium, quem natiuitas nullo modo passa est admittere insempiternitatẽ? Qui ⸢ sempiternus vnà cum patre erat, natus nõ est: si autem natus est, sempiternus esse nõ potest, dũ natiuitas posterior sit sempiternitate. ATH. O inanis machina, de ligno, fœno & stramine in arenis ædificata, cuius in proximo adest ruinę incendiũ. Hic ad tuum malũ argumentũ, necesse est, vt contra te proferã veræ sapientiæ interdictũ. Quare nõ sit sempiternus filius, cuius natiuitas nullo modo excluditur à sempiternitate? Sed imo hic quante omne omnino principiũ iam natus fuerat, ipsius est vna cũ patre sempiternitas, dũ sempiterno sempiternus genitꝰ fuerit.

Sed dicis mihi: Natiuitas posterior est à genitore suo: Reuera quasi priusconceptus de semine, aut coagulatus in ventre, & vsq; ad postremum incrementum natiuitas eius accedens profecerit, & sic tandem aliquando natus fuerit? Absit, ne huic

Actor. 8

natiuitati aliquid comparetur, sicut scriptum est: Generationem autem eius quis enarrabit? Nunquid pater, qui verè genuit, in passionem aliquã incidit, aut in ipsa natiuitate filij sui detrimentum sustinuit? Absit, dum hæc generatio omnino, vt superius dixi, non enarretur. Deniq; de hoc si potes cõtra diuinam scripturam erra, dum ipsa modò dicat, manum, filium, & dexteram, & brachiũ: & modo verbum de ore patris, & modò ex vtero ante luciferum genitum, & modò in patre esse, & modò quasi à patre exisse & venisse, & modò in sinu patris esse, & modò apud patrem erat, & modò in patre est & erat, & modò pater in filio, & filius in patre est. Consydera si ad hæc multifariè dicta aliqua natiuitas generationi filij Dei poterit cõparari, vel enarrari? dum hic qui ante secula incomparabiliter natus iam fuerat, quomodo

Appellationes filij quam varię.

A quomodo & nunc in sinu patris est? aut qui à patre exiuit, & venit, quomodo sem per in patre fuit & est? aut qui manum vel dexteram, siue brachium esse significatur, quæro à te Hæretice, vt enarres, quomodo à patre genitus fuerit? cum & sapientia & virtus Dei patris sit à diuina scriptura vbiq; appellatus. Aut qui ex vtero [genitus est, quomodo & de ore patris verbum exiuit & venit? aut quomodo pater in filio est, & filius in patre est? Vides quia non enarratur hæc sola natiuitas, quærenda est potius secundum professionem scripturarum, quàm iudicanda vel discutienda: quæ quanquam inenarrabilis sit, tamen secundum professionem synodi Arimin. ēsis ignobilis creatura fit. Quare natus nō fuerit vere de patre, quod absit, dum certus sim quod natus sit. Sed in eo sanè ignoro, quēadmodum de Deo patre genitus fuerit, quia de inæstimabili patre æstimabilis est vere, quia ab eo genitus est. Sed dicis mihi, Incipit filius, quia natus est. At e contra audi: Ergo incipit pater, quia genuit. Si incipit filius, incipit & pater. Ergo sempiternitatē hanc, quā anteriorem natiuitate filij fuisse asseritis, eui[ tandem adscribitis? Ait Hæreticus patri tantum. Et cur præiudicas ei? Vtique si nuper genuit, sempiternus esse nō potest. Eligetibi [ alterum de duobus, aut vna est eorum sempiternitas, aut vna posteritas. Postremo quid tantum filio imputas, quasi aliquando non fuerit, cum hoc magis debeatur patri deputari: quem tu patrem aliquando, secundum professionem tuam nō fuisse testaris. Vtique re vera si filium natiuitas impediuit ne sempiternus esset, quem tarde aut sero natum fuisse asseris, necesse est, vt & genitori natiuitas filij sui impedimentum attulerit, ne sempiternus sit, si nuper genuit. Non tibi videtur, quia vtrunq; à sempiternitate impugnas? Cur ergo iam non est hæc talis professio vestra, nouus pater, nouus & filius: Incipit pater, incipit & filius? Et exclusо patre & filio ab vna sempiternitate, quæro à vobis cui Deo hāc sempiternitatē adscribatis? quia patrem dicitis tarde & sero genuisse, & filium nuper
B natum fuisse. Ergo ambo à sempiternitate excluſi esse videntur. Considera [ ergo non posse dici sempiternum patrem sine filio, dum magis sempiternus sit pater cum suo filio? quia non potest tantum hic pater dici sine suo filio. HAB RB. Quod sensisti, de sensu tuo attulisti, & nihil de autoritate sacræ scripturæ mihi satisfecisti: Vnde vel vnum tantum modo proferas pro multis pertinens ad hoc exemplum postulo, vt superiora dicta tua possint iure legitimo confirmari.

ATHA. Audi Psalmographum sanctum Dauid dixisse, imo filium Dei per Dauid ad patris personam retulisse: Et ego semper tecum, tenuisti manum meam dexteram &c. Vel ipsum patrem per legislatorem Moysen audi dicentem, de sempiterno vnito nomine trinitatis: Ego dominus Deus, hoc est nomen meum memoriale sempiternum in generationes & generationes. Quod alio in loco idem ipse in filio suo dictum ostendit, id est: Nomen meū est in illo. Vel dictū accipe: Ego dominus Deus, qui voco nomen tuū Deus Israel. Sed & [ ipse attestatus est: Ego veni in nomine patris mei, & me non recepistis. Nam & Dauid ad hæc clamat, dicens: Benedictus qui venit in nomine domini. Denicq; de hoc ipso audi loquentem dominum supra corpus Lazari: Pater, sciebam quia semper me [ audisti. Qui si semper in patre, aut cum patre non fuisset, quemadmodum eum semper audisset, si cū Deo patre semper vniter non fuisset? Vnde quia semper apud patrem fuit, & nunquam sine eo fuit, semper eum pater audiuit. Vides vnitum nomen esse sempiternum, quod in virtute sapientiæ vniter consistit, vt quod nomen patris est in natura diuinitatis, sapientiæ & virtutis, idem ipsum sit in natura nomen & filij. Vel Apostolum audi ad hæc dicentē: Et sempiterna eius virtus & diuinitas. Quæ sempiternitas siue diuinitas filius eius est. Quod alio in loco ipse tam euidenter absoluit, Christum & Dei virtutem & Dei sapiētiam. Nunquid nam pater fuit aliquando sine virtute & sapientia sua, Hæretice, vt sine filio suo à vobis esse dicatur? Ab-

sit à nobis, dum vbiq; scriptura tibi apertissimè declaret, semper fuisse patrem cum C
filio, filium cum patre. Cur non expertus es, sanctum Dauid eduxisse in pugna
al. vobis gladium de vagina Goliæ, cuius nos vsi veritatis exemplo, placuit vt de vestro [in
Psalm. 36. vos gladio triumphemus, sicut ipse testatus est: Gladius eorum intret in cor ipsorum. Ignoras, quia quod derogas filio, hoc ipsum adimis & patri? Itaq; dum in prima congressione ab vna sempiternitate patris & filij excluſi fuissent, & compellerentur ab ipsa censura veritatis, visum est illis vt in medium proferrent, quæ prius occultè blasphemabant, dicentes: Erat pater aliquando sine filio. Si enim fuisset pater aliquando sine filio, nunq; prorsus præsumens indicasset per Prophetã: Et ego semper tecum. Sed ad hæc piscator Euangelista Ioãnes dilectus à Deo, testatus est: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat, fuit in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Considera quia semper erat apud Deum patrem Deus filius, per quem omne omnino principium factum est. Vnde iam oportuit nos paulisper ad istulta dicta stultè respondere, vt vel sic de sua stultitia reuicti atq; confusi, erubescerent. Vtique si erat parer antequam generaret filium, sine dubio non erat pater, si non habebat filium. Sed ne vel hoc præsumant blasphemantes: Erat filius antequam nasceretur, qui si natus non fuerat, euidenter non erat filius. Stulte, quid ergo oportet dicere? Elige tibi vnum de duobus: Si erat parer antequam generaret filium, aut erat parer qui iam verè genuerat filium: Vel si hoc significas: Erat filius antequã nasceretur, aut erat natus filius, qui iam verè natus fuerat de patre, sicut scriptum est: Qui erat, & qui est, & qui venturus est. Vel hoc: In principio erat verbum. Vides, quia semper fuit filius cum patre, qui est, & qui erat, & qui venturus est. Ideo non intelligis Ariane, quia tota falsa introducis vt dicas patrem, qui non genuerat, & nomines filium, qui nec dum fuerat natus. Rogo, si pater erat, vt asseueras, qui non genuerat, & filius erat, qui non erat natus à patre, quæro à te, quid D
tunc fuerint? Ne forte dicas, ambo ingeniti, quod absit. Verè aduersus dogma
Deuter. 32 iniquitatis vestræ pro hac sententia spiritus principalis per sanctum Moysen rectè denotans comparauit, dicens: Inimici autem nostri insensati, de vinea enim Sodomorum vitis eorum, & propago eorum de Gomorra. Vua eorum, vua fellis, & botrus eorum, botrus amaritudinis: ira draconum vinum eorum, & furor aspidum insanabilis. Vide quia manifestè verum patrem sempiternum, verus filius declarat sempiternus, qui de eo natus fuerat: & verum filium sempiternum, verus pater demonstrat sempiternus, qui eum genuerat, ac per hoc, vt dixi, sicut verus pater, q; de semetipso genuerat filium, vnà cum eo erat semper ante omnia anterior, sic & verus filius, qui iam inenarrabiliter natus fuerat de patre, vnà cum eo fuit semper
al. eorum ante omnia anterior. Hæc est, inquam, [in his anterior sempiternitas, quæ ante omne omnino principium fuit, & erat. Ideo nunquam pater sine filio, quia semper filius fuit cum patre, dum nullo modo potest pater hic dici sine filio. Super hanc tantam veritatis probationem adhuc adiecit iniquitas eorum dicendo: Antequam generaret, non erat pater, sed erat omnipotens Deus. Prò nefas, hæc tam temerè sic de Deo patre sentiret ergo sine dubio, vt diceris, si omnipotenti Deo de recenti honor patris accessit, prius imperfectus fuisse detegitur: Et si omnipotenti, tanquam homini egenti per ordinem dignitas creuit, prius iam omnipotẽs non fuisse cognoscitur: quia cui honor accedit, dum vsq; ad summum gradũ peruenerit, adhuc inferior ab eo esse videbitur, & si peruenerit, melior incipit esse in nouissimo, quàm fuerat in primo, dum de humilitate vsq; ad summum fastigij culmen accedat. Sed hæc, vt erubescas, [secundum tua dicta referimus, dum magis
al. ad omnipotens pater esse inuenitur, cui illa tanta censura omnipotentię sese prius submiserit, vt honorem nuper per hunc gradum paterni nominis adsumeret. Porrò,

longum

A longũ est tam diu cæcas eorũ in vnũ ſ replicare caligines. Audiãt itaq; nostrã ſ verã & immobilẽ vocẽ confessionis: Quẽ ignorãdo omnipotentẽ Deũ testati eſtis, nos ipſum patrẽ eſſe ſ prædicamus, quia omnipotentẽ Deũ, qualis ipſe est in natura, talem genuit filium, ſicut in ſcripturis cautum inuenimus. Qui est, & qui fuit & qui venturus est omnipotẽs Deus. Vides omnipotentẽ eſſe Dei filium in natura, ſicut & patrem. Ideo nihil nuper acceſſit, in vnita diuinitate ſempiternæ omnipotẽtiæ, patri & filio. Sanè nec omnipotenti Deo ſancto ſpiritui aliquid acceſſiſſe cognoſcitur, quoniam de vnita omnipotentiæ ſubſtantia est: quia hæc vnita natura nec augmentum aliquod, nec detrimentum patitur. Diſce itaq; quemadmodum debeat tuus error abſoluit. Vtiq; ſempiternitas patris filius eius eſt, quia de ipſo inenarrabiliter ſ ante omne omnino principium natus est: & ſempiternitas filij pater eius est, quia ipſe eum ante cuncta ſecula incomparabiliter genuit: ſiue ſempiternitas ſpiritus paracleti vnita deitas eius est eum patre & filio, quæ facta non eſt, ſicut filius testatus est de eo: A patre procedit, & de meo accipiet. Sed & patet hæc dicta ſ comprobat per Prophetam, dicens: Spiritus à me procedit. Et alio in loco: Effundam ſ de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Quod in Penteeoſte in Apoſtolos factum fuiſſe, ſcripturæ diuinæ teſtantur. Nam ſicut pater ſ declarat filium ſuum in deitate ſua, quoniam Deus verus est: ita & filius demonſtrat patrem in ſubſtantia ſua, quoniam Deus verus est: ſic & ſpiritus ſanctus reuelat patrem & filium, in vnita natura ſua æterna, quoniam Deus verus est. Hæc eſt, inquam, vnita omnipotens ſempiterna trinitas, cui de recenti in deitate nulla acceſſit dignitas. HAE. Interrogo te, reſpondeo mihi: Non ergo mutabilis, vel conuertibilis hæc vnita ſubſtantia trinitatis? ATH. Audi itaq; ſcriptum est: Ego ſum Deus, & non ſum mutatus. Vel Prophetam ad hæc dicentem: Mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Siue tale dictum accipe: Ego ſum Deus, & non demutor. Verè manifeſtè ipſi à diabolo immutati ſunt, qui hanc diuinitatem ſempiternæ trinitatis in confeſſione mutare conantur, ſicut Apoſtolus indicati Qui immutauerũt veritatem Dei in mendacio, & ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in ſecula. Intellige itaq; nec incrementũ nec detrimentũ ullum poſſe ſuſtinere hanc immutabilẽ vnitã plenitudinem ſubſtantiæ trinitatis. HAE. Rogo, ſi vnita eſt ſubſtantia diuinitatis patris, & filij, & ſancti ſpiritus, de autoritate ſcripturarum mihi id indices. ATH. Audi ſpiritum ſanctum per Hieremiam prophetam teſtantẽ, vel imò Hęreticos per hæc autoritatis iura increpantẽ: Super montes accipite planctum, & ſuper ſemitas deſerti luctũ, quia defecerunt, eò quod non ſint homines, nõ audierunt vocẽ ſubſtantiæ. A volatilibus cœli vſq; ad pecora. Et ſic proſecutus eſt: Quis homo ſapiens, & intelligit hæc? Hic, vt intelligi datur, montes & colles in ſuperbia elatas poteſtates huius mundi eſſe. Et ſemitæ deſerti, Iudæi ſunt, qui ſemper errantes Chriſtum Deum verum, de ſubſtantia patris ante cuncta ſecula natum, non cognouerunt: Volatilia autẽ cœli, Hæretici ſunt, qui omni vento doctrinæ huc atq; illue, ſicut aues circunferuntur, & vnitã iuſſionis vocem, atq; vnam ſubſtantiæ patris, & filij, & ſancti ſpiritus eſſe non confitentur: Pecora adæquè gentiles ſunt, qui Deum factorẽ ſuum non cognouerunt. Verè nemo ex his arbitrandus eſt ſapiens, qui non intelligunt hanc vnitam eſſe ſubſtantiam trinitatis. Vel ad hæc intellige Prophetam clamantem: Quis ſtabit in ſubſtantia domini, & videbit verbum eius? Planè quis hominum potuit ſtare in ſubſtantia domini, & videre verbum, id eſt, filium eius? ſicut ipſe dicit: Et nemo vidit patrẽ niſi filius, & nemo ſcit filium, niſi pater. Vel tale dictum accipe: Qui me vidit, vidit & patrẽ meum. Nam de perſona paracleti, idem ipſe effatus eſt: Spiritus vbi vult adſpirat, & vocem eius audis, & neſcis vnde veniat, aut quò vadat, ſic eſt omnis, qui natus eſt ex aqua & ſpiritu ſancto. Conſidera vnam eſſe inuiſibilem ſubſtan-

al. refricare. al. viam. al. iudicamus

al. ſine ratio

al. corroborat

al. ſpiritũ al. clarificat

Pſal. 101

Romanis 1

Hiere. 9

Moſes qi ſemitę deſerti in Hierem. Volatilia

Pecora

Ioann. 3

tiam trinitatis. Sed ad hæc adiecit: Si stetissent in substantia mea, & audissent verba C
mea, auertissem eos à studijs eorum pessimis. Vel in hoc: substantia mea, dulcedo
mea est. Nec non: Qui est splendor gloriæ, & imago substantiæ eius. Sed & hoc,
al. splẽdor est al. trinitatis quod secundum autoritatem iure optimo censetur, accipe: ſ Candor est enim lucis
æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis ipsius Deus fi
lius. Vides vnam esse inuisibilis imaginem substantiæ gloriæ ſ bonitatis. Denique
2. Cor. 4 Paulum Apostolum pro increpatione Hæreticorum audi loquentem, & hanc i-
maginem declarantem: Sed & si opertum est Euangelium nostrum, in his, qui pe-
reunt est opertum, in quibus Deus seculi huius excæcauit menres infidelium, vt
non perutideant lumen Euangelij inuisibilis. HAER. Sanè si & spiritus sancti
imago inuisibilis Dei patris & filij est, de autoritate mihi indica. ATH. Scio quia
difficilis exitus est hic ignorantibus in absoluendo, sed nos oportet semper ad co-
2. Cor. 3 ruscantis Pauli eloquium intento corde aspicere, dicentis: Nos omnes reuelata fa-
cie gloriam domini speculantes in eandem imaginem reformamur à gloria in glo
riam, sicut à domini spiritu. Cõsidera in vnam imaginem quemadmodum vnam
al. æquales al. Nonne gloriam ter designauit, id est, gloriam domini, à gloria in gloriam, sicut à domini
spiritu. Nónne ſ vt est imago Dei patris in gloriam, ſ sic eadem ipsa talis imago
est gloriæ filij, sicut sancti spiritus imago gloriæ eadem ipsa & tanta, vel talis est.
HAER. Declara mihi, si diuisa est hæc vna atq; eadẽ ipsa substantia patris, & filij,
& spiritus sancti, an indiuisa, aut si extensa est inuicem. ATH. O experientia
hominis, qui seipsum non intelligit. Vtique vnam vbi indicasti vnitatis plenitu-
dinem, substantiæ nomen indiuisum in eis esse monstrasti: nomina adæquè tria.
Et rursus in repetendo quod distinxisti, proprietatem eatundem singulis perso-
nis inesse demonstrasti, memento quia inenarrabilia sunt quæ dicimus, quæ om-
nino credenda sunt. Non tamen facultas data est, vt ad liquidum sint hæc à nobis
al. qualitate discutienda: quoniam ipsa sacrosancta trinitas scire se tantum voluit, non tamen D
permisit vt de ſ diuinitate sua propriè debeat definiri: vnde non est ſ diuina sub-
al. diuisa al. mutationi stantia manifestum est, aut extensa inuicem, vel protensa in aliquo, vel excisa in
partibus, sed nec ſ derivationi alicuius rei comparatur: quia liquor non est in hac
natura planè, sed nec defluxio quædam est, quia nullũ detrimentum, vel augmen-
tum sustinet, præsertim cũ minenarrabilis sit hæc plenitudo substantiæ indiuisæ
trinitatis, sicut ipse Deus Dei filius indicat. Ego in patre, & pater in me. Sed & spi-
ritus sanctus in patre, & in filio inuicem, & in se cõsistens est. Sicut scriptũ est: Quis
al. sic enim scit hominum, quæ sint hominis, quę in ipso sunt, nisi spiritus, qui in ipso est?
ſ Ita & quæ in Deo sunt nemo cognouit, nisi spiritus Dei: Nos aũt nõ spiritum hu-
ius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata
sunt nobis, quæ & loquimur. Scito propriæ veritatis argumentum indiscretum es-
se positum de homine & spiritu, qui in ipso est, & de Deo & spiritu, qui de ipso
1. Corin. 6 est. Nam & hoc: Qui se iungit meretrici, vnum corpus efficitur, & erunt, inquit,
duo in carne vna: qui autem se iũgit domino, vnus spiritus est. Sicut idem ipse ma-
1. Corin. 2 gister gentium fide & veritate nobis testatus est, dicens: Spiritus enim Dei omnia
scrutatur, etiam altitudines Dei. Qui si altera natura esset spiritus sanctus, quem-
admodum diuinitatem altitudinis Dei poterat scrutans penetrare? vel intelligere
quo modo in ea esset, & in se esset, & ineſſet? Dum natura Dei diuersam naturam
propriè non possit inire, & altitudines eius scrutans penetrare, vt dixi, & in ipsa es-
se, aut in sese esse, vel vniter in sese naturaliter, hoc est, realiter in inuicem consiste-
re: nisi quia de ipsa vnita natura diuinitatis est. Nam & hoc Apostoli est dictũ: Qui
aũt se cõiungit Deo, vnus spiritus est. Vides indiscretã esse hãc plenitudinẽ diuinæ
al. Et trinitatis, sed & vbiq; præsens est ista natura trinitatis. ſ Quæ omnia implet interi-
us & exterius, à summitate cœlorũ vsq; ad profundũ infernorũ, sicut ipse dñs per

Prophe-

A Prophetam teſtatur: Ego ſum dñs Deus, qui impleo cœlum & terram, & omnia quæ in eis ſunt. Similiter & ſanctus Hieremias de eo vnà cum Prophetis indicat: Si abſcondit ſe homo in abſconſis, nónne ego videbo eum? Nunquid non ego cœlum & terram impleo, dicit dominus. Vel hoc vniuerſ in trinitate dictum accipe: Quò ibo à ſpiritu tuo, aut quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu ibi es, & ſi deſcendero in infernũ, tu ades illic: Si adſumpſero pennas meas ante lucem, & habitauero in ſ poſtrema maris: etenim inde manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Itaq; quia dixit: quò abibo à ſpiritu tuo, Pſalmographus, ſpiritũ principalem, qui à patre proceſſit, declarauit: Faciem autem ſ ipſius patris filiũ demonſtrauit manifeſtè. Quis poteſt ante vnitam deitatem trinitatis in cœlo aut in infer no ſe occultare vel fugere? ſ cui omnis orbis terrarum, vel ſtillicidium deputatum eſt, aut ſicut ſpuma gracilis, aut ros quod antelucanum de cœlo deſcendit, ſicut ſcriptum eſt: Qui continet ſ circulum terræ, & eos, qui habitant in ea ſicut locuſtæ. Necnon: Qui menſus eſt manu aquam, & cœlum palmo, et vniuerſam terram clauſa manu. Et rurſus: Cœlum mihi thronus eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Conſidera incõprehenſibilẽ eſſe vnitæ diuinitatis virtutẽ, vt cœlũ, quod palmo cõtinetur, idẽ & thronus eius ſit, & terra, quę pugillo cõcluditur, rurſus ſcabellũ pedũ eius ſit. Ac per hoc vniuerſa implet, & omnia continet interius & exterius, & vbiq; præſens eſt hæc indiſcreta ſempiterna trinitas, cui eſt inuiſibilis plenitudo diuinitatis. Vnde ne malus interpres de ſuperioribus dictis materiam accipiat calumniandi, eadem ipſe breuiter referabo, eò quod frequenter indicauí vnam ſubſtantiã, vel vnitãdiuinitatẽ, vnius Dei naturã, aut vnitatis naturã, ſiue hoc, vnũ deitatis nomen, & vnius diuinitatis nomen, vnius naturæ nomen, & vnitum diuinitatis ſubſtãtię nomẽ, hęc vniuerſa, vt certus ſis q legis, ad vnitũ plenitudinis diuinitatis nomen patris, & filij, & ſancti ſpiritus, & ſolius diuinæ trinitatis nomen, & ſo-
B lum hoc omnipotẽtis ſubſtãtiæ vnitum nomẽ, necnon & vnũ bonũ. Nónne hæc ſuperius dicta annunciatã diuinitatem vnitatis οὐσίας patris, & filij, & ſancti ſpiritus manifeſtant. Hæc retuli, ne aliter quàm dicta ſunt acciperes, & ſimplicẽ ſenſum in ambiguo retorqueres, dum omne dictum ad ſenſum dicentis requirendum, & nõ ad ſtultam voluntatem vniuſcuiuſque Hæretici inueſtigaudum ſit.

Pſalm. 138

al. extremis

al. filium patris al. cum

al. circuitum

Eſaiæ 40.

Eſaiæ 66

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIni de fide vnitatis & trinitatis, patris, & filij, & ſpiritus ſancti, ad Theophilum.

## Liber I.

CRedo in Deũ patrẽ omnipotentẽ, & vnigenitũ Ieſum Chriſtũ ſaluatorẽ noſtrum, ſpiritum ſanctũ vnum Deũ eſſe confiteor. Non ſic vnum quaſi ſolitariũ, neq; eũdem qui ipſe ſibi pater ſit ipſe filius: ſed pater verus genuit filiũ verũ, vt eſt Deũ de Deo, lumẽ de lumine, vitã ex vita, perfectũ de perfecto, totũ à toto, plenũ à pleno, non creatum ſed genitum, non ex nihilo, ſed ex patre, vnius ſubſtantiæ cum patre, & ſpiritũ ſanctum verũ Deum nõ ingenitum, neq; genitum, non creatum nec factum, ſed ſ patris, & filij, ſemp in patre & filio coęternum. Vnum tamen Deum, qui ex vno patre, & totum quod pater ſit natus eſt filius, & in patre totum quod eſt totum genuit, filium genuit pater filium generans non minuit, nec amiſit plenitudinis ſuæ deitatem. Totũ au-

al. præcedentem.

tem quod Deus pater est, id esse filium ab eo natum certissimum tenẽtes cum spi- C
ritu sancto vnum Deum pijssimè confitemur. Credimus in dominum nostrum
Iesum Christum filium eius, per quem omnia creata sunt, quæ in cœlis & quæ in
terra, visibilia & inuisibilia, propter nostram salutem descendit de cœlo, qui nun-
quam desierat esse in cœlo. Natum de spiritu sancto de Maria virgine. Verbum
caro factum est: Non amisit quod fuerat, sed cœpit esse quod non erat. Non de-
mutatum Deum, semper manentem, & iam in hominem natum: Nõ putatiuum,
non aereum, sed corporeum sensum & animam habentem: Ita verum hominem
vt verum Deum intelligamus: Ita verum Deum, vt verum hominem fuisse nullo
modo ambigamus confitendum. Hunc eundem dominum nostrum Iesum Chri-
stum adimplesse legem & Prophetas, passum sub Pontio Pilato, crucifixum, & se-
cundum scripturas, tertia die à mortuis resurrexisse, assumptum in cœlos, sedere
in dextera patris, inde venturum iudicare viuos & mortuos expectamus, in hu-
ius morte & sanguine remissionem peccatorum consecuturi: resuscitandos nos ab
eo in his corporibus, & in eadem carne, in qua natus est, passus, & mortuus, & re-
surrexit, animam cum hac carne accepturi ab eo, aut vitam æternam pro bonis
meritis, aut sententiam pro peccatis æternam: hoc placuit. Amen. His qui filium
Dei creatum esse profitentur, nequaquam de spiritu sancto dabimus responsum.
Vt enim filium, qui de substantia Dei impassibiliter sit genitus, creatum ausi sunt
dicere, ita & de spiritu sancto dicunt vtique similia, pœnitentiam verò acturi. Sed
de filio interim sentientibus rectè, respondebimus de spiritu sancto. Etenim de-
sperandum est, eos qui semel de irreligiositate ad religionem conuerti cœperunt,
ad perfectum luctum conuerti. Ex scripturis sanè diuinis, & non ex humanis
intelligentijs hoc est. Istiusmodi igitur rationem præstare operam daturi sumus.
Dicite nobis admirabiles, vbi in autoritate legistis, creatũ esse spiritum sanctum? D
Ioannem, inquiunt, audiuimus in Euangelio dicentem: Omnia per ipsum facta
Psalm.118 sunt, & sine ipso factum est nihil. Quibus dicimus: Si ergo audieritis & Dauid
in Psalmo in spiritu sancto dicente Deo: quia vniuersa seruiunt tibi? Seruum vtique
esse dicetis etiam spiritum sanctum, qui non est seruus sed liber, & liberauerit crea-
turam, & in adoptionem filiorum eam promouerit ad Deum. Aut non audistis
Roman.8. Paulum ad Romanos scribentem: Non accepistis spiritum seruitutis iterum in ti-
morem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater.
Ipse spiritus contestatus est spiritui nostro, quia sumus filij Dei. Et iterum: Lex enim
spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Si verò non est
seruus spiritus sanctus, sicut probauerunt scripturæ, quia omnia seruiunt ei, quod
omnia per filium facta sunt, & sine ipso factum est nihil: Vnus namque erat eorũ,
Matth.10 qui audierunt à Saluatore dicente: Nõ enim vos estis qui loquimini, sed spiritus pa-
tris vestri, qui habitat in vobis. Sicut & Petrus scribens ait: Quæ nunc nũciata sunt
vobis, euangelizante in vos spiritu sancto misso è cœlis. Itaque si spiritus sanctus
est qui dicit: Omnia per filium facta sunt, & sine ipso factum est nihil: oportue-
rat quidem ipsum, siquidem creatus esset, dicere: Omnia per ipsum facta sunt,
& ego per eum factus sum, & sine eo factum est nihil, quomodo consuetudo
sanctorum est. Ita Paulus sanè de se, & de omnibus sanctis obseruantissimè scri-
bit: Nobis autem vnus Deus pater, ex quo omnia, & vnus dominus Iesus Chri-
stus, per quem omnia, & nos per ipsum. Sed quoniam non est vniuersitatis, sed
trinitatis spiritus sanctus, omnia quæ post trinitatem sunt, per filium creata esse di
xit spiritus sanctus. Testis autem est mihi Paulus beatissimus in spiritu sancto,
Colloss.1. hoc, quod omnia per filium facta sint, prophetans in epistola ad Collossenses scri-
pta: Quia in ipso filio creata sunt omnia, quæ in cœlis, & quæ in terris, siue visibi-
lia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates,

omnia

A omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnia. Non dixit, siue spiri- Psal. 148.
tus sanctus. Psalmista vero Dauid in spiritu iterum sancto imperans vniuersæ creaturæ laudare dominum, dicit: Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumen. Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini, &c. Indignum duxit super his connumerare spiritum sanctum, & dicere: Laudet eum spiritus sanctus: quia laudantium & non laudantium est, quemadmodum paulò post in scripturis probabimus, & viuificantium, & non viuificantium ordo, sicut Paulus in secunda ad Corinthios epistola ait: Sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu: Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Ad Romanos vero: Corpus quidem mortuum est propter Roman. 8.
peccatum, spiritus autem viuit propter iustitiam. Et iterum. Si autem spiritus eius, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis habitat in vobis, viuificabit autem & corporalia corpora vestra per inhabitantem spiritum suum in vobis. Tres quoque sancti martyres, Ananias, Azarias, & Misahel in fornace ignis positi in terra Chaldeorum, cum admirabiliter Deus cœlorum ignes ad temperatum refrigerium cõuertisset, vniuersam creaturam adhortantes secum laudare Deum, sic incipiũt: Benedi- Psal. 102.
cite omnia opera domini dominum, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite cœli dominum, & hymnum dicite, & superexaltate eum in secula. Benedicite angeli dominum, hymnum dicite & superexaltate eum in secula. Benedicite aquæ quæ super cœlos sunt dominum, hymnum dicite & superexaltate eum in secula. Benedicite omnes virtutes domini dominum, hymnum dicite, & superexaltate eum in secula. Benedicite sol & luna dominum, hymnum dicite & superexaltate eum in secula. Et in consequentibus semetipsos ad hoc incitantes: Benedicite
B Anania, Azaria, & Misahel dominum, laudate & superexaltate eum in secula. Et omnem creaturam benedicere dominum secum hortantes, non dicunt: Benedicat dominum & spiritus sanctus. Sed & Esaiæ Seraphin astantia & laudantia visa sunt: Et Ezechieli Cherubin subtus gloriam Dei Israel. Cum euidentissimè ergo sancti fideliter non connumerassent his, quæ per filium facta sunt, spiritum sanctum, sed vbiq; scripturarum diuinarum cum patre & filio eum professi fuissent, quem non timent illi patri & filio subtrahere, & vniuersitati audaciter connumerare. Sed Paulus, aiunt, ecclesijs Dei Gratia vobis & pax à Deo patre, & domino Iesu Christo: non dicit autem, & spiritu sancto. Et ad Thessalonicenses scribens di- 2. Thess. 3.
cit: Ipse autem deus pater, & dominus noster Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos: Non dicens & spiritus sanctus. Manifestat eum non cum patre & filio, sed cum vniuersitate eum pronunciat. Nam & famulus Dei Moyses dicit: Dominus Gene. 19.
pluit à domino de cœlo sulphur & ignem: non memorat spiritum sanctum. A quo & Paulus cum didicisset, & de Onesiphoro ad Timotheum scribit: Det ei dominus inuenire misericordiam à domino in die illa. Necnon & in Exodo scriptum est: Dixit autem dominus ad Moysen: Quoadusque non vultis audire mandata mea, & legitima mea considerare? Non dominus Deus dedit vobis istum diem sabbati? Propterea ipse dedit vobis panes duum dierum. Et hic cum patris & filij 2. Timoth. 1.
fecisset mentionem, de spiritu sancto tacuit. Denique & Zacharias propheta dicit: Et dixit dominus ad diabolum: Increpet in te dominus diabole. Vbi est & nũc Zachar. 3.
& apud istum spiritus sanctus? Quem autem non mouebit instructio sacramenti? prout dominus cõfitetur: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum ve- Ioann. 17.
rum Deum, & quem misisti Iesum Christum, cum de spiritu nihil dixisset. Atque Paulus cum didicisset fidei sacramentum, tradidit scribens ita: Nobis verò vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo: & vnus dominus Iesus Christus, per quẽ Ephes. 4.
omnia,

omnia, & nos per ipsum. Ergo vbiq; diuinæ scripturæ memorantes patrem & filium, non cõmemorant etiam spiritum sanctum. Quibus dicimus? Si ergo Moysen audieritis dicentem: Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies. Aut si audieritis Deum in Esaia dicentem: Ego Deus, & non est præter me saluans. Ergo neq; Deus saluator, quantum apud vos filius Dei in confessione dicitur. Aut si audieritis iterum eum dicentem: Testes estis vos, si est Deus præter me. Non iam Deum esse filium. Et iterum: Ego Deus primus, & ego postea, & præter me Deus non est. Tu autem non nosti me, quia ego dominus Deus, & nõ est alius præter me. Ego dominus, & non est amplius. Quid si audieritis & per Iohel dicentem Deum: & cognoscetis, quia ego in medio Israel sum. Ego dominus Deus vester, et non est alius præter me. Et alias tales innumerabiles professiones diuinarum scripturarum cum audieritis, nec filium vtique dabitis Deo connumerari? Et quibus ante consensistis scripturis dixisse de patre & filio, ijsdem nunc contraria ita esse dicetis? Aut nunquid hæc non sunt scripturarum verba? Sed aduersantur sibi, secundum vos, diuinæ scripturæ. Absit. Sed sicut singulariter sancti loquuntur vnius nominis mentione, id est, patris, vel filij, vel spiritus sancti, in vno tamen nomine trinitatem in se pronunciari sciunt, quod nouissimè probauimus. Vt enim hæ professiones filium non excludunt a b vnitate patris, imò & spiritum sanctum connumeratum patri & filio continent, quemadmodum in sanctis scripturis monstrauimus, sic nec cum patrem & filium nominant scripturæ, spiritum tãquam creatum vniuersitati connumerant. Alioqui quemadmodum de patre & filio ostenditis dicere scripturas, arbitrantes non connumerari cum patre & filio, & spiritum sanctum, si audieritis scripturas mentionem facientes Dei & spiritus, quid eritis facturi? Dicit sanè Aggæus Propheta: Quapropter ego sum vobiscum, dicit dominus omnipotens, & spiritus meus eonitat in medio vestrum. Considerate ergo vbi ponatis filium: Ecce enim omnipotens & spiritus significatur. Aut si audieritis Esaiam dicentem: Væ filij desertores, hęc dicit dominus: Feciſtis consilium, & non ex me: & pactum, & non per spiritum meum: adijcere peccata. Et iterum: Occurrerunt sibi ceruæ, & viderunt facies suas, numero transierunt, & vna ex eis perijt. Alia aliam non quęsiuit, quia dominus mandauit eis, & spiritus eius congregauit eas. Hæc ergo audientes, vbi filium quæritis? Aut si audieritis Zachariam Prophetam dicentem: Patres vestri vbi sunt & Prophetę? dicit dominus: Nunquid in æternum viuent? Veruntamen sermones meos & legitima mea percipite, quæ ego mando in spiritu meo seruis meis Prophetis, qui apprehenderunt patres vestros. Aut si audieritis Dauid dicentem Deo: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Quid cogitabis de filio? Sic verò & Apostolus Paulus ad Corinthios scribit: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Patrem & spiritum connumerari dabitis: Filium vero in his, quæ per spiritum sunt positis. Esaias Propheta dixit: Hæc dicit dominus: Feciſtis consilium, & non ex me: & pactum, & non per spiritum meum. Nequaquam ergo nec in mentem vestram, religiosi viri, hoc subeat vnq;: sed quemadmodum dixistis Paulum Apostolum scripsisse: Gratia vobis & pax à Deo patre, & domino nostro Iesu Christo: & nullam mentionem eum fecisse spiritus putatis: Sic iterum audite eum ad Corint. scribentẽ in secunda epistola: Gratia domini Iesu Christi, & charitas Dei, & cmounicatio spiritus sancti cum omnibus vobis. Et quemadmodum hic dixit, charitas Dei, sic etiam ad Romanos: Obsecro autem vos fratres, per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem spiritus, concertemini mecum in orationibus meis pro mè ad Deum. Et cum Paulus asseruisset communicationem spiritus vobiscũ, Ioannes ait: Communicatio vero nostra vt sit cum patre & filio eius Iesu Christo. Paulus autem Apostolus dicit: Fidelis autem Deus, per quem vocati sumus in communi-

C

Mos scripturæ.

Esaiæ 30

D

Psal. 138.

Esaiæ 30.

A munication em filij sui Iesu Christi domini nostri. In prima quoque epistola ad Corinthios necesse est iterum audire Paulum, trinitatem prædicantem: dicit enim: Diuisiones autem donorum sunt, idem verò spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, idem autem dominus: & diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Cum dixisset autem Deum omnia in omnibus operari, & professus fuisset dona, quæ per spiritū donantur, adiecit: Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Docens operationem Dei esse spiritus sancti, nunquid destitit à trinitate Paulus? nunquid subtraxit Deo & filio spiritum? & sicut ad Thessalonicenses scripsit: Ipse autem Deus pacis sanctificet vos ad perfectum. Ita & ad Corinthios in prima epistola: Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Considerasne spiritum sanctum vbique scripturarum cum patre & filio connumerari? Audiendus planè hîlius in Esaia Prophetа, semetipsum & patrem, & spiritum sanctum prædicans, sic enim ait: Audi me Iacob & Israel, quem ego voco: Ego sum primus, & ego in æternum, manus mea fundauit terram, dextera mea fundauit cœlum, vocabo eos omnes, & stabunt simul, & congregabuntur omnes, & audient, quis annunciauit vobis talia? diligens te, feci voluntatem tuam in Babylone, vt tollam semen Chaldæorum: Ego locutus sum, ego vocaui, adduxi illum, & prosperum iter eius feci: accedite ad me, & audite hæc: non à principio in abscondito locutus sum hæc quando fiebant, & nunc dominus misit me, & spiritus eius. Et iterum: Ego sum qui deleo iniquitates, dic tu iniquitates tuas prior, vt iustificeris: patres vestri priores, & principes eorum iniquè egerunt in me, & contaminauerunt principes sancta mea, & dedi perdere Iacob & Israel, quem elegi: quia ego dabo aquam in sitim, qui iter fecerūt in sicco, imponam spiritum meum super semen tuum, & benedictiones meas super filios tuos. Ipse vero Esaias trinitatem prædicans, ait: Ecce nomen domini per multum tempus venit ardens ira, cum gloria labiorum eius, verbum ira plenum, & ira furoris, sicut ignis edet, & spiritus meus sicut aquam trahens, venit vsque ad collum. Audite vero & Zachariam trinitatem prædicantem, ait enim: Hæc dicit dominus omnipotens: iudicium iustum iudicate, & misericordiam & miserationes facite vnusquisque ad fratrem suum, & viduæ & pupillo, & aduenæ, & pauperi nolite per potentiam nocere, & malitiæ vniuscuiusq; fratris sui nolite memores esse in cordibus vestris. Et non obedierunt aduertere, sed dederunt dorsum insipienter, & aures suas grauauerunt, vt nō audiant legem meam, & sermones meos, quos misit dominus omnipotens in spiritu suo, in manus anteriorum Prophetarum. Angelus verò domini inquit ad Zachariam: Hoc verbum domini in manu Zorobabel, dicens: Non in virtute magna, neque in fortitudine, sed in spiritu meo, dicit dominus omnipotens. Michæam quoque audiamus, trinitatem pronunciantem, & ipse enim ait: Hæc dicit dominus ad Prophetas, qui seducunt populum meum, & mordent dentibus suis, qui prædicant super eum pacem, & non est pax data in ore eorum, & suscitauerunt super eum bellum: Propterea nox vobis erit ex visu, & tenebræ vobis erunt ex diuinatione, & occidet sol super Prophetas, & tenebrosa cadet super eos dies, & confundentur, quia vident somnia, & irridebuntur diuini, & detrahunt de his omnes isti, eò quod non sit qui exaudierit eos: nisi ego in plena virtute & in spiritu Domini, cum iudicio & potentia annunciare Iacob iniquitates suas, & Israel peccata sua. Audi ergo sanctos conuenienter trinitatem prædicantes, & nunquam spiritum sanctum vniuersitati, quæ per filium facta est, connumerantes, sed cum patre, & filio eum profitentes. Quod si saluatoris institutio, vt aiunt, monet eos dicentis: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti

1. Cor. 12.

2. Thess. 3. 2. Cor. 6.

Esaiæ 48.

Esaiæ 45.

B

Zachar. 7.

Mich. 3.

Iesum

Ioann. 14. Iesum Christum, & non perhibentis, vt cognoscant spiritum sanctum, satisfiet illis cùm audiant ipsum & de spiritu dicentem: Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, & aliũ paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternũ, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec cognoscet eum: vos autem cognoscitis eum, quia apud vos manet, & in vobis erit. Aduertant igitur & Apostolos quidem cognoscentes & spiritum, & filium, & patrem: mundum verò miserabilem, quia non cognouerit patrem neque me. Et iterum: Paracletum spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt nec cognoscit eum. Significanter verò dominus & alium paracletum esse dixit spiritum sanctum, quàm ipse paracletus, sicut Ioannes in Epistola sua ait: Hæc vobis scribo, vt non peccetis: quod si peccauerimus, aduocatum habemus ad patrem, & ipse propitiatio est pro peccatis nostris. Vt doceremus spiritus cum filio æqualitatem. Quàm verò non terret eos dominus, qui fidei sacramentum Apostolis tradens, dicit: Euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Necnon & illa magna & beata confessio fidei, imò ipsa fides sanctorum, & testamentum, quod dispositum est ad patrem, & filium, & spiritum sanctum, ad sacrum lauacrum regenerationis venientes, confessi sic: Credo in Deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius vnigenitum, & spiritum sanctum. Et licet dominus dixerit: Credite in Deum, & in me credetis, & non dixit: Credite in spiritum sanctum. Tamen Apostoli docuerunt ecclesias orbis credere in patrem, & filium, & spiritum sanctum. Ergo dicant: Si salus est his, qui credunt in patrem, & filium, & non credunt & spiritum sanctum, sed absit: Neq; enim in Deum credunt, qui non credunt in spiritum sanctum, adeo vt Paulus inuentis quibusdam discipulis, & interrogatis, si spiritum sanctum accepissent credentes: illisq; respondentibus, nec si esset spiritus sanctus, dixit: In quo ergo baptizati estis? Probans, qui non sunt baptizati in nomine spiritus sancti, nec in patris, & filij nomine esse baptizatos. Ita planè & creatorem spiritum sanctum agnoscimus. Alioqui si creator non esset, & sine ipso ab initio creati essemus, quomodo in regeneratione sine eo nõ regeneraremur? Aut si forsitan ad illam antiquitatẽ, quæ fuerat ante præuaricationem Adæ, restituit nos regenerationis lauacrum, vel minoris facturæ Adæ regeneratio nostra: quoniam ante quidẽ dicitis, sine spiritu sancto creati sumus, quomodo verò hic adsumptus est sine causa in regenerationem nostram? Verùm, hoc dicere, irreligiosum est: An ne maior & cautior tanquam sine eo creatus sit homo, & exciderit, ideo adsumptus spiritus in regeneratione nostra ad tutelam certiorem? Sed & ipsum valde impium, vel in sensum alicuius subire. Dicant igitur quomodo spiritus adsumptus ad regenerationem nostram, qui non creauit nos ab initio: siquidem non creauit dicitis, fortè vt sanctificaret accedentes ad lauacrum regenerationis? Est enim spiritus sanctus, sanctificans, sanctus, non tamen creator: Omnia enim ex Deo per filium creata sunt, secũdum Paulum dicentem: Nobis verò vnus Deus pater, ex quo omnia, & vnus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Hic autem nihil de spiritu sancto dixit: Quibus dicimus? Sancta per filium creata est natura, aut non sancta: & quidem dicere quod non sanctum creauit filius, non sanctificans eum in spiritu, superflua est quæ datur ei per spiritum sanctificatio, & valde infirma atq; inanis, veluti, cum sole medio cursu diei illuminante orbe, qui sub cœlo est superfluus atq; infirmus inanis q; lucernæ sit splendor. Sed quoniam non merebatur, inquiunt, creatura per filium sanctificari, ideo ministerium spiritus induxit Deus, vt per illum sanctificaretur. Ergo creari quidem per filium meruit, sanctificari verò non meruit: quod enim maius est, creari, an sanctificari? Pensate itaq; in statera mentis vestræ, conspicientes, vt vel sic considerare possitis, quod etiam ipsi vos inuiti cõfitemini

C

D

Creator etiam spiritus sanctus.

1. Ioann. 2.

A temini ſpiritus dignitatem. Ergo creari quidem creatura per filium merebatur, ſanctificari verò per filium, quia minimè indigna ſua ſanctificatione creaucrit filius. Sed oportebat, inquiunt, per ſpiritum ſanctificari eam prius, vt ſic mereretur accipere filij, & patris ſanctificationem. Quibus dicimus: Ergo non ſancta creaſſe filium dicitis? Abſit: Neque enim ſine filio ſpiritus ſanctificat, nec filius ſine ſpiritu vel patre, ſicut & dixiſtis, & Paulus ad Theſſalonicenſes ſcribēs, ait: Ipſe autem Deus, & pater noſter, & dominus Ieſus Chriſtus ſanctificet vos ad perfectum. Ad Corinthios verò in epiſtola prima: Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, et in ſpiritu Dei noſtri. Videtisne vnitatem ſanctificationis, quomodo pater, & filius, & ſpiritus ſanctus ſanctificat creaturam? Si igitur ſancta creatio creata eſt, ſine ſpiritu autem ſancto non eſt ſanctificata, & ſpiritum ſanctum creatorem eſſe, neceſſe eſt omnes confiteri. Alioqui ſi hoc confiteri non vultis, quod vtiq; facturi eſtis, dicentes, non ſanctam creaturam eſſe creationem, deinde per ſpiritum ſanctificatam. Sed timetis irreligioſitatis notam, ſanctam verò conditionem creaturæ omnimodo confitentes, non tamen ſine ſpiritu ſanctificatam, creatorem omnino confitemini etiam ſpiritum, ſi ſciitis verbum Dei filium ipſius eſſe. Audite in Pſalmo dicentem: Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Et docentem nos non ſine ſpiritu ſancto, quem à corpore ſuo ore Verbum in faciem Apoſtolorum ſpirauit, dicens: Accipite ſpiritum ſanctum. Alioqui ſi ab initio ſine ſpiritu ſancto creati ſumus, quomodo per eum reſurrectio mortuorum efficitur? Paulus autem dicit: Si ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtū à mortuis habitat in vobis, viuificabit & mortalia corpora veſtra per inhabitantem ſpiritum ſuum in vobis. Dauid quoque canens Deo, dicit de creatura: Aufer ſpiritum eorum, & deficient, & in pulueremcōuertentur: Emitte ſpiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Incongruum eſt aliter ab initio cōdi creaturam, in nouiſſimo aliter creari. Itaq; etſi non vultis, creator tamen ſpiritus ſanctus paracletus, qui à Deo mittitur, prædicatur à ſanctis: Mittis ſpiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Et vt pater, & filius feciſſe dicitur in ſcriptura, ſic inuenietur & ſpiritus ſanctus feciſſe. Deus enim ait in Hieremia deduxiſſe hunc Iſrael in deſerto ad populū meum, & non dixiſtis, vbi eſt dominus, qui eduxit nos de terra Aegypti, qui induxit in deſerto. Dicit autem & Eſaias, qui audiendus eſt, ſpiritum ſanctum deduxiſſe Iſrael in deſerto, ſic dicens: Deduxit eos per abyſſum, ſicut equum per deſertum, & nō laborauerunt tanquam iumenta per campum, deſcendit ſpiritus à domino, & deduxit eos. Dicitur autem & lex domini, lex ſpiritus. Et de ſingulis quoq; ſanctorum in Pſalmo dictum eſt: Lex Dei eius in corde ipſius. De ſe verò Paulus: Factus ſum, inquit, his, qui ſine lege ſunt, tanquam ſine lege, cùm extra legem Dei non eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti, vt lucrarer eos, qui ſunt ſine lege. Et rurſum ad Romanos ſcribit: Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis. Ita vt vnitas trinitatis inueniretur in ſanctis ſcripturis: quę enim ſunt Dei ac Chriſti, ac ſpiritus ſancti inuenimus in eis, vt cùm dominus Iudæis dicat: Reddite ergo quæ ſunt Cęſaris, Cæſari, & quæ Dei ſunt, Deo. Paulus quoque ad Philippenſes ſcribit: Omnes enim quæ ſua ſunt, quęrunt, nō quę Ieſu Chriſti. Ad Corinthios: Animalis autem homo non percipit, quæ ſunt ſpiritus Dei: ſtultitia eſt enim. Et omnis ſiquidē Dei patris noſtri nomine, Dei. Chriſtiani verò diſcipuli, nomine Chriſti: & ſpiritalis ſpiritus ſancti nomine appellatur. Audienda nanque eſt illa in Sarepta Sidoniæ vidua ad Heliam Theſbiten, dicens: Quid mihi & tibi eſt homo Dei? Et rurſum: Nunc cognoui, quia homo Dei es tu. Illa vero mulier Sunamitis ſuo marito de Heliſæo dicens: Ecce homo

1. Theſſ. 5
1. Corin. 6

Pſalm. 32

Ioann. 20

Roman. 8

Pſal. 103

B

Pſalm. 9
1. Corin. 9

Lucæ 20

Deus.
Chriſtia nus.
Spiritalis
Homo Dei

Dei magnus venit ad nos. Ipsa quoq; scriptura Regnorum ait: Et homo Dei ve C
nit ex Iuda, & prophetauit super altare Bethel. Necnon etiam titulatio octogesi
mi octaui psal. Oratio Moysi hominis Dei. Lucas vero in Actis Apostolorũ ait:
Factum est autem & integro anno eos conuenire in ecclesia, & appellare in ec-
1. Cor. 12. clesia primò discipulos Christianos. Et Paulus ad Corinthios scribit: De spiritalibus autem nolo vos ignorare fratres, scitis, quia quando gentes eratis, ad idola muta quomodocunque ducebamini addicti: quapropter notum facio vobis, quia nemo in spiritu dicit anathema Iesu: & nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Et rursum: Animalis homo non percipit ea, quæ spí-
2. Corin. 2 ritus sunt Dei: stultitia enim est illi, & non potest scire, quia spiritaliter dijudicatur: nam spiritalis iudicat omnia, ipse autem à nemine iudicatur, quis enim cognouit sensum domini, qui instruat eũ? Nos autem sensum Christi habemus.

Sensum Christi nos habere qd sit. Sensum autem Iesu Christi in substantia propriè Apostolus spiritum sanctum esse professus est: Quis scit quæ sunt Dei, nisi spiritus Dei. Sicut spiritus noster, quæ sunt nostra nouit. Vel ipse Paulus ad Corinthios scribit: Nobis autem reuelauit Deus spiritum sanctum: spiritus enim scrutatur omnia, etiam profunda Dei: quis enim nouit hominum, quę sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in ipso? Sic & quæ Dei sunt nemo nouit, nisi spiritus Dei: nos autem non spíritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui à Deo est. Et rursum. Videor enim & ego spiritum Dei habere. Paulus autem à Deo se vocatum ait, ad Galatas scri
Galat. 1 bens: Cum autem placuisset domino, qui me segregauit de vtero matris meæ, & vocauit in gratiam suam, vt reuelaret filium suum mihi, vt euangelizarẽ eũ
Roman. 1. Actor. 13 in gentibus. Romanos verò à Christo vocatos esse ait, scribens: In quibus estis & vos vocati Iesu Christi. Et spiritus sanctus Paulum & Barnabam à se dixit esse vocatos, quò gentibus annunciarent Christum. Et planè mirabile, cùm saluator diceret ad Paulum in templo: Ito, quia ad gentes longè positas ego mittam D
te. Et Paulus ad Galatas scriberet: Paulus Apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis. Spiritus tamen sanctus misit Paulum & Barnabam probatos ad prædicandum gentibus Iesum Christum. Dicit nanq; scriptura: Sic erant autem Antiochiæ in ecclesia prophetæ & doctores, in quibus erat Barnabas & Simon, qui vocatur Niger, & Lucius Cyrenẽsis, & Manaem quoq;, qui erat Herodis tetrarchæ collactaneus, & Saulus: Ministrantibus autem eis domino, & ieiunantibus & orantibus imposuerunt eis manus & dimiserũt, qui missi à spiritu sancto, descenderunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum. Et sic deinceps prædica-
Psalm. 88 Psal. 131 tio per Paulum facta exponitur. Et est quidem quando ex persona patris loquũtur Prophetæ. Sic Dauid in Psalmis ait: Semel iurauí in sctõ meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit, & sedes eius sicut sol ante me. Et rursum: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Sicut & Petrus ait: Propheta cùm esset Dauid, & sciret, quia iureiurando iurasset illi Deus, de fructu lumbi eius secundum carnem sedere super thronum suum. Quando verò ex persona
Esaiæ 52. filij: cùm Esaias dicit: Hæc dicit dominus: Propter vos semper blasphematur nomen meum in gentibus: propterea nũc sciet populus meus, q̃a ego sum, ipse qui loquebar, adsum. Quando autem ex persona spiritus sancti: Vt cùm Propheta Agabus dicat: Hæc dicit spiritus sanctus: Virum hunc, cuius est iste cingulus, sic ligabunt in Hierusalem Iudæi, & tradent in manus gentium. Paulus autem ad
2. Timo 4 Timotheum scribit: Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis dęmoniorũ, sicut & cętera. Est quidẽ quando pater, & quando filius, & quando spiritus sanctus loquitur. Sic equidem per Isaiam pater de saluatore ait: Hic est

filius

A filius meus dilectus, in quo complacui. Filius verò antequ conuersaretur inter homines, singulis quibusq; sanctorum locutus est: & post in cœlum ascensum spiritus quoq; sanctus ad discipulos ait: Segregate mihi Barnabā & Paulum ad opus quod vocaui eos. Et Propheta quidem Ezechiel contra veterem populum clamans, dicit: Et contristabas me in his omnibus dicit dominus. Paulus verò scribit ad nouellum populum: Nolite contristare spiritum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Et Dauid nihilo minus contra Iudæos dicit: Et exacerbauerunt dominum in deserto. Esaias verò de eisdem ait: Ipsi verò contumaciter egerunt, & exacerbauerunt spiritum sanctum. Et ad Corinthios scribens Paulus ait: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christi? Et rursum: Mulier ligata est, quãto tempore viuit vir eius, si autẽ mortuus fuerit vir, liberata est, cui vult nubat, tantum in domino. Beatior autẽ erit, si sic manserit secundum meam sententiã: videor ẽm & ego spiritum Dei habere. Et ad Romanos dicit: Veritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testimonium mihi perhibẽte conscientia mea in spiritu sancto. Et in Esaia dominus: Filios genui & exaltaui, ipsi verò me spreuerunt. In Euangelio verò: Quod natum est de carne, caro est. Et rursum: Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quò eat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Ergo hæc ad initium Euangelij cõparans, minuit spiritus sancti dignitatem? In principio quidem Euãgelij Ioannis de saluatore, & de his qui crediderunt, ait: Quotquot eum receperũt, dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguine, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. De generatione quoq; fidelium exponẽs post modum dñs Nicodemum instruens, quod eos, qui in se credunt, hoc est, qui accipiunt eum, à spiritu sancto regenerari oportet, dicens: Ne mireris quia dixi, oportet vos nasci denuo, spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, & quò eat. Sic est omnis, qui natus est ex spiritu sancto. Et commemorans ante: Quod natum est de spiritu, spiritus est: ex carne, caro: & quod nascitur de spiritu, spiritus est. Si igitur hi, qui cœlesti regeneratione generantur ex spiritu sancto regenerati, ex Deo sunt generati, cur non si quid magnum & diuinum, & trinitate dignum de spiritu nos opinari oportet, quantum ad humanam possibilitatem est? Quid vero cogitabimus iterum audientes Paulum ad Corinthios de spiritu scribentẽ: An nescitis quia corpora vestra templum est spiritus sancti, qui in vobis est, quem accepistis à Deo, & nõ estis vestri empti enim estis precio. Glorificate & portate Deũ in cordibus vestris? Taliáne de aliquo ex creaturis propriè esse dicuntur, & qualia de Deo, talia de spiritu scriberent sancto, si creatio esset? Quid verò faciemus audientes Petrum ad Ananiam dicentem? Quid quod tentauit Satanas cor tuum mentiri spiritui sancto, vt subtraheres de precio fundi? non es mentitus hominibus, sed Deo. Dicent fortè ꝙ spiritui Dei non mentiuntur, sicut qui ministrũ contumelia afficiunt, regẽ nõ dehonestant. Quibus dicimus: Ergo & illi Apostoli mentientes, non de Deo mentiti sunt: aut qui Apostolos recipiunt, nónne Deum recipiunt? sicut dñs ad Apostolos ait: Qui recipit vos, me recipit, qui verò me recipit, recipit eum, q̃ me misit. Oportebat ergo Petrum memorantem: Quid quod tentauit Satanas cor tuum mentiri spiritui sancto? non es mentitus spiritui sancto, sed Deo: aut dicere, quid quod tentauit Satanas mentiri nobis? non es mentitus hominibus, sed Deo, vt sequentia ratio habeat: Quoniam Deus sanctis suis hoc tradidit & sapere & profiteri, quemadmodũ cùm à filijs Israel, spreto illo magno Samuele, rex petebatur, mœstus q; esset, dixit ad eum Deus: Non te spreuerunt, sed me. Et talibus quidem verbis Petrus non est vsus, sed cum Ananias & vxor Saphira putarent hominus decipere, vnus ex his, qui decipi putabatur, Petrus dixit: Quid

Matthæi 3

Actor. 13.

Psalm. 77

2. Cor. 13.

1. Corin. 7

Roman. 9

Esaiæ 1.

Ioann. 3.

Ioann. 1.

B

1. Cor. 6.

Actor. 5

Matth. 10

q̃ tentauit Satanas mentiri ſpiritui ſancto: non es mẽtitus hominibus, ſed Deo. C
Sic ſanè & ad Sapphirã coingreſſam continuo dixit: Quid q̃ conuenit vobis tentare ſpiritum dñi? Et patri quidẽ, & filio, & ſpiritui ſancto fideles viuere ſancta
Roman. 6 eloquia nos docent, ſicut Paulus ad Roman. ſcribit: Quod autem mortuum eſt
2. Corin. 5 peccato, mortuum eſt ſemel: quod autem viuit, viuit Deo. Et rurſum: Vt hi qui
Galat. 6 viuunt, iam non ſibi viuãt, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Et rurſum increpans Galatas ſcribit: Si viuimus ſpiritu, ſpiritu & ambulemus. Et cùm
1. Cor. 8. Paulus diceret: Nobis verò vnus pater, ex quo oĩa, & vnus dñs Ieſus Chriſtus, per quem omnia. Et quod maius eſt in tota creatura, hoc eſt corpus dñi, ex ſpiri
Matth. 1 tu ſancto eſſe creditur, ſicut Euangeliſta Matthæus tradidit: Chriſti generatio ſic fuit: Cùm deſponſata eſſet Maria mater eius Ioſeph, anteq̃ conuenirẽt, inuenta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto: Ioſeph autem vir eius, cùm eſſet homo iuſtus, & nollet eam detegere, voluit eam occultè dimittere: hæc autem eo cogitante, ecce angelus dñi in ſomnis viſus eſt à Ioſeph: Fili Dauid, ne timeas recipere Mariam vxorem tuam: quod enim ex ea naſcetur, de ſpiritu ſancto. Et licet
Prouer. 9. ſapientia Solomonis in Prouerbijs, de corpore ſaluatoris diceret: Sapientia ædificauit ſibi domum, & hic profitetur vnigenitum creatorem corporis ſui, hic tamen angelus ex ſpiritu ſancto illud eſſe dixit, & ſic omnis Chriſtianus cùm inſtruitur, credit. Neq; enim ſcriptura circa trinitatem diſcrepat, vnam eandemq; operationem eius factam vbiq; docens. Deniq; Deum paritura Maria cùm Ga
Luce 1 brielem audiſſet dicentem: Ecce in vtero habebis & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum, &c. Et cùm interrogaſſet: quomodo erit iſtud, quia virum non noui? ſtatim docetur ab eo dicente: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, propterea quod naſcetur ex te, ſanctum vocabitur, filius Dei. Quòd ſi virtus altiſſimi eſt vnigenitus ſecundum Paulum, dicentem: Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapiẽtia: Spiritus verò ſanctus paracletus, ſpiritus ve- D
ritatis, hiſq; obumbrantibus paritura dñm Maria, creatum eſt dominicum templum: Angelus autem ex ſpiritu ſancto creatum illum dixit, cur non vnam ope
Ioann. 3. rationem eſſe trinitatis erudimur? Omnes verò fideles ex ſpiritu ſancto eſſe dixit dñs ad Nicodemum profitens: Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt de ſpiritu, ſpiritus eſt: ne mireris q̃ dixerim tibi, oportet vos naſci denuò, ſpiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, & neſcis vnde veniat, aut quò vadat, ſic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu ſancto. Cùm ergo audimus, nobis vnus Deus pater, ex quo omnia, & vnus dñs Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum, & habemus quod maius eſt tota creatura & glorioſius, quod eſt corpus dñi, necnon & omnes ſancto ſpiritu eſſe ſanctos: cur non quæ de patre, & filio, eadem etiam de ſpiritu ſancto ſapere dirigimur à ſcripturis? Quod ſi grue vel nefas impijs hoc eſſe videtur: Ergo ſicut credunt in patre, & filio, ita credãt in ſpiritu ſancto, & ſicut baptizant in ſpiritu ſancto, ita etiam baptizent in nomine patris, & filij: non ita baptizent etiam in nomine, & in nomine ſpiritus ſancti. At videamus ſi vel in Deum credant, vel baptizent, qui ſic ſapiunt, non vi-
Epheſ. 6. dentes in ſcripturis ſanctis trinitatis vnitatem. Scripſit nanque ad Epheſios beatiſſimus Paulus: Propterea ſuſcipite tota arma dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & cùm omnia perfeceritis, ſtate cincti lumbos in veritate, & calciate pedes in
præparatione Euangelij pacis, ſuper hæc omnia accipientes ſcutum fidei, & galeam ſalutis accipite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Ecce totam ar-
Eſaiæ 40. maturam, & galeam filij: ipſe enim eſt ſalutaris: ſicut dixit Eſaias Propheta: Et videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri: Gladius verò ſpiritus ſancti. Nunquid deſtitit à trinitate: nunquid non trinitatem edocet: Quid igitur de ſpiritu ſancto quiſq̃ dicit: cùm tales profeſſiones de eo ſcripturas enunciare, & ſanctos do-

minum

A minum orare ſciamus: Dñe ne in ira tua arguas me. Et dñs in Pſalmo: Arguam te, & ſtatuã peccata tua ante faciem tuam. Et ſaluatorem de ſpiritu ſancto dicentem: Si aũt iero, mittam paracletum ad vos, & cùm venerit illic, arguet hũc mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. Et quemadmodum in Eſaía, de conuerſatione vnigeniti inter homines audiuimus: Exiet virga de radice Ieſſe, & flos de radice aſcendet, & requieſcet in eo ſpiritus Dei, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſciẽtiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris dñi: Non ſecundum gloriam iudicabit, neq; ſecundum loquelã redarguet, ſed iudicabit humili iudicio, & redarguet ſuperbos, & eripiet humiles terræ, & percutiet terrã verbo oris, & ſpiritu per labia interficiet impiũ. Igitur & conuerſatum eum inter homines videmus, & ſpiritũ Dei, id eſt, ſpiritum ſanctũ, & ſeptem ſpiritus vocatos ſuper eũ requieſcere aſpeximus. Sic itaq; & de ſpiritu ſancto audientes conſideramus: Ipſe em̃ filius eſt Dei, qui dixit: Et cùm venerit paracletus, arguet hunc mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio: Neq; enim ſine ſpiritu ſancto dñs aduenier in carne, ſed conſtituens cum diuinitate ſua eum, qui vniuerſitatem implet, cùm ſit vnctio ſuper carnẽ ſuam. Sic ſanè & Dauid audiuimus cantantem & dicentẽ: Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Aut non tanq̃ iudicem ſpiritum expectans iſtas emittit profeſſiones? Omne em̃ opus Dei & Chriſti, & ſpiritus ſancti eſt proprium. Aut nõ audiuimus eum dicentem de Deo: Hodie quidem ſi vocem eius audieritis, noli te obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto, vbi tentauerunt me patres veſtri: De ſe verò: Probauerunt & viderunt opera mea: Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, ſemper errant corde: Ipſi verò non cognouerunt vias meas, ſicut iurauí in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. Quod ſi dicant illi, dominum eſſe, & non ſpiritum, qui dicit: Propterea odio habui illam generationẽ, & ante dicta illa omnia: Audiant Paulum ea quæ in Pſalmo ſunt dicta ad Hebræos ſcribentem: Quare ſicut ſpiritus ſanctus dicit: Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Veniant autem ad Prophetam Eſaiam, & audiant eum dicentem: Non legatus, neq; angelus, ſed ipſe ſaluauit eos omnibus diebus ſeculi: Ipſi verò contumaciter egerunt, & exacerbauerunt ſpiritum ſanctum, & conuerſus eſt eis ad inimicitiam. Necnon etiam primitias martyrum Stephanum auſcultent increpantem principes Iudæorum, ob beneficia quę contulit Deus patribus eorum in deſerto per annos quadraginta, & ob ea, quæ irreligioſè egerunt facto vitulo, & idolis adorantibus, & præter hæc omnia quæ nefariè machinati ſunt, dicentem ad eos: Dura ceruice, & incircunciſi corde, auribus: Vos ſemper ſpiritui ſancto obnitimini, ſicut patres veſtri: Quem ex Prophetis non perſecuti ſunt patres veſtri, & occiderunt? pronunciantes de aduentu iuſti, cuius vos proditores & interfectores eſtis. Quis igitur non mirabitur ſpiritus ſancti diuinitatem, cùm talia ſint de eo dicta? Quis non venerabitur paracletum ſpiritum veritatis, cùm viderit eum arguere hunc mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio? Cùm viderint eum ſuſcitantem mortuos, & viuificantem, & facientem quod pater & filius facit? In Euangelio ſcriptum eſt: Sicut enim pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius quos vult viuificat. Ad Romanos dicit: Spiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis: qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, per inhabitantem ſpiritum ſuum in vobis. Et in Pſalmo: Auſer ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem conuertentur. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Et quiſquam paracletum creatorem non confitetur eſſe, qui mittitur, & creat corpora à ſeculo diſſoluta, & conuerſa in puluerem ſuum, & renouat faciem terræ? ſecundum

Pſalm. 6
Pſalm. 49
Ioann. 16
Eſaiæ 11.
Pſalm. 94
Hebræ. 3
Stephani primitiæ martyrũ. Actor. 7
Ioann. 5. Roman. 8
Pſal. 103

hoc quod in Esaia Propheta scriptum est: Erit autem cælum nouum, & terra no C
ua. Et iterum Paulus ad Romanos scribit: Habeo ergo confidentiam in Chri
sto Iesu ad dñm, non autem audeo de omnibus loqui, quod non est operatus
per me Christus. Ad obauditionem gentium verbo & facto, atq; in veritate si-
gnorum & prodigiorum in virtute spiritus sancti: duce spiritu sancto Christum
Ephes. 3 signa & prodigia fecisse. Ad Ephesios verò: Huius rei gratia flecto genua mea
ad patrem, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, vt det vobis
secundum opulentiam gloriæ suæ virtutem corroborari per spiritum suũ in in-
teriorem hominem, habitare Christum per fidẽ in cordibus vestris. Et hęc qui-
dem de patre & filio Paulus singulariter scribit, sicut ad Thessalonicenses, quod
frequenter memorauimus, ait: Ipse verò Deus & pater noster sanctificet vos ad
perfectum: Non dicit, sanctificent vos, pluraliter, sed sanctificet, singulariter.
Quando autem ad Corinthios de filio & spiritu dicit: Sed abluti estis, sed sancti-
ficati estis, sed iustificati estis in nomine dñi nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei
nostri. Et de patre quidem & de spiritu: Nescitis quia templũ Dei estis, & spiri-
tus Dei habitat in vobis: Si quis tẽplum Dei violauerit, disperdet illum Deus:
quia templum Dei sanctum est, quod estis vos. Sed & Dauid de patre & spiritu
dicit: Quò ibo à spiritu tuo: & à facie tua quò fugiam: Si ascẽdero in cœlum, tu
ibi es: & non dixit vos, licet de spiritu & patre dixerit: Vbi est enim Deus, ibi est
& filius, & spiritus esse ostenditur. Et in filio atq; in spiritu sancto Deus adora-
Ioannis 4 tur: Nam cùm Samaritana mulier adhuc carnaliter cogitaret de Deo, & arbitra
retur in loco adorari, ac diceret: Domine, animaduerto quia Propheta es tu: Pa-
tres nostri in monte isto adorauerunt, & vos dicitis, quoniam Hierosolymis est
locus, in quo adorari oportet. Dñs autem excludens in loco adorari eum, dixit:
Mulier crede mihi, quia veniet hora, quando nec in isto monte, neq; in Hieroso
In spiritu & veritate adorare quid sit lymis adorabitis patrem: sed veniet hora, quando veri adoratores adorabunt pa D
trem in spiritu & veritate: Pater enim tales quærit, adorantes Deum in spiritu &
veritate oportet adorare. Quòd si in spiritu & veritate, ergo in filio Deus adora-
tur: nam veritas est filius, qui dixit: Ego sum via, veritas, & vita: Cur non cum pa
tre spiritus adorandus est à nobis: cùm in Christo audiant glorificari patrẽ in ec
clesia, quid se esse facturos adserent: Paulus enim scribens ad Ephesios ait: Ei qui
potens est omnia facere abundanter quàm petimus aut sapimus, ipsi gloria in ec
clesia in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum. Et rursum Pau-
lus dicit: Quia per Christum dicitur Amen patri ad gloriam: per patrem & filiũ
Dei, & in filio patrem glorificantes. Sic itaq; Deum adorãtes in spiritu & in filio,
id est, per spiritũ ac per filium adorãtes, coadoramus dñm, & filium, et spiritum.
Denicq; Paulus scribit: vt in nomine Iesu Christi omẽs genu flectãt, & omnis lin
gua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria est Dei patris. Quod si hi, qui in
nomine Iesu Christi flectunt genua, filium glorificant cum patre, cur hi, qui in
spiritu patrem & filium adorant, non adorabunt eum cum patre, & filio, & spiri
Deuter. 6 tu sancto? Si itaq; audiuimus Moysen dicentem: Dominum Deum tuum adora
bis, & illi soli seruies, scimus pronunciari cum Deo filium & spiritum. Et ne tan
quam non scripta memorantes, & de nostro loqui videamur, demonstranda
est cœlestium virtutum adoratio, & sicut sanctis didicimus scripturis: Forsitan
illi æmulatores effecti, sic & venerari discent & orare. Quem visum volũt Esaiæ
in templum laudari & clarificari, Seraphin ne an filium? fortè enim aures ob-
Esaiæ 6 struent, an spiritum sanctum? Esaias enim ait: Et factum est anno quo mortu-
us est Ozias rex, vidi dominum sabaoth sedentem super thronum altum, & e-
leuatum, & plena domus maiestate eius, & Seraphin stabant in circuitu eius,
sex alæ vni, & sex alæ alteri, & duabus quidem velabant facicm, duabus verò pe
des,

A des,& duabus volabãt,& clamabant alterutrum,& dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus sabaoth, plena est omnis terra gloria eius, & eleuatum est lumen ex voce clamantis,& domus impleta est fumo, & dixi: O miser ego, quoniam compunctus sum: quia cùm sim homo,& immunda labia habeam, & in medio populi immunda labia habentis ego habitem, regẽ dñm sabaoth ego vidi oculis meis. Et missus est ad me vnus de Seraphin,& in manu habebat carbonem, quem forcipe tulerat de altari,& tetigit os meum,& dixit mihi: Ecce tetigit istud labia tua,& ait: Ecce auferet iniquitates tuas,& peccatum tuum mundabit. Et ego audiui vocem domini,dicentis: Quem mittam, & quis ibit ad populum istum?& dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit mihi: Vade ad populũ istum, & dic ei: Aure audietis, & non intelligetis,& videntes videbitis, & nõ aspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus suis grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne fortè videant oculis & credant, & auribus audiant, & corde intelligant,& conuertantur, & sanem illos. Et dixi: Vsq; quo domine? Quem igitur hunc esse volunt, adserant, dicent enim fortè filium. In Euangelio κατὰ ἰωάννην scriptum est: Et propterea non poterant credere in Iesum, quia dixit Esaias Propheta: Excæcauit eorum oculos,& heberauit eorum cor, ne fortè videant oculis,& intelligant corde,& conuertantur,& sanem illos. Hæc igitur dixit Esaias, cùm vidisset gloriam eius,& locutus est de eo. Et quid facient de Paulo, qui spiritum dicit in illa gloria visum esse Esaiæ, & locutum esse ei, cùm misisset eũ ad populum supra dicta dicere: Scriptum est enim sic in Actis Apostolorum: Conuenientes autem ad alterutrum ludęi, dimittebantur, dicente Paulo verbum vnum: Quia bene spiritus sanctus locutus est ad patres vestros per prophetam Esaiam, dicens: Aure audietis & non intelligetis, & videntes videbitis & non aspicietis. Incrassatum est cor populi huius,& auribus suis grauiter audie- Ioann. 12 Actor. 28

B runt,& oculos suos clauserunt, ne fortè videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur,& sanem illos. Ecce Ioannes quidem filium, Paulus verò spiritum sanctum esse dicit, qui sit visus Esaiæ, sedens super thronum altum,& eleuatum, qui adoratur, & laudatur, & glorificatur à Seraphin. Ecclesiæ autem Christi omnes ab oriente vsq; ad occidentem conuenienter patrem à Seraphin laudari profitentur in ministeriorum relatione. Dicãt itaq; nobis, qui venerationem spiritui sancto abnegant, quis nam ex his verum dicat, aut quis fallat: Vtrum ne Ioannes, an Paulus? an vero omnes ecclesiæ Christi? quo quidem omnes ecclesiæ patrem profitentur esse, qui adoratur à Seraphin, Ioannes filium, Paulus verò spiritum sanctum. Si verò nemo eorum fallit, sed omnes veritatem dicunt, manifestè probatum est, quod & solius nomen patris dicatur. Habebat tamen patrem,& filium,& spiritum sanctum secundum pronunciatum. Alioqui quid facient audientes Saluatorem dicentem ad discipulos: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris,& filij,& spiritus sancti: cùm scriptura non trinitatem sed vnionem nominaret. Scriptum est enim sic in Actis Apostolorum, de his, qui in Samaria crediderunt,& baptizati Actor. 8 sunt à Philippo, tantum baptizati erant in nomine domini Iesu Christi. De his verò, qui Ephesi à Paulo baptizati sunt, hi cùm audissent, baptizati sunt in nomine dñi Iesu Christi. Petrus etiam ludęos alloquens: Pœnitentiam, inquit, agite,& baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi in remissione peccatorum vestrorũ. Hi cùm audissent, & comprobassent sermones eius, baptizati sunt,& additę sunt in die illo animæ quasi tria milia. Nunquid prævaricatores mandati saluatoris effecti sunt? & cõtra traditionẽ saluatoris baptizauerunt tantam multitudinẽ? Non enim scriptum est, quia baptizauerunt in nomine patris,& filij,& spiritus sancti, sed tantum, in nomine domini Iesu Christi. Sed non sunt

prævaricati. Absit. Nam licet filij nomẽ tantũmodo dicatur, habet tamen patrẽ C
& spiritũ secũ pronunciatũ, sicut in scripturis sanctis probauimꝰ. Itaq; & spiritus
sanctus sabaoth dicitur, & est cum Deo & filio à Seraphin adoratus. Propter ꝙd
hæc ter dicunt: Sanctus, sanctus, sanctus, vt trinitatẽ pronunciarẽt. Vnde & Pau
lus dñm vocari spiritum non negat, dicens ad Corinthios: Dñs verò spiritus est,
Spiritum sancti nõ esse seruũ. & vbi spũs dñi, ibi libertas. Et ad Romanos ait: Lex aũt spiritus vitæ liberauit
me à lege peccati & mortis. Quomodo aũt ausi estis spiritum sanctum seruum
dicere, qui creaturã liberauit: Si enim omnia per ipsum facta sunt, ostendite cre
Psalm. 118 atum esse spiritũ sanctum. Vtiq; etiam id quod in Psalmo scriptum est, quia omnia seruiunt tibi: seruũ esse ostẽdit spiritũ sanctum: Sed neq; in quo dicitur: omnia per filiũ facta sunt, adsignat spiritũ sanctum: ipse em̃ est qui dixit: neq; id quo omnia seruiunt tibi, seruum esse ostendit eum. Alioqui & Paulus quomodo au diendus est, dicens: Non em̃ accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore, sed ac cepistis spiritũ adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba pater: Itaq; seruus nul la ratione spiritus sanctus esse ostenditur. Sed vos & carnẽ, & seruũ esse eum in
famatis, qui non solũ non sit liber, sed & creaturæ libertatẽ largitur, sicut super-
1. Cor. 12. ius probauimus. Et rursum Paulus scribit: Diuisiones aũt donorũ sunt, idẽ verò spiritus, diuidens singulis sicut vult. Et Iesus ait: Spiritus vbi vult spirat. Si aũt fa cit quod vult, iam non est seruus, sed liber est. Et qualẽ mortem merebuntur, qui numen cœlestis militiæ seruum esse profitentur? Dñs enim virtutũ interpretatẽ
Dominus Sabaoth. dñs sabaoth, et non vtiq; libertatẽ largitur creaturæ, nisi esset creationis dñs: in nomine enim dñi Iesu & spiritus sancti, quẽ mittit vobis pater in nomine meo, ille vos docebit. Tamen nomen patris, & filij, & spiritus sancti, & in propria vi ta & substantia permanens, cũm ipse sit vita: Alioqui quid estis facturi audientes in Canticis Solomonem dicentem: Vnguentum effusum nomen tuum, pro- D
terea adolescentulæ dilexerunt te: Esaias verò: Et faciet dñs sabaoth gentibus,
in isto monte bibent in lætitia, & bibent vinum, vnguento vngentur, tradent
Psalm. 44 hæc omnia gentibus. Nónne spiritum sanctum quo vncti sumus, vngentum vo cauit Propheta: Quem & Dauid oleum exultationis dicit, in conuersatione hu mana Saluatoris: Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortí-
Actor. 10 bus tuis. Quod & assumens Petrus ait: Iesum Christum, qui est à Nazareth, vnxit Deus eum in spiritu & virtute. Spiritus itaq; sanctus cũm & oleum & vngen tum dicitur, nomen est Dei & filij, in propria vita & substantia permanens, cũm sit ipse, vt suprà diximus, secundum prophetiam, vngentũ effusum nomẽ tuum. Manifestum aũt quia spiritum sanctum effudit dñs abundanter super eos, qui ex gentibus crediderunt, sicut Paulus scribit. Et cũm vnctionem & signaculum habeamus. Et rursus idem Paulus in secunda epistola ad Corinth. scribat: Qui
2. Corin. 1. autem firmat vos vobiscum in Christo, & vnxit nos Deus, qui & signauit nos, & dedit arram spiritum in cordibus nostris. Et iterum ad Ephesios ait: In quo credẽtes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est arra hæreditatis nostræ
Psal. 15. magna nos sapere sancti præparãt de spiritu sancto: Nam Dauid dicit: Dñs pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Et Moyses scribit: Non erit portio, neq; hæredi tas Leuitis in terra, dñs ipse portio eorum est. Et Hieremias clamat: Quia qui formauit omnia, ipse hæreditas huius Iacob, dominus nomẽ est ei. Et cũm dñm hæreditatem sanctorum spiritum sanctum esse dixit, in quo, inquit, credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est arra hæreditatis nostræ, docens hæreditare & non hæreditare professiones sanctorum considerantes: Ait enim Esaias ad eos, qui non haberent spiritum sanctum, & propterea ignorantes esse hæreditatem sanctis post huius seculi exitum instruens patienter, & dicẽs: Est hæreditas colẽtibus Deum, & vos eritis iusti, dicit dñs: Qui sititis, ite ad aquam.

Spiritum

A spiritum sanctum aquam appellans, sicut postmodum monstrabimus: cùm sit arra sanctorum hæreditatis. Hunc spiritum sanctum, & Dauid signaculum hæreditatis cùm habuisset. Sed hos quidem qui non credunt hæreditatẽ esse sanctis, post huius vitæ exitum miseros esse dicit. De se verò & similibus confidenter agens: Multi dicunt: quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui domine: Signationem dicens signaculum, quod lumen vultus tui domine esse sit professus. Itaq; credant Paulo dicẽti, spiritu promissionis sancto signatos esse credentes. Et Dauid, qui haberet eundem spiritum fidei, psallentis Credidi, propter quod locutus sum. Sciantq; & vultus dñi esse dicit signaculum quod accepit, id est, spiritum sanctum, adeò vt & filium Dei lumẽ Dei esse sciẽs psalleret Deo, dicens: In lumine tuo videbimus lumen, id est, in filio tuo videbimus spiritum sanctum. Sic & Esaias spiritum qui sanctificat non solum lumen, verùm etiam ignem scit appellari, dicens: Et erit lumen huius Israel, & sanctificabit eum igne ardenti. Et ecce in lumine quod est ignis, sanctificat dominus hunc Israel, & Deus tamen ignis consumens est. Sed & Paulus dicit: Vt fiat oblatio gentium acceptabilis, sanctificata in spiritu sancto. Et non aliter gentes, aliter Israel sanctificantur à Deo, quàm spiritu sancto lumine & igne existente. Dicit autem & sapientia Solomonis in Prouerbijs: Lux domini spiratio est hominum, qui scrutatur interna ventris. Et manifestum est, quia spiritus omnia scrutatur, quemadmodum scribit Paulus, & quòd à principio formato Adam, in faciem eius spirauit Deus spiritum sanctum, sicut Moyses ait: Et spirauit Deus in faciem Adæ inspirationem vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Neque id quod spiratum est à domino, anima est, secundum fabulatores ludæos. Alioqui quomodo hoc quod à se spiratum est, Deus igni æterno condemnat, sed viuificans spiritus est, de quo & Paulus ait: spiritus verò viuificat, & spi-

B rauit Deus in faciem eius spirationem vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Itaque spiritus sanctus est spiritus vitæ, à quo excidentes nonnulli, viuentes mortui sunt, sicut Paulus scribit. Nam quæ in delicijs agit, viuens mortua est. Alioqui quomodo audiendus est Solomon, dicens: Lux domini spiratio est hominum, qui scrutatur interna ventris, si animas hominum lumen Dei esse dicitis, nisi spiritum sanctum lumen Dei confessi fueritis? Sed spirationem lumen Dei esse credatis, dicente Moyse: Spirauit Deus in faciem Adæ spiraculum vitæ. Et filius Dei: Ego sum vita. Sed & Sapientia Solomonis introducens Saluatorem dicit: Ecce proferam vobis meæ adspirationis professionem, sic enim in prouerbijs ait: Sapiẽtia exitu canit, in plateis verò siducialiter agit, in portis autem potentium adsistit, in muris quoque ciuitatis confidenter ait: Quanto tempore obtinent infantiam, & non erubescent. Imprudentes autem cõtumeliæ cùm sint cupidi, impij effecti odio habuerunt sensum, & obnoxij facti sunt increpationibus. Ecce proferam vobis meæ adspirationis professionẽ, docebo vos meum sermonem. Et Esaias prædicans spiritus sancti promissionem sic ait: Dixit dñs qui cœlum fecit & adfixit illud, qui solidauit terram, & quæ in ea sunt: Qui dat aspirationem populo, qui est super eam, & spiritum calcãtibus eam. Dicite qui est populus qui accepit spirationem? Nunquid & hic spirationẽ animam esse dicetis? Aut dabitis sine anima populũ super terrã constitisse? Sed non est, professionem namq; spiritus sancti prædicans Propheta hæc dicit. Deniq; completam professionem super fideles, qui fuerant illo tempore, scripsit Lucas: Vt complerentur dies quinquagesimæ erant pariter omnes in vnum. Et factus est subito sonus de cœlo, tanq; spiritus sanctus vehemens ferretur, implens totam domum vbi erant sedentes, & visæ sunt eis diuisæ linguæ tanq; ignis, & sedit super vnumquemq; eorũ, & cœperunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus

dabat

Aqua spiritus sanctus intelligitur.

Psalm. 4. Signaculum vultus domini.

Psalm. 35.

In faciem Adæ quid sit inspiratum.

Prouer. 1.

Actor. 2.

dabat eloquí íllis. Símili modo magnus ílle Iob aduerſus amicos ſuos, cũ eſſent C
ſpiritu ſctõ priuati, & nihil verũ dicerent, neq; opinarentur ſe ante Deum loqui, aiebat: Nónne ante Deũ loquiminí? Et rurſum: Qui annũciaſtis verba. Spiratio uero cuius eſt? quippe deitatis. Ex quibus vnus magna loquẽs, dicebat: Spiritus eſt, qui mortalibus intercedit, ſpiratio verò omnipotẽtię eſt, quę me docet. Omnipotens aũt filius, de quo Zacharias ait: Propterea ſic dicit dñs omnipotens. Poſt gloriã miſit me ſuper gentes. Igitur Solomone dicente: Lux domini ſpiratio eſt hominum. Et à Moyſe inſtructi: Spirauit dñs in faciem Adæ ſpirationem vitæ, & factus eſt in animã viuentem. Audientes verò & Saluatorẽ dicentem: Ego ſum vita. Et Paulũ ſcribentem: Lex em̃ ſpiritus vitæ. Et rurſum: Miſit Deus filium ſuũ in corda noſtra. Videntes aũt etiam vnigenitũ in facie apoſtolorũ dicentẽ: Accipite ſpiritũ ſanctum. Spirationem filij, in propria vita & ſubſtantia manente, ſpiritus eſſe doceamur, & neq; genitũ, neq; creatum eſſe à filio ſapiamus, nequaq; vnigenitum filium credamus eſſe ſpiritum, & q̃ dñs ſit verbũ filij, genitum verò à Deo verbũ ſuum in propria vita & ſubſtantia permanens cum ſit vita filius Dei. Propterea verò non eſt genitus ab eo ſpiritus, qa non eſt verbum eius. Creatũ verò dicere ſpiritũ, abſit. Veruntamen ſpirationẽ filij Dei eũ ex ſanctis ſcripturis docti ſumus, & fontem ſpiritus filium Dei dicimus, audientes filium: Quia duo nequã fecit populus iſte, me dereliquerunt fontem aquæ viuę, & foderunt ſibi lacus contritos, quinõ potuerunt aquã portare. Aqua viua ſpiritus ſanctus eſt, ſicut Ioannes docuit, Saluatore dicentẽ ad Samaritanã mulierem: Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu vtiq; petiſſes eũ, & dediſſet tibi aquã viuam. Et rurſum: Quicunq; biberit ex aqua, quam ego ei dabo, non ſitiet in æternum. Et in medio templi clamat: Si qs ſitit, veniat ad me & bibat, qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuæ. Et interpretatus eſt ſic: Hoc autem dicebat de ſpiritu ſancto, quẽ accepturi erant, qui crediturí erant in eum. Ita etiam & Eſaias dominũ dixiſſe ait: Quia ego dabo in ſitim aquam his, qui in ſicco interfecerunt, & ponã ſpiritũ meũ ſuper ſemen tuũ, & benedictiões meas ſuper filios tuos, & orietur tanq̃ in aqua fœnũ, velut ſalix inter fluxus aquæ. Ergo manifeſtè ſcripturis ſanctis profitentibus, aquam viuam eſſe cognouimus. Dñs ſe fontẽ ſpiritus eſſe dixit ſic: me dereliquerunt fontem aquę viuę: Sic & Dauid dicens ad dñm: Quia apud te eſt fons vitę. Igitur præter dñm oſtende alium fontem eſſe vitæ, qui apud eum ſit: non enim dixit, quoniã tu es fons vitæ, ſed: quia apud te fons vitæ eſt. Eſt vero apud Deũ, & eſt filius fons exiſtens ſpiritus. De quo Paulus ad Roman. ſcribit: Spiritus verò vitę propter iuſtitiã. Ita non alienum, ſed proprium patris eſſe eum dicit: Nam cùm profeſſus fuiſſet: quia apud te eſt fons vitę, & adiunxit: in lumine tuo videbimus lumen, id eſt, in filio tuo videbimus ſpiritũ. Necnon etiã & in nomine virtutis Dei appellatus ſpiritus, & virtus, & ſapientia eſſe monſtratur. Audiuimus em̃ ſaluatorẽ in Euãgelio promittentẽ diſcipulis ſuis miſſurũ eſſe ſpiritũ ſanctũ, qui dicit: Ecce ego prę mittam promiſſionẽ patris mei ſuper vos, vos verò ſedete in ciuitate, donec induamini ex alto virtutẽ. In Actis verò Apoſtolorum idẽ dñs ait: Sed accipietis virtutẽ ſuperueniente ſuper vos ſpiritu ſancto. Hoc quoq; impletũ eſſe comperimus. ſub die quinquageſimæ conſummatæ. Aut ergo virtutem Dei ſpiritum ſanctũ eſſe profitemini, aut ſicut Sabellius paracletum, cùm ſit virtus Dei, eundẽ filiũ eſſe prædicate, & audite Paulũ dicentẽ: Spiritus vitæ propter iuſtitiam. Fontem iterum ſpiritus inſtruimur eſſe filium. Hieremiã audite clamantem contra Iudæos: Quia dereliquerũt me fontem vitæ dominum. Et alius ait: Spiritum ſapientiæ, ſciens ſpiritum ſanctum ſecundum Eſaiã quidem dicentẽ: Et requieſcet ſuper eũ ſpiritus Dei, ſpiritus ſapiẽtiæ & intellectus.

Hierem. 2

Aqua viua.

Ioann. 7. D

Pſalm. 35

Luc. 24.

Sabellĩ error.

Secundum

A Secundū Paulum verò tribuentē: Non ceſſo gratias agēs Deo pro vobis, vt det vobis ſpiritū ſapientiæ & reuelationis. Fontē eſſe ſpiritum dixit ſupra, ſic dicēs: Dereliquiſtis fontē ſapientiæ. Quod verò ſpiritum hic ſapientiā appellauerit, manifeſtū eſt, ex quibus dicit: Nam cùm in terra Chaldæorū eſſet populus, & cū Chaldæis conuerſaretur, eos, qui nō haberent ſpiritum ſanctū, ſed carnaliter quidem viuerēt peccato, morerentē verò iuſtitię, & fraudarentē ſpiritu ſancto, quere batur cū lachrymis, dicēs: Quid eſt Iſrael? quid, quia in terra inimicorū es, & inueteraſti in terra aliena, coinquinatus es cū mortuis, deputatus es cum his, qui in inferno ſunt. Dereliquiſti fontē ſapientiæ, viam dñi ſi ſuiſſes ingreſſus, habitares vtiq; cum pace in æternū. Conſiderēr eā viā, quam dereliquerūt filij Iſrael, Deum eſſe, qui dicit: Ego ſum via, fontē vitæ in Propheta appellari, quā dereliquerūt ludæi, coinquinantes ſe cū Babylonijs, qui erant mortui iuſtitię: ducē eā non habent in ſe ſpiritū paracletū, ſpiritum veritatis, qui eſt vita & viuificat: viuētes mortui ſunt. Vnde & Paulus de talibus ſcribit: Nā quę in delicijs agit vidua, viuens mortua eſt. Et Solomon clamat: Qui in delicijs cōuerſatur à pueritia ſeruus erit, in nouiſſimo verò dolebit in ſe. Qui eā in peccati delicijs agunt, nō audiunt Paulum ſcribentem: Non eā accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterū in timore, ſed accepiſtis ſpiritū adoptionis filiorū, in quo clamamus, abba pater. Sed cū ſint filij peccati, mortui ſunt iuſtitiæ: Qui verò ſpūs ſancti donū acceperunt. Lex eā ſpiritus vitę, liberauit me à lege peccati & mortis. Bene itaq; Moyſes obſeruauit vt diceret: Itaq; ſpirauit dñs in faciem Adæ ſpirationem vitæ, & factus eſt homo in animā viuentē. Qui eā non habent ſpiritū ſctā, viuētes mortui ſunt. Vnde & ad Iſrael derelicto dño, qui ſit fons vitæ viuificans, dicit: Dereliquiſtis fontē ſapientiæ, viam dñi ſi fuiſſes ingreſſus, vtiq; habitares in pace in ęternum tēpus. Audientes ergo dicentem: Ego ſum via, docti etiā à ſcripturis ſanctis fontē ſpirirum eſſe deum, qui dicit: Me dereliquerunt fontē aquę viuę, nequaq; creaturā ſpiritum ſanctum ſapiamus, eiuſdem ſed eſſe cum patre & filio ſubſtantiæ, iretū ex ſcripturis probamus, ſicut ſuperius ab Eſaia Propheta docuimus. Scribit aūt ille magnus Ioannes Euangeliſta in Apoc. hæc dicens: Et oſtēdit mihi fluuium aquę viuę, candidū quaſi glaciem egrediētem à ſede Dei & agni, fluentē per medium platęæ. Dicebat verò de ſuperna Hieruſalē, de qua ſcriptū eſt in Pſalmis: Fluminis impetus lętificat ciuitatē Dei. Quod ſi dixerint, quid ergo quia ſcriptum eſt aquæ? Audiant. In ſede Dei & agni aqua eſt vitæ, & cum aquæ eius capaces aliqui efficiuntē, per flumina dicuntē, & in ſingulis quibuſq; adimpleri dicitur ſpiritus ſanctus, ſicut & filius Dei adimpletur in ſingulis, ſecundū Paulum ſcribentem: Plenitudo eius qui omnia in omnibus adimplet. Et eſt quidē, quādo hi, q implentur iſta aqua viua, flumina appellātur, ſicut & Dauid in Pſalmo dicit: Eleuauerunt flumina vocē ſuam, à voce aquarum multarum. Eſt verò quando verbū doctrinæ, & vnaquæq; operatio ſpiritus flumina vocantur, ſecundum dominum dicētem: Qui credit in me, ſicut dixit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Ergo non dixit aquis impleta eſt aqua eā ſpiritus vita eſt, & flumen Dei impletum eſt aquis. Et dñs: Me, inquit, dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Itaq; eiuſdem ſedis eſt cum Deo, & eiuſdem vitæ, vita ei det ſpiritus ſanctus, ſicut Ioannes vnā cum Eſaia dixit, & non ſeruus nec miniſter, ſicut vos dicitis. Quod ſi permanent dicentes creatū ſpiritum, & proferent illud, quod in Amos propheta ſcriptum eſt: Præparate, inuoca dominū Deum tuum, Deus Iſrael, quia ego firmās tonitruum, & creans ſpiritū, & annuncians in omnibus Chriſtū ſuum. Audiāt non de ſpiritu ſancto hoc dixiſſe filium dei, ſed ſpirituventi tonitruū, ſed pręcedit ſpiritus venti, quē creare dixit poſt tonitruum dñs. Alioquí dicāt an ante ſpiritū ſanctū crearet tonitruū. Si verò hoc impiū eſt dicere,

B

1. Timo. 3

Apoc. 22

Pſalm. 45

Pſalm. 28 Flumina

Amos 4

dicere, expellantur prorsus, qui dicunt creatum esse spiritum sanctum, quoniã C
Iob 40 nec de prima creatione, quæ à filio Dei sit creata, tacuerit scriptura: sicut enim dicit, qui loquitur ad Iob: Sed ecce bestiæ apud te fœnum tanquam boues edent, & vigor eius in lumbis, virtus vero in umbilico ventris eius. Stringit caudam sicut cypressum, nerui eius complexi sunt sicut funes, latera eius sicut latera æris, & dorsum eius &c. Hoc testimonium facturæ domini factum ad illudendum angelis. Itaq; Diabolus prima creatura deluditur ab angelis, sic enim scriptũ est: Initium facturæ domini, factum ad illudendum angelis. Nos autẽ sensum Christi, spiritum esse de scripturis sanctis didicimus, sicut Paulus scripsit: Sed docti à spiritu, spiritalibus spiritalia comparantes: animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia est enim ei, & nõ potest scire, quia spiritaliter dijudicatur, spiritalis vero dijudicat omnia, ipse autem à nemine iudicatur: quis enim nouit sensum domini, qui instruat eum? Nos vero sensum Christi habemus. Iste igitur spiritus sanctus cùm sit sensus domini, in propria vitæ substantia exi-
2 Corin. 2. stens, sicut frequenter didicimus, nouit omnia quæ sunt Dei, sicut spiritus noster, quæ nostra sunt. Denique & Paulus ait: Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum: spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei: quis enim homo nouit quæ [illegible] hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est: sic & quæ sunt Dei nemo nouit, nisi spiritus Dei. nos verò non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, quæ &
Matth. 12. loquimur, non docti humanæ sapientiæ verbum. Istum spiritum, spiritum sanctum etiam digitum Dei esse docuit, secundum Matthæum quidem dicens: Si
Luca 11 autem in spiritu Dei eijcio dæmonia, peruenit in vos vtiq; regnum dei. Secundũ vero Lucam: Si autem ego in digito Dei eijcio dæmonia, peruenit in vos vtiq; regnum Dei: propterea dico vobis: quia omnis blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia nõ remittetur eis. Et quicunq; dixerit in filium D
hominis, remittetur ei: qui autem dixerit in spiritum sanctum, non remittetur
Digitus Dei spiritus sancti est. ei, neq; hic, neq; in futuro seculo. Per hũc spiritum sanctum, cùm sit digitus Dei, scriptæ sunt tabulæ lapideæ, quæ datæ Moysi sunt, scriptæ digito Dei sicut ipse Moyses exposuit. Alioquí si non spiritum sanctum digitum Dei esse dicunt: tabulas enim lapideas gloriosiores esse, quàm corda sanctorum profitebuntur, super quæ epistola Christi est scripta non atramento, sed spiritu Dei viui, nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Hunc spiritum sanctum, & lu-
Psalm. 4. men vultus Dei esse credimus, secundum Dauid in Psalmo dicentem: Signatũ est super nos lumen vultus tui domine. In xxx. & v. Psalmo: In lumine tuo videbimus lumen. Et secundum Solomonem in Prouerbijs scribentem: Lux domini inspiratio est hominum, qui scrutatur interna ventris. Et Esaiam dicentem: Et erit lumen huic Israel in ignem, & sanctificabit eum igne ardenti. Hanc spiration em filij Dei esse diuinæ scripturæ docuerunt, secundum Solomonem quidem dicentem: Lux domini inspiratio est hominum. Secundum Moysen: & spirauit Deus spiramentum vitæ, & factus est homo in animam viuentem, & quẽ admodum postea creatus est Adam, accipiens spiritum vitæ, & factus est in animam viuentem, & habens spiritum sanctum, spiritalis erat, adeò vt prophetaret, quod huius rei gratia derelinquat homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Simili modo & omnes sancti, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, per impositionem manuum sacerdodotum Dei spiritum sanctum consecuti, ad antiquum restituuntur, in quo erant ante præuaricationem Adam, & hoc spiritu legem dante in ecclesijs gentium. Nos neq; carnem circuncidimus, neq; carnaliter legem Moysi custodimus. Nã cùm Paulus, & qui cum eo prædicabant gentibus verbum domini, & qui fide-

les fuerant de circunciſione, dicentes: Quia oportet circuncidere eos, & præcipe-
A re eis cuſtodire legem Moyſi. Iuſſit ſpiritus ſanctus non circuncidi ex gentibus Actor. 15
credentes, neq; carnaliter ritum ſequi, quem Moyſes ludæis tradidit, ſcripſerũt
Apoſtoli his, qui ex gentibus erant hæc: Apoſtoli & presbyteri fratres, his, qui
Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus, qui ſunt ex gentibus, ſalutem: Quoniam
audiuimus, quòd ex nobis quidam turbauerunt vos, quæ non cõſtituimus:
viſum eſt nobis congregatis in idipſum mittere ad vos cum chariſſimis noſtris
Paulo & Barnaba, hominibus qui tradiderunt animas ſuas pro nomine domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti, ludam & Silam, & ipſos per verbum annunciantes eadẽ.
Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis, nihil amplius imponi vobis oneris, præter
ea, quæ neceſſe eſt, vt abſtineatis vos ab idolothytis, & ſanguine ſuffocato, à qui-
bus cuſtodientes vos bene agetis. Valete. Omnes eccleſiæ Chriſti cuſtodiunt
hæc, quia nemini ex his quæ creata ſunt, legem orbi terrarum dare conceſſum
eſt. Itaque videntes ſpiritum ſanctum legem dantem non blaſphement, dicẽ-
tes cum eſſe creatum, quoniam præcipuè dominus contra eos, qui blaſphe- Legẽ ne-
mant in eum, dicit: Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, qui mo dat re
autem blaſphemauerit in ſpiritu ſancto, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, cte viuen
neque in futuro. Non autem talia de eo diceret dominus, ſi creatura eſſet: Dein- di, niſi
de & in libro Regnorum ſcribit: Si peccauerit vir in virum, orabit pro eo ſacer- Deus.
dos: ſi verò in domino peccauerit, quis orabit pro eo? Et his ſimilia. De ſpiritu 1. Regũ 2
ſancto etiam dominus dixit, ſicut ſuperius probauimus: Quicunque dixerit in
verbum Dei, in filium hominis, remittetur ei, quicunque in ſpiritum ſanctum,
neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Hanc igitur pertimeſcentes ſententiam,
& audientes quanta de ſpiritu ſancto ſcripturæ dixerint, qualia de patre, & filio,
talia etiam de ſpiritu ſancto ſapiamus. Quoniam ſicut credimus in Deum pa-
trem, & in filium eius vnigenitum, ita credamus & in ſpiritum ſanctum, ſic ba-
B ptizati, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Quod ſicut credimus, & ba-
ptizati ſumus, ita ſentientes de trinitate & imitantes adorationem Seraphin,
hæredes regni cœlorum effici poterimus.

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIni, de beatitudine filij Dei, & de præſcriptione ſectæ peſſimæ, ad Theophilum, Liber I.

## HAERETICVS.

Oſco à te, de vnito deitatis nomine multifariè dicto, vt iden-
tidem repetas, & ſic de nominibus perſonarum in proſequẽ-
do diſtinguas. ATH. Diſce prius in ambiguo eſſe poſi-
tam hanc tuam ſecundam interrogationem. Nónne vnitas
⌈ vllo modo patitur vnionis perſonam in confeſſionem in- al. nullo
troduci? dum vnitatis naturæ nomen in tribus his perſonis
ſit: & hę tres perſonę in nomina tantũ diſtinctæ ſint: Vnde
non poteſt vnitas oſtendi ⌈ in perſonis. Nec, vt dixi, hæ per- al. ſine
ſonæ ſine deitatis vnitate: Nunquid potes Deum tantum ⌈ ſicut gentes confuſè al. quia
nominare, qui & in hoc ignorant, cui propriam perſonam debeant adſignare,
quis genitor ſit. Nunquid oportet hunc Deum tantum indicare? niſi & in hoc
agnoſcas vnitam perſonam eius diſtinguere in filium ⌈ qui natus ſit. Nunquid

al. confuse Deum

sic ſ passim Deum tantum cõuenit profiteri: nisi prius credatur quis de vnita natura sit, & in hoc persona eius distinguatur, qua nec pater, nec filius est, hic spiritus sanctus. Quapropter duplex est huius mysterij intellectus, Deus pater, Deus & filius, Deus & sanctus spiritus. Vides vnitatis indicium in tribus esse personis, & tres has personas nominibus tantum esse discretas: vnde nec vnitas potest ostendi sine personis, nec hæ personæ sine vnito nomine deitatis. Ecce iam habes positos ante oculos tuos thesauros lucis, & thesauros tenebrarum, vbiubi placet, porrige manum tuam. Vnde necesse est nos iam terminũ immobilem, secundũ Euangelicæ regulæ æquitatem, contra hostes figere, & perlibrantẽ sapientiam limitem iustitiæ vbiq; aduersus omnes hæreses peragrantes custodire, vt cœlitus hæc statuta veritatis mox viam lucis à tenebris diuidat. Hæc est, inquam, via lucis, cuius in confessione aperitur hostium salutis: Itaq; qui in hãc professionem ingrediuntur, beatitudinem eius adipiscuntur. Beatitudo ei, qui confitetur vnum Deum patrem & filium, & sanctum spiritum. Beatitudo ei, qui cõfitetur solum Deum patrem, & filium, & spiritum sanctũ. Beatitudo ei, qui confitetur vnum omnipotentem Deum patrem, & filium, & sanctum spiritũ. Beatitudo ei, qui confitetur vnum verum Deum patrem, & filium, & sanctum spiritũ. Beatitudo ei, qui confitetur vnũ Deum summũ patrem, & filiũ, & sanctum spiritũ. Beatitudo ei, qui confitet vnũ Deum bonum patrẽ, & filiũ, & spiritũ sanctum sempiternũ esse. Beatitudo ei, qui confitet indiuisam esse substantiã patris, & filij, & sancti spiritus. Beatitudo ei, q nihil addiderit, vel diminuerit in cõfessione vnitę naturę deitatis patris, & filij, & sancti spiritus. Beatitudo ei, q confitetur omnia bona facta fuisse à patre, & filio, & sancto spiritu. Beatitudo ei, q confiteiur vnam æqualitatẽ in sempiterna plenitudine deitatis esse patris, & filij, & sancti spiritus. Beatitudo ei, qui secundũ singula nomina trinitatis, id est, patris, & filij, & sancti spiritus proprias his tantũ personas distinctas esse confitetur. ſ Idq; vtiq; idem ipse refrico, quia vehementer timeo, ne aliquod offendiculum minus intelligentibus posuerim, adeò per apertiores sermones hæc ipsa dicta paucis exponere desidero verbis. ſ Ergo vnum Deum vbi memini, ad vnitãdeitatẽ patris, & filij, & sancti spiritus declaraui. Item omnipotentẽ Deum ad omnipotentẽ substantiã trinitatis prepalaui. Itẽ solum Deum, ad solius naturæ supra scripię trinitatis indicaui. Identidẽ vnum verum Deũ, ad vnam verã naturã diuinitatis patris, & filij, & sancti spũs hæc dicta retuli. Aut in quo summũ deũ, ad summitatem deitatis patris, & filij, & sancti spiritus adsignaui. Siue vnũ bonum Deũ, ad vnã bonitatẽ naturæ trinitatis demõstraui, & vnũ Deum ad vnitãdominationẽ deitatis reuelaui. Seu in quo ſ indiuisam trinitatẽ memoratę sum, ad ſ vnam substantiã plenitudinis eorum hæc præfatus sum. Et hęc omnia quæ superius singula indicaui, ad indiuisam deitatis sempiternitatẽ patris, & filij, & sancti spiritus manifestaui. Ac per hoc de vnito nomine deitatis, multifariè q̃uis sit dictũ per singulas personas, q retuleris in patre, hoc ipsum & confitearis necesse est vniter esse vt in filio, sic & in sancto spiritu, Deũ de Deo, lumen de lumine, totum de toto, & totũ in toto, perfectũ de perfecto, plenitudinẽ de plenitudine, integrũ de integro, sempiternũ de sempiterno, sapientiã de sapientia, virtutẽ de virtute, vnũ de vno & vnũ in vno, verũ de vero, filiũ de patre, natũ non factũ, vnius substãtiæ cũ patre, sed & spiritum sanctũ, qui de vnita trinitate consistit, Deum verũ, lumen verum, totũ perfectum, totũ plenum, integrum, sempiternũ, in ipsa sapientia, virtute, pręscientia patris, & filij consistentem. Idcirco qui legis, conteſtor ego hodie tibi cœlum & terrã, per hanc scripturæ meæ fidei catholicę confessionẽ: Quod si non ex toto corde eam fueris prosecutus, aut in fastidium animi contẽnendam ac detractandam habere putaueris, eris tu ipse reus in die

Limites catholicæ fidei.

al. Itaq;

al. Ego

al. æqualẽ al. vnitatẽ substantię

dic iudicij,cū huius scripturæ chirographū ante tribunal Christi in testimoniū tibi fuerit recitatū,aut si in maledictionis via Hæreticorū,quod non opto,inuētus fueris examini sociatus.Quæ ergo vt à te caueantur,ideo inferius tibi recitabunt. Hæc est,inquā,fugienda atq; præcauēda via tenebrarū, in qua tot genera serpentium lubricos habēt anfractus,aduersus quos oportuit nos scutum fidei per nomina vera personarū confitentes erigere,vt secundū ipsam autoritatē eos diuinitus iaculemur,vnde tot & talia sunt ferramenta spiritalia, quot & vulnera resecanda:ac per hoc non fuit dissimulanda causa mortifera,quoniam nō poterant ea prius per fomenta blādiente medicina curari,ne intrinsecus in peius serperet cancer. Nam si velint seueritatis prius ferramenta recipere,facilè poterant ad medelam salutis ſ peruenire.Sed quoniam adhæsit in illis radix zizanię,germinans in felle amaritudinis, propterea ſ diffidunt introire in viam confessionis , quia hæc via lucis scandalum est illis. Vnde oportet nos ostendere eis quos edant viæ suæ fructus maledictionis omnium male credentium, sicut scriptum est: Maledictus omnis,qui non obaudierit verba libri huius, vt faciat ea in corde suo.Maledictus,qui patris,& filij,& sancti spiritus vnitam sempiternam substantiam esse non confitetur. Maledictus,qui secundum tres personas,tres diuersas substantias in his esse confitetur. Maledictus,qui tria principia in hac eorum vnitate sempiternę deitatis esse confitetur.Maledictus,qui solum verum Deum patrem, & ſ vnigenitum verum filium, & vnicum verum Deum spiritum sanctum non confitetur.Maledictus, qui vnicum nomen ſ secundum deitatem trinitatis esse non cōfitetur.Maledictus,qui inconuertibilem diuinitatem filij Dei, id est,verbum Dei, sic in carnem translatum vel mutatum profitetur,vt hoc modo desiuerit aut amiserit, quod iam pridem ante adsumptionem hominis fuerit,præsertim cum talis in homine præsenti tempore fuerit, & sit,qualem se semper ante adsumptionem hominis vnà cum patre fuisse cōscius erit:fiat, fiat. Maledictus,qui indiuisam deitatem patris, & filij,& sancti spiritus non confitetur. Maledictus,q propter tria nomina personarū,tres deos,aut tres ſ substantias,aut tres ſ omnipotentes confitetur. Maledictus,qui secundū singulas personas tria nomina tantum distin . a patris,& filij, & sancti spiritus non confitetur: Maledictus,qui propter tria nomina personarum,& vnitā plenitudinem diuinitatis incōparabilem ternionē,vel certè trigerium patri,& filio,& sancto spiritui cōparat,aut tria capita in se cohærentia,vt Philosophi dicere cōsueuerunt:aut vnā personam esse profiteatur:fiat, fiat. Maledictus,qui vnā personā ſ patris,& filij, & sancti spiritus cōfitetur.Maledictus,qui quem filium dicit, hunc eundē & patrem ſ confusè designat.Maledictus,qui patrē natum,aut incarnatū,aut passum esse confitetur.Maledictus, qui inenarrabiliter filium verè ſ genitum de substātia patris esse non confitetur.Maledictus,qui hanc natiuitatem incomparabilē factam,aut creatam,vel conditam esse confitetur. Maledictus,qui aduersus hāc inæstimabilem generationem deitatis aliquā de factura eius crediderit propriè in confessionem adferre vobis cōparationem:fiat, fiat.Maledictus,qui verum filium Dei ex voluntate tantū dicit esse,& non potius de natiuitate. Maledictus, qui dicit,erat tempus quando non erat filius. Maledictus,qui hanc Dei natiuitatem ex nullis ſ substantijs phantasma esse confitetur,quod Græci ἐξ οὐκ ὄντων appellant. Maledictus,qui diuinitatem filij Dei dicit initium habere de tempore, ortum ex nihilo,nomē quasi adoptionis accessisse nuper ex altero. Maledictus, qui vnum de vno,filium de patre verè natum non confitetur. Maledictus, qui impassibiliter filium natum de patre non confitetur. Maledictus, qui dicit, fuit aliquando pater sine filio. Maledictus, qui non confitetur, ante omne omnino principium,vel initium semper fuisse filiū cum patre. Maledictus, qui hæc tria

B

al. accedere
al. contendunt
al. vnicū
al. in
al. domi-nos
al. spiritu.
al. eorum esse
al. esse
al. natum
al. extan-tibus

nomina id est, patris, & filij, & spiritus sancti in vnam tantum modo personam C
patris esse confitetur, & non tres secundum ipsa nomina vera personarum: fiat,
al. deitatē fiat. Maledictus, qui immortalem ſ diuinitatem filij Dei esse non confitetur.
Maledictus, qui de sempiterno filio Dei dicit: non erat anteqū de Maria nasceretur. Maledictus, qui vnitam deitatem patris, & filij, & sancti spiritus, ex charitate concordiæ tantum esse profitetur, & non magis per hanc ipsam vnitam diuinitatem. Maledictus, qui vnitam deitatem in tres has personas esse non confitetur. Maledictus, qui vnitatem vel plenitudinem diuinę trinitatis indiuisam esse non confitetur. Fiat, fiat. Maledictus, qui vnitam sempiternam diuinitatem incomparabilem patris, & filij, & sancti spiritus non confitetur. Fiat, fiat. Maledictus, qui aduersus vigorem & censuram diuinæ scripturæ hunc verum Deum spiritum paracletum, patrem, aut filium, vel certè sacturam vsurpat debere confiteri. Maledictus, qui filium Dei, Deum verum, & hominem verum de Maria
al. natum virgine nuper ſ adsumpsisse pro nostra salute non confitetur. Maledictus, qui filium Dei hominem tantum modo ſ solitarium, vel purum tantum modo confi-
al. pro nostra salute confitetur tetur. Maledictus, qui Deum Dei filium sempiternum de adsumptione hominis nuper hoc principium habere adsignat. Maledictus, qui deitatē eius passam esse confitetur. Maledictus, qui hominem verum, quem adsumpsit, passum esse non confitetur. Fiat, fiat. Maledictus, qui hūc totum hominem, id est, animam, & corpus quod adsumpsit, denuo adsumptū post tertiā diem à mortuis resurrexisse non confitetur. Fiat, fiat. Maledictus, qui incomparabilem deitatem trinitatis propriè ad hominis lineamēta esse confitetur, dum scriptum inuenīamus, quia non sit illi similis quiq̄ Deus in cœlo sursum, neq; in terra deorsum. Væ vobis, qui primam fidem baptismi cœlitus institutam irritam facitis, & instru-
al. infringatis menta libertatis semel concessa per iterationem ſ infirmatis. Væ vobis, q lapsis pœnitentibus veniam tribuendam esse non creditis. Vę vobis, qui patris, & filij D
& sancti spiritus vnam personam defenditis, & non tres, secundum ipsa nomina veritatis. Væ vobis, qui de hac vnita incomparabili plenitudine diuinæ trinitatis exteriorem aliquam in his esse profitemini. Fiat, fiat. Vę vobis, qui de hac vnita plenitudine patris, & filij, & sancti spiritus deriuationem & defluxionem aliquam in his esse defenditis. Fiat, fiat. Væ vobis qui in vnita diuinitate trinitatis vnam præscientiam esse negatis. Fiat, fiat. Væ vobis, qui Dei filium in ipsa præscientia qua patrem esse negatis, vt diem & horam iudicij, quando futurum sit, eum ignorare dicatis, dum ipse de se testimonium prius perhibuerit apud patrem in centesimo decimo octauo psalmo, dicens: Me expectauerunt peccatores vt perderent me testimonia autem tua non intellexerunt. Omnium consummationem vidi & finem. Vides autem non tantum suum diem aut horam iudicij scire, sed & omnium seculorum consummationem postea futurorum. Væ vobis, qui filium Dei de Maria virgine nihil adsumpsisse creditis. Væ vobis, qui filium Dei mediatorem Dei & hominum non confitemini: Fiat,
al. dimittitis fiat. Væ vobis, qui falsos Prophetas, aut falsos Apostolos in autoritatem accipitis. Væ vobis, qui grauia peccata ſ admittitis, & aduersus autoritatem Apostolorum nuptias secundas damnatis. Væ vobis, qui peccatum aut mortem ſ dominum fecisse adscribitis. Væ vobis, qui hunc mundum à semetipso semper coæternum Deo fuisse adscribitis, vt à Deo factum esse negetis. Væ vobis, qui mū
Nuptiæ secundæ. al. Deum hominem dum ex aliqua subiacenti materia factum esse defenditis. Væ vobis, qui nō per hunc factorem Deum patrem & filium, & sanctum spiritum cuncta quæ in cœlis sunt & in terra, id est, visibilia & inuisibilia facta esse creditis. IDENTIDEM hic contra diuersa mortifera venena draconū & aspidum est nostra congressio. Si quis confitetur angelum apostaticum in natura qua factus est, non à

deo

A Deo factum fuisse, sed à se esse, vt det illi sempiternũ cum Deo principium, anathema illi. Si quis cõfitetur angelum apostaticum in mala natura à Deo factum fuisse, & non dixerit eum ſ à semetipso voluntate sua malam concepisse, anathema illi. Si quis confitetur angelum Satanæ mundum fecisse, quod absit, & non iudicauerit omne peccatum per ipsum adinuentum fuisse, anathema illi. Si quis confitetur, quod Deus animam hominis tantum fecerit, & Satanas ei corpus plasmauerit, quod absit, anathema illi. Si quis confitetur animas hominum in reuolutionem rursus in mundo, aut in hominibus, aut inſ pecudibus, aut in serpentibus reuerti, anathema illi. Si quis confitetur hominem in anima tantum in diem iudicij resurgere, & non cum corpore, quemadmodum Deus illum fecit, anathema illi. Si quis confitetur filium Dei quasi phantasma, sic in homine visum fuisse, anathema illi. Si quis confitetur verũ hominẽ, quem adsumpsit, non verè manducasse, aut bibisse, aut lachrymatũ fuisse, & sanguinem sudasse, & passum fuisse, & resurrexisse, & in cœlis ad dexteram patris cõsedisse, anathema illi. Si quis cõfitetur filiũ Dei, sicut aquam per fistulam, sic per corpus Mariæ transitum fecisse, vt nihil de ea ſ adsumpsisse affirmet, anathema illi. Si quis confitetur animas hominũ de propria substantia Dei esse, quod absit, vt nec factas eas à Deo affirmet, & q substantiã suam facere quis possit, anathema illi. Si quis cõfitetur animas hominum semper cum Deo fuisse, vt æternas eas adsignet, & nec factas, nec fieri eas posse dicat, dum scriptũ sit Qui fecit quod est aforis, fecit & id quod est intus, anathema illi. Si quis nouũ & vetus testamentũ blasphemat, anathema illi. Si quis sanctos Patriarchas, aut Prophetas, aut Apostolos, aut Martyres blasphemat, anathema illi. Si quis solem aut lunam, vel ſ aliquã huius mundi facturam adorat, anathema illi. Si quis præter vnum Deum verum, id est, patrẽ & filium, & sanctum spiritum, alterum Deum, dum non sit omnino alter Deus,
B adorandum crediderit, anathema illi. Si quis de inuisa im mutabilíq; plenitudine sempiternæ diuinitatis dicit mutabilis & cõuertibilis est natura filij, vt hoc modo desierit esse, quod iam pridem fuerat, anathema illi. Dum dicitur mihi, q multifariè à patribus in conspicabili materia visus fuerit, ignoras in præfiguratione operis adsumpti hominis, siue futuri iudicij hæc cuncta in eo præostensa fuisse, & non sanè inuisibilis pura deitas, sicut cautum est: hæc omnia in figura facta sunt nostri: sin verò, respondemihi, quia in angelo visus est, nunquid diuinitas eius propriè angelica est: Aut quia in certamine colluctantis sicut homo palpatus, vel visus est, nunquid natura Dei quasi natura hominis palpabilis aut visibilis est: Aut quia in rubo vt ignis visus est, nunquid substantia eius talis est: Aut quia frequenter in varijs speciebus visus est, nunquid sic & diuersas, permixtas, siue concretas naturas in semetipso continet: dum vnita deitas indiscreta sit, inuisibilisq; eius maiestas. Itaq; ſ intellige cùm in angelo visus est, nuncius patris præostensus est. Siue in homine, quia de Maria virgine nuper natus est, vel in igne vtiq; quia iudicium ex eo futurum est, dum scriptum sit quia magni cõsilij angelus sit. Et in homine mediator Emanuel natus sit, & in igne, quasi conflator auri & argenti, vt cordium iustorum probator sit. Quanquam & in his speciebus adsumptis quomodo voluit visus sit, tamen in deitate idem ipse inuisibilis est, qualis semper apud patrem fuit & est. Proculdubio hæc cũcta tunc Deus in figuram hominis operabatur, quia opus futuri in eo iam præostẽdebatur, quod ipse absoluit dicens: Si mihi non creditis, vel operibus credite, quia ego in patre, & pater in me est. Nónne mirabilia Deus præsens operabatur, & opera sua per hominem facta agnoscebantur, & non tamen deitas in eo videbatur? sicut dixit: Qui me vidit, vidit & patrem meum. Vides quia Deum vt est purè nemo vidit vnquam, Hæretice. Itaq; si quę hæreses sunt quæ nos latent, sed & quæ futurę

al. per

al. pecoribus

al. habeat

al. huiusmodi facturam

Deum visum alia atque alia forma qd portendere.

al. intelligendum al. facturus est

turæ ſunt, quæ aduerſus fidem regulæ euangelicæ eccleſiæ catholicæ ſunt futuræ, anathema habeantur. Si quis contra traditionem canonis hæreticorum apocrypha, quæ eccleſia catholica omnino non recipit, ſuper hæc præponere vel defendere voluerit, anathema ſit. Fiat, fiat. C

Apocrypha.

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, de aſſumptione hominis, contra Marcellionem Hæreticum, ad Theophilum, Liber I.

## HAERETICVS.

QVemadmodum in deitate vnam æqualitatem confiteris filij eſſe cum patre, cùm ipſe de ſe teſtimoniũ perhibeat: Qui me miſit, maior me eſt? ATH. Prò dolor, ſi ſic intelligis Deum fuiſſe, ipſe ſe iam apud te impugnare cognoſcitur, cùm alio in loco dicat: Ego & pater vnum ſumus. Qui ergo ſi minor erat, patri ſe in ipſa ſempiterna natura non debuerat comparare. Aut quomodo, ſi diſpar erat, & talis in ipſa deitate non erat [ patri coæqualis, dicit: Qui me videt, videt & patrem meum? Qui vtiq; euidenter, ſi non eſſet in his vna inuiſibilis imago naturæ veritatis, nunq̃ prorſus præſumens indicaſſet: Qui me videt, videt & patrem meum. Sed & Apoſtolum audi clamantem de Chriſto: Qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & inuentus vt homo, [ obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis. Qui autem forma Dei eſt, minor eſſe non poteſt. Rogo, quemadmodum pater maior præponitur filio, & filius minor ſubditur patri, cùm forma Dei perfecta ſit, & in parte æqualis, & in parte diuinitas eius inæqualis dici non poſſit: Qui aut æqualis apud nos, aut totus inæqualis apud vos vt ſit, neceſſe eſt. Igitur elige tibi vnum de duobus, aut vna eſt eorum diuinitatis gloriæ æqualitas, aut vna inæqualitas: dum forma ſua nemo ſit maior vel minor. Aliud eſt, ſi contra autoritatem beatiſſimi Apoſtoli, doctoris gentium, Chriſtum formã Dei patris eſſe neges. Si ergo forma eius eſt, forma ſua maior eſſe non poteſt, ne nõ Chriſto, ſed ſemetipſo pater maior ſit, quia forma ſua à vobis maior eſſe [ dicitur. Quod fieri nullo modo poteſt, dum nemo ſemetipſo maior ſit. Sed ne fortè etiã hoc præſumas Ariane, dicẽdo: Pater in natura deitatis parẽ non habet, & nemo ei dignè cõparandus eſt. Et vtquid coruſcũ Pauli Apoſtoli eloquiũ renuis, dicentis: Chriſtus, qui dũ in forma Dei eſſet, nõ rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo? Vel hoc intellige, quia nemo ſibimetipſius formæ æqualis cõparetur, cum forma æqualis in vna perſona dici nõ poſſit, dũ æqualitas in vtriſq; cõſiſtat, & hæc vnita æqualitas non tantũ in voluntate cõcordię ſit, ſed & in deitate, dum hæc forma æqualis omnino in patre non diuidatur: Quia vbi vna æqualitas eſt, ibi diuerſitas nulla eſt: vel vbi æqualitas eſt, alter alteri nõ anteponitur, ſed nec poſtponitur vel ſubiicitur, dum vnita æqualitas indiſcreta ſit, quæ eſt plenitudo diuinitatis. Nunquid quia æqualem patrẽ & filium in deitate ſecundum autoritatem euangelicam atque apoſtolicam dicimus, aliquam comparantes menſuram in his eſſe, Hæretici, poſuimus; dum incomparabilis ſit hæc vnita æqualitas diuinitatis. Hæc Deus melius

al. patri ſe coæquabat, dicẽs

al. humilauit ſe

al. oſtendit

A hus ſenſerim, q̃ ad liquidum dixerim, dum te Deus credendum, non definendum mihi præbueris: & credere iuſſum eſt, non diſcutere permiſſum eſt. Ideo Chriſtus Dei forma vel imago vera dei patris inuiſibilis eſt, ſ quia vna eſt in his formę & glorię ęqualitas. Nónne ſcriptum eſt: Omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitat in ipſo? Si aliquid minus eſt, vbi omnis plenitudo eſt? Aut ſi aliquid deeſt, vbi totum eſt plenum? Nunquid in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitat, id eſt, vt ſic dicatur, dealiter, quid poteſt inueniri in ipſo minus? Nunquid, Hęretice, plurali numero plenitudines, aut diuinitates, aut formas, aut imagines, aut æqualitates in his perſonis à ſacroſancta ſcriptura dici inuenies, cùm vnita ſit deitas eorundem? Nunquid quot ſignificationes dicuntur ad gloriã deitatis, totidemq; ſunt & ſpecies diuerſitatis? Abſit: Dum hęc vniuerſa ad vnitam ſubſtantiam dicta declarẽtur. Illud accedit ad cauſam? Numquid vbi vna plenitudo diuinitatis eſt, pars diuerſa vel exciſa in parte inæqualis in eo eſt? Dum plenitudo nullam diminutionis partem admittat ſibi propriè comparari, cùm forma Dei omnem plenitudinem in ſe contineat diuinitatis, & ipſa ſacroſancta indiſcretio æqualitatis nullam patiatur differentiam maieſtatis, ſicut ipſe teſtatur: Ego in patre, & pater in me. Sed & Eſaias hæc comprobans, dicit: Quoniam in te eſt Deus, & non eſt Deus præter te: Tu enim es Deus, & neſciebas, Deus Iſrael ſalutaris à Deo. Vel hoc Apoſtolũ audi teſtantẽ: Quoniã Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. Vides quoniam omnis plenitudo diuinitatis patris in filio eſt, & totus filius in patre eſt. Ideo vnita eſt inſ his perſonis ſempiterna ęqualitas, quia eſt immenſa deitas, ſicut Euangeliſta dixit: propter hoc magis quærebant eum ludæi interficere: quoniam non ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed & quod patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe facẽs deo. Vel tale dictum accipe: Tu cùm ſis homo, æqualem te facis Deo. Sed & hoc vt

B omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem: quoniam qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui miſit eum. Scito vnum & æqualem in his eſſe honorem deitatis. Denique ipſum audi ad patrem clamãtem: Omnia mea tua ſunt, & tua mea ſunt. Sed & alio in loco idem ipſe repetit: Omnia quæ patris ſunt, mea ſunt. Si ad diuinitatem refers, vnum ſunt: ſi ad operationem factũræ eorum indicas, communis eſt. Vel hoc intellige Euangeliſtam Ioannem dicentem: Omnes de plenitudine eius accepimus, gratiam pro gratia. Quod ipſe dominus abſolum: Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius quos vult viuificat. Siue hoc: Pater meus vſq; modò operatur, & ego operor. Et alio in loco ipſe dicit: Quæcunq; enim pater facit, eadem & filius facit ſimiliter. Diſce hanc vnitam eſſe operationem in natura diuinitatis, quæ credentibus vitam æternam tribuit. Et nemo venit ad me, niſi pater adducat eum. Et nemo vadit ad patrem, niſi per me. Diſce quia per filium itur ad patrem, & de patre vniter venitur ad filiũ. Nunquid, vt iam prædixi, plurali numero plenitudines in hoc loco deſignauit Hæretice dum vnita ſit plenitudo diuinitatis eorundem, quæ vitam æternam operatur credentibus. Vtiq; omnes credentes de hac ipſa vnita plenitudine patris & filij, imò & ſancti ſpiritus accepimus: & ſemper eſt plenum: quia nihil de indiſcreta trinitate deitatis eorum aliquo eſt minus. Ac per hoc vna eſt eorum æqualitas, quæ eſt inenarrabilis claritas. Sanè ne in his diutius immoremur, & ſ excuſatione exquiſita tam diu prolixam orationem fecerimus, vt de quæſtione Arij proponentes, nos tanquam cauillantes fugiſſe videamur. Denique Eſaiam audiant, aduerſus dogmata iniquitatis ipſorum hac ſententia interrogantem: Stultus enim ſtulta loquitur, & cor eius vana intelligit, & cõſummat iniqua, & loquitur ad dominum errorem, ad diſperdendas animas eſuriẽtes, & animas ſitientes inanes faciet. Conſilium enim malorum iniquè cogitauit diſperdere



al. quatenus

Colloſſ. 2.

Ioann. 14.

2. Cor. 5.

al. eorum

Ioannis 5

Ioannis 10

Ioannis 5.

Ioann. 1

Ioann. 6

Ioann. 14.

al. occaſione

humiles in sermonibus iniquis,& dissipare verba humilium in iudicio. Nã ꝓpria C
al. cognitionis Declaratur locus: Qui me misit. maior me est
pientiã cogitauerunt, & hoc consilium manebit. Vnde oportet nos vniuersa secundum regulã euangelicam limantes, vel distinguentes, ad causam ſ cogitationis contradicentis accedere in superiore dicentis: Qui me misit, maior me est. Animaduerte causa adsumpti hominis dictum fuisse, vt cautum inuenimus formam Dei formã serui accepisse, sicut scriptũ est: Misit de summo, & accepit me, adsumpsit me de multitudine aquarũ. Et alio in loco: Beatus quẽ elegisti, & adsumpsisti. ſ Necnon: Dñs autem adsumpsit me. Nunquid nam homo deum adsumpsit, & non Deus hominem? Deus vtique hominem, non homo Deum adsumpsit: Nam etsi adsumpsit de Maria virgine, non ꝙ semper ante adsumptionem hominis vnã cum patre fuit, amisit: sed neq; deitas eius in homine augmentum aut detrimentũ vllum sustinuit. Cùm talis in homine fuerit præsenti rẽpore, ſ qualis & in sinu patris semper ante adsumptionẽ hominis vnà cum patre fuisse cognoscitur. Sed è diuerso dicis mihi: Quemadmodum hominem Deus adsumpsit? Ignoras Esaiam prophetasse: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabis nomẽ eius Emanuel, quod interpretatur, nobiscum Deus. Sed & Apostolus hęc confirmat, dicens: Formã Dei, formam serui suscepisse. HAE. Quapropter nobiscum Deus? ATH. Quid aliud intelligitur, quàm ꝙ Deus verus, & homo verus, hominem verum de Maria virgine, pro salute adsumpserit nostra? Quę tamen Maria ex tribu Iuda semen traxit Dauid, qui iam nec homo solitarius sine Deo, sed nec Deus solitarius sine homine, quem suscepit dici potest. HAE R. Vnde filius dei & filius hominis vocitatus est? ATH. Sicut claritate euangelicæ censuræ cautum est: Fili Dauid miserere mei. Quod vas electionis breuiter absoluit: Qui factus est ei ex semine Dauid secũdum carnem, & qui prædestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Ecce secundum hominem. Ecce secundum deum. Vnam tamen personam duplici significatione esse ostendit, sicut idem ipse alio in loco repetit: Vnus enim deus. Et non in alia persona hæc dicendo distinxit: Vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Sicut scriptum est: Et homo est, & quis agnoscit eum? Vides quia mediator. Nec iam deus tantum purè sine homine quem adsumpsit dici potest, nec homo sine deo. Considera quia duplex est in vna persona mediatoris significatio, deus & homo. Dum de deo deus sit, & secundum carnẽ idem ipse filius hominis sit. Ideo deus verus, & homo verus est hic mediator, sicut & forma dei, & forma hominis. Vnde receptissimus Prophetarum Baruch ad hæc dicit: Hic est deus noster, nec æstimabitur alius absq; illo, qui adinuenit omnem viam scientiæ, & dedit eã Iacob puero suo, & Israel dilecto suo: post hæc in terris visus, & cum hominibus conuersatus est. Vides ergo, Hæretice, deum per operationem suam, id est, hominem, fuisse agnitum. Si verò hanc tantam probationem non accipis, Interrogabo te de mediatore meo, imò omnium nostrum, Respondemihi, cuius causa scriptum vel distinctum inuenitur: Vtrum dei, an hominis, qui esuriuit, ſ aut sitiuit, aut lachrymatus est, & in agonia positus sanguinem sudauit, & ad postremum passionem mortis verè sustinuit? Si deum propriè sumis dicendo hæc vniuersa perpessum fuisse, occurrit tibi Esaias contradicens: Deus æternus qui fecit ſ extrema terræ, non esuriet, neq; laborabit, nec est ſ inuestigatio prudentiæ eius, dans esurientibus cibum, & laborantibus virtutem, &c. Et adhuc sanctus Hieremias indicat: Nunquid eris vt homo dormiẽs, & sicut vir qui non potest saluos facere? Vides quia Deus non esuriet vnq; qui vniuersa ex nihilo constituit. Sed nec deitas eius ſ aliquando passionem sustinuit, cùm ab ipsius nutu vniuersa regantur & viuificentur. Quapropter omnis potestas signorum vel prodigiorum Deo

Lucæ 18
Roman. 1
D
1. Timo. 2
Mediator
Baruch 3
al. &
a. postrema
al. adinuẽtio
al. aliquã

facienti

A crum Deo facienti est adscribēda, & omnis tristitia passionis homini est imputā
da. Sicut legimus Propheta dicēte: Homo in plaga positus, sciēs ferre infirmita- Hiere. 11
tes, quoniam auersata est facies eius & dehonestata est, nec aliquid æstimata est,
hic peccata nostra portat, & pro nobis dolet: Et sic prosecutus est: & dñs tradidit
eum pro peccatis nostris, & ipse quia malè tractatus est, non aperuit os suum, vt
ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine voce, sic nō
aperuit os suum in humilitate. Nam quid amplius quàm ipse homo de se testa-
tur: Quid me quæritis occidere hominē, qui veritatem locutus sum vobis? Nūquid ad deitatem pertinet hoc dictum: Tristis est anima mea vsq; ad mortem? Nunquid causa Dei scriptū est: Quia oportet filium hominis multa pati à senio-
ribus, & principibus sacerdotū, & scribis, & occidi, & ſ tertia die resurgere? Nūquid causa Dei hęc oratio offertur: Pater, si fieri potest, transfer calicem istum à me, si hæc vniuersa diuinitati sunt imputanda? Absit. Cùm hic homo verè pro nobis passus sit, qui naturam de virgine exſ traduce nostra infirma in se habuit. Ideo nostras infirmitates in nostro mortali, vel passibili homine verè sustinuit, qui post passionem à Deo rursus verè adsumptus est. Quod ipse dñs absoluit Ioann. 10
Ego pono animam meam, vt iterum accipiam eam. Nemo tollit eam à me, sed
ego pono eam à me. Itaq; intellige, quia prior hic homo in natiuitate de Maria
virgine adsumptus est, & in passione permittente potestate eius traditus est, &
post passionem denuo adsumptus ab ipso vel acceptus est, sicut scriptum est. Nā 2. Corin. 4
etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute Dei. Vides quia se-
cundum infirmitatem nostram homo verè crucifixus est, & secūdum virtutem
Dei viuit. Denicq; considera Deum pro dispensatione hominis sui, quem adsum Ioannis 2.
psit, locutum fuisse: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud.
Nónne de templo corporis sui locutus est hæc, quod post triduum ipse suscita-
B uit à mortuis? Nunquid homo qui orabat, vt calix ab illo transiret, contra se dice
bat: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo rursus ad- Ioann. 10
sumēdi eam? Vides quia vbi omnis potestas est, nulla in deitate autoritas mor-
tis est. Vbi autem infirmitas corporis est, ibi tristitia cordis est. Nunquid homo
solitarius, Photine Hæretice, sine Deo aquas in vinum transtulit? aut confiden-
tia sua mare pedibus ambulauit? Nunquid homo, qui mortē timuisse videtur, si
ne Deo mortuos suscitasse inuenitur? Nunquid per potentiam hominis solitarij
terra contremuit? aut rupes & saxa sese illidentia ſ dissoluerunt? Nunquid ho- al. dissiluerunt
mo sine Deo dæmones increpabat? aut virtutes faciebat? Nunquid homo sine
Deo ventis imperabat, & placidas æquoris vndas compescebat? Nūquid homo
solitarius à mortuis resurgere potuit? aut in medio discipulorum ianuis clausis
ſ stetit inter illos, & docuit eos de regno Dei? Nunquid homo solitarius aut su- al. sese intulit
per omnes cœlos ascendere à semetipso sine Deo valuit? Hæc cuncta facta cùm
Deus causa adsumpti hominis sui sit operatus, ideo omnis potestas signorū &
prodigiorum Deo est adscribenda, & omnis infirmitas passionis homini est im-
putanda. Sanè hic secundum naturam Dei, & non hominis dicta accipe, dicen-
tis: Qui me videt, videt & patrem meum. Sed & alio loco idem ipse repetit: Ne-
mo vidit patrem, nisi filius: Nemo scit filium, nisi pater. Siue hoc: Nemo vidit De Exod. 33
um & vixit. Sed & Apostolus ad hæc testatur: Qui est imago Dei inuisibilis. Coloss. 1
Quod ipse pater inuisibilis absoluit: Faciamus hominem ad imaginē & simili- Genesis 1.
tudinem nostram. Vides vnam esse inuisibilitatis diuinæ naturę imaginē patris
& filij, imò & sancti spiritus, purè quam nemo vidit vnquam hominum, nec vi- Ioannis 1.
dere potest, sicut scriptum est: Deum nemo vidit vnq̄. Nam si homo verè adsum
ptus, visus, palpatus, flagellatus, pallio circundatus, spinis coronatus, felle & a-
ceto potatus, in ligno crucis clauis constipatus, lancea ſ latere perforatus, san- al. lateri
guine

al. vel guine & aqua madidatus, & vsque adeo sepulturæ traditus ſ vel humatus sit. C
Marcion. Nónne hæc cuncta verè secundum naturam hominis sustinuit, Marcionita: De
bolicolæ nique de ipsa natura hominis scriptum accipe & tu Paganis consimilis solicola
Manichæi Manichæe: nunquid de natura Dei dictum est: Videte manus meas & pedes
meos, quoniam ego ipse sum, palpate & videte, quia spiritus carnem & os-
Lucæ 24 sa non habet, sicut me videtis habentem: Vtiq; cauta hominis, & non deitatis
Ioannis 20 post resurrectionem piscem & fauum edit. Nunquid vt deitas à Thoma videre
tur, poscit ab eo: porrige digitum tuum huc, & vide manus meas, & immitte ma
num tuam in latere meo, & noli esse incredulus, sed fidelis? Absit: Dum ipse de
Ioann. 14 deitate sua prius dixerit: Nemo vidit filium nisi pater. Et: Qui me vidit, vidit &
Photini patrem meum. Nónne hic nulla phantasia facta est, vbi vniuersa veritas in ho-
hæresis. minis passione, vel resurrectione declarata est? Interrogabo & te Photine, qui
Christum Deum verum abnegas, & hominem purum tantummodo confue-
ris. Nunquid causa hominis cautum inuenitur? In principio erat verbum, & ver
bum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum.
Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil? Nũquid homo in hoc
Homun- principio fuit, Homuntionita, & non Deus Dei filius ante omne omnino prin-
tionitæ. al. qui cipium semper vnà cum patre fuit? ſ Sanè hunc hominem nuper de Maria vir-
Colloss. 1. gine adsumpsit. Nunquid per hominem visibilia & inuisibilia facta sunt? sicut
magister Gentium testatur: Omnia per ipsum facta sunt visibilia & inuisibilia,
Iudæi. tam ea quæ sunt in cœlo, quàm ea quæ sunt in terra, siue throni, siue virtutes, si-
ue potestates, siue dominationes? Accipe in hoc dicto & tu consimilis synagoga
Satanæ, nomen falsum apostatice ludęe, qui asseris patrem ad angelos locutum
fuisse: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: Dum ima-
al. naturæ go angelicæ ſ facturæ sit spiritus vel ignis, quæ tamen à Deo filio facta est, sicut
Angelica scriptũ est: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Vel hoc: Qui D
natura qualis. facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignẽ ſ flammantem. Nunquid ange
al. vrẽtem lus vt ipse factus est, alterum ministerio facere, aut imaginem suam ipse potu-
al. Memẽ to quia it? Absit. ſ Planè Deus Dei filius ad imaginem vnitæ immortalitatis suæ, & si-
Deus militudinem æquitatis suæ fecit hominem, vt homo in qua iustitia factus fue-
al. vnitam rat, imaginis incorruptæ permaneret, & similitudinem voluntatis per operatio-
Dei nem spiritalem factoris imitando possideret, dum non sit factus talis homo pro
prie, qualis est pura creatoris imago diuinitatis: quia fanè interest ad imaginem
& similitudinem referri: & multum distat, vt qualis vel quantus est factor,
Sapien. 1 tantus dicatur esse, qui factus à Deo est. Vnde post transgressionem Adam, i-
maginem immortalitatis, in qua factus fuerat, amisit: quia diabolo consensit, vt
2. Timo. 1 cautum est: quia Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Si
1. Cor. 15 ue hoc: qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & immortali-
tatem. Vel hoc: Absorpta est mors in victoria: vbi est mors aculeus tuus? Aut
1. Timo. 2 hoc: Nouissimus inimicus destruitur mors. Sed & hoc: Quoniam Deus omnes
vult saluos fieri, & ad cognitionem veritatis peruenire. Necnon & hoc scriptum
Ioannis 1, est: Et vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde. Sed & in Euangelio po-
situm est: In ipso quod factum est, vita est, & vita erat lux hominum. Itaq; quod
in Adam amisimus, per Christum dominum nostrum in baptismo suscepi-
mus, vt scriptum est: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo
1. Corin. 15 cœlestis. Sicut ergo portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem
cœlestis. Vides imaginem primi hominis de transgressione factam esse mor-
talem siue terrenam: & imaginem secundi hominis, de iustitia & veritate fa-
ctam esse immortalem vel cœlestẽ: Dum in Adam omnes moriuntur. & in Chri
sto omnes viuificantur. Discetam tu Ebion & Photine semper fuisse Deũ Dei fi

lium

A lium cum patre, qui hominem & vniuersa instituit, qui se ante Abraham in claritate euangelicæ censuræ fuisse testatur, dicens: Ante Abraham ego sum: Et non deitas filij Dei, quę vnà cum patre semper fuit: Nam hic homo filius Dauid, & filius Abrahæ nuper sit genitus. Vtique hæcce cuncta superius dicta ipsa diuinitas filij Dei est operata, antequam hominem assumpserit, qui pro nostra salute denuo de spiritu sancto ex Maria virgine natus est. Vnde Deus verus, & homo verus est, sicut & filius Dei, & filius hominis est, dum de Deo Deus, & secundum carnem idem ipse filius hominis. Siue hoc: Pater clarifica me apud temetipsum, claritate quam habui antequam mundus hic esset. Vtique hic dicit hunc hominem, quem nuper adsumpsit de Maria virgine. Vnde adsumptus homo filius Dauid, siue filius Abrahæ esse ab Euangelista prædicatur: Dum & Deus, qui adsumpsit hominem secundum diuinitatem, sit & filius Dauid secūdum dispensationem filij hominis: Dum & Deus de Deo sit, & secundum carnem homo filius hominis sit, dum & Deus & homo sit, & homo sine Deo non sit, & Deus solitarius sine homine quem adsumpsit, non sit. Itaq; sciat se omnis confusa sylua Hæreticorum, vbi tot genera draconum & ferarum requiescunt, in hoc blasphemare, cùm alij Deum solitarium sine homine tantum prædicent, & alij hominem tantummodo purum sine Deo prōfiteantur. Dum causas dispēsationis passim confundunt, ſ tum infirmitatem humanam mortalis hominis diuini tati immortali adscribant, aut impassibilem deitatem ad naturam hominis passibilis propriè comparent, in hoc miseri laborant, vt alij Deum verum, & alij hominem verum filiū Dei abnegent. Respondete mihi Manichæi, filij tenebrarū, in quos tot genera serpentiū lubricos habēt anfractus, filium Dei, id est, Deum verum, & hominem verum de Maria virgine pro nostra salute non confitemini, vt scriptū est: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabis nomē eius Emanuel quod interpretatur, nobiscum Deus. Si phantasma tibi videtur

B angelum Gabrielē Mariæ testificari, dicentem: Ne timeas Maria, inuenisti ēm gratiam ante Deum: Ecce accipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Vel Euangelista ad hæc restante: Et peperit filium primogenitum, & pannis eum inuoluit, & posuit in præsepio. Si phantasia tibi videtur, quid cōcepit: vel quid peperit: aut quid pannis inuoluit, & in præsepe posuit? Siue hoc exemplum accipe, angelum ad pastores dicentem: Et dixit illis angelus: Nolite timere: Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis obuolutum, & positum in præsepio. Et subito facta est cum eis multitudo exercitus laudantium Deum, & dicentiū: Gloria in excelsis Deo, & pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Nunquid phantasia angeli exultauerunt in cœlo? Nunquid phantasia fuit, quod adorauerunt Magi venientes ab oriente? Nunquid phantasia secundum legem octaua die manibus palpatur vel circunciditur? Nunquid pro phantasia infantes occisi sunt? Nunquid phantasma Ioannes manibus attrectans baptizauit? Nunquid phantasia erat super quem vidit Ioannes spiritum sanctum in specie columbæ venientem & manentem super eo? Nunquid phantasia pedes discipulorum manibus lauit? Nunquid phantasma verè manducauit & bibit? Nunquid phantasia lutum de sputo fecit, & liniuit oculos cæci, & vidit? Nunquid phantasia Lazarum fœtentem quarto die suscitauit? Nunquid phantasia vnicum matris viuificauit? Nunquid phantasia Centurioni puerum condonauit? Nnnquid phantasia in cruce pependit, cum tremefactis cardinibus mundi, videns Centurio confessionem dedit, dicens: Verè filius Dei est hic? Nunquid phantasiam in sindone inuoluit Ioseph, & posuit in monumento? Nunquid phantasma à mor

tuis

Ioann. 8

Ioann. 17

al. vt

Manichæi

Esaiæ 7

Lucę 1

Lucæ 2

Matth. 27

tuis post tres dies resurrexit, & in cœlis ascēdit, & sedit ad dexteram patris? Absit Manicheæ, in quo diabolus vniuersa phantasmata erroris est operatus: præ- C
al. dum sertim ⌈ cùm hæc cuncta superius memorata, quæ specialiter pro homine mirabiliter sunt dicta, Deus verus in homine vero sit operatus. Idcēq; cognosce in hoc loco & tu Ariane, quem diabolus in agro dominico inter bonum triticum ausus est ad eradicandum semen suum zizaniæ serere, vt scriptum est: Scio opera tua, quod nomen habes tātum, quod viuis, ecce mortuus es. Esto itaq; iuglās, & constabilito reliqua quæ moritura sunt. Non enim inuenio opera tua plena coram domino. Memento quemadmodum acceperis, & quomodo audieris: Serua & age pœnitentiam. Si nvero, veniam ad te vt fur, & nescis qua hora veniam ad te. Audis Hæretice, qui nomen tantum Christiani habes, & ore diaboli loqueris, qui ignoras causa dispensationis hominis dictum fuisse: Qui me misit, maior me est. HAER. Dic orthodoxe, si pro dispensatione hominis, vt asseris, positum est: Qui me misit, maior me est. Ergo quo tempore missus à patre est: Fortè dicturus es: Absens ab illo. Tunc non fuisse recognoscit. ATH. O satis confusa conscientiæ cæcitas, quæ prorsus serpentis veneno est infecta. Vtiq; si absens à patre fuit, quomodo indiuisa natura est: & si diuisus est, quomodo vnus in vno est: Et si absens fuit, cùm in homine fuit & est, cur à piscatore loanne nobis in sinu patris agens vnus semper annunciatus est dicens: Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus, qui est in sinu patris ipse enarrauit: Denique ad hæc ipsum audi loquentem: Verba quæ ⌈ vobis locutus sum, non sunt mea, sed eius qui me misit. Sed & hæc: Opera quæ ego facio non sunt mea, sed eius qui me misit patris, ipse operatur opera sua. ⌈ Et: Si mihi non creditis, operibus credite, quia ego in patre, & pater in me. Ecce de loquente pater loquitur, & de operante pater vniter operatur, & de manente patre in filio, manet filius in patre. Vides indiuisam esse naturam diuinitatis patris, & filij, dum quod loquitur natura filij, vniter loquitur & patris, & quod operatur natura filij, hæc ipsa vniter natura diuinitatis operatur & patris. Et cùm maneat ⌈ naturaliter filius in patre, idem inuicem manet pater in filio. Vnde vt certus sis inter exeuntem, & à quo exierit, vt ipse ait: Ego à patre exiui, & veni: nomina in personis ostenduntur, & non vnita plenitudo diuinitatis, quæ est indiscreta, diuiditur. Dum qui à patre exiuit, hic semper in patre fuit & est, vt ipse testatur: Ego in patre, & pater in me. Præterea dum & vbiq; præsens sit hæc vnitatis plenitudo, & omne adimpleat interius & exterius, à summitate cœlorū vsq; ad profundum inferorum, sicut scriptum est: Ego dominus deus, qui impleo cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Vides vnitam esse hanc plenitudinis indiscretam diuinitatem: Itaq; considera, quia quicquid ad deitatem refertur, vnitatem indiscretam esse designat: quicquid causam hominis indicat, naturam infirmitatis ostendit, sicut ipse ait: Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habentem. Nónne in hoc dicto hominem ostendit? Nam secundum Deum sic prosecutus est: Spiritus est qui viuificat: Nā caro nihil prodest: Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Vides quia vbi autoritatem refert, diuinitatem indiuisam esse ostendi, vbi ad hominem, naturam infirmitatis designat. Ac per hoc omnis potestas Deo est adscribenda, & omnis infirmitas homini est imputanda, sicut ipse ait: Tristis est anima mea vsq; ad mortem. HAER. Rogo, qui maior: qui à dsumpsit, an qui adsumptus est? Deus, an homo? hoc est, forma Dei, an forma serui hominis: qui ⌈ clarificat, aut qui ⌈ clarificatus est? sicut ipse dicit: Nūc ⌈ clarificatus est filius hominis, & Deus honorificauit eum. Et sic prosecutus est: Et Deus protinus honorificauit eum in se. ATH. Considera iam in his dictis vnam personam duplici vocabulo declaratam esse, Dei & hominis, Apostolo dicente

1. Ioann. 1 al. ego Ioann. 14.
al. vel Ioann. 10
D
al. natura filij
Hiere. 23
Luce 24 Ioann. 6
Matth. 26
al. glorificat
al. glorificatus
al. honorificatus

A cente: Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Ie- 1. Timo. 2
sus. Siue hoc: Mediator autem vnius non est, Deus autem vnus est. Vides autē
mediatorem vel arbitrum vnum esse Deum, vnum & non alterum in persona
esse mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum. Sed ediuerso
dicis mihi Hæretice: In vna persona Dei & hominis quid potest discerni? Ergo
si non discernis, certus esto, quia & deitatem passam simul esse ostendis. Et cur
tu in vno homine causam animæ discernis Hæretice: secundum dominicum di
ctum, eò quod nō debeat timeri homo, qui habeat potestatem occidere corpus, Matth. 10
animam autem non possit occidere: Si tu in hac causa animam tantum discernis
in vna persona hominis, quæ ab homine non interimitur: quanto magis nos in
vna persona Dei & hominis, causam immortalitatis, id est, deitatem ab hominis
infirma natura discernimus: Deniq; Deum [ ad hæc audi loquentem! Soluite al. de hoc
templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Nunquid deitas dissoluta est,
Marcellio Hæretice, vt adseueras, siue sapientia, vel virtus Dei patris, & non ho-
mo: Vtiq; homo verè passus est, qui templum Dei factus est, qui ab ipso resusci
tatus est, sicut scriptura diuina testatur: Confige clauis à timore tuo carnes meas.
Siue hoc: Et videbunt in quem compunxerunt. Vtiq; hominem videbunt, quē
crucifixerunt. Nunquid diuinitatem clauis fixerunt, aut lancea perforauerunt?
Absit. Vel hæc dicta accipe: Spiritus autem promptus. Nónne de vna persona Matth. 26
hæc dixit, cuius tantum causa distinxit? Rogo, si ipse infirmitatē hominis, quā
adsumpsit, deitati suæ immortali non imputauit, tu tantam, & tam immensam
deitatem, per quam omnia sunt facta, homini passibili adscribis: Sicut soles pro-
ponere Apostolum dixisse: Omnia subiecta sunt ei, præter eum, qui subiecit
ei omnia. [ Nam cùm subiecta illi fuerint omnia, tunc & ipse subiectus erit ei, al. tunc cū
B qui sibi [ subiecit omnia. Hoc euidēter ad deitatem diuinitatis filij Dei non per- al. subdi-
tinet dictum, dum per ipsum cūcta sint facta, & semper illi fuerint subdita, quia dit.
nemo sit, qui factura suæ non dominetur semper. Vnde homini qui nuper na-
tus est, sine dubio ante passionem filij non fuerant subiecta, cùm adhuc ipse ho-
mo mortis esset pro nobis debitor. Vnde post passionem vniuersa sunt ei subdi
ta, sicut ipse homo de se significat, qui adhuc in cœlis non fuerat: Data est mihi Matth. 28
omnis potestas in cœlo & in terra. Deniq; vel hoc accipe: Et potestatem dedit ei Ioann. 5
ad iudicium faciendum, quoniam filius hominis est. Vel saltem de vnita boni-
tate naturæ ipsius domini dicta suscipe: Hæc est autem vita æterna, vt cogno-
scant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Nunquid se de
hac ipsa sola bonitate patris alienum esse perscripsit, qui sic subiunxit: Et quem
misisti Iesum Christum? Nam & pater eadem testatur: Eructauit cor meum ver Psal. 44
bum bonum, dico ego opera mea regi. Vides bonum esse verbum Dei, qui de
patre substantialiter vel naturaliter consistit. Ideo huiusce modi omnes compara
tiones pro infirmitate hominis sunt dictæ: Qui me misit, maior me est. Siue in
hoc dicto, in quo solent argumentari: Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi Lucæ 18.
solus Deus. Cùm alio in loco ipse dicat: An oculus tuus nequam est, quia ego bo- Matth. 20
nus sum? Sed & hoc: Ego sum pastor bonus. Sicut & de persona sancti spiritus
sic cautum inuenimus: Spiritus tuus bonus deducat me in via recta. [ Disce vnā al. Video
esse bonitatem in natura patris, & filij, & sancti spiritus. [ Igitur vel nunc perpen al. consi-
de, quia omnis infirmitas homini est imputanda, & omnis potestas bonitatis si- dera itaq;
gnorum vel prodigiorum deitati indiscretæ trinitatis est adscribenda. HAE.
Ergo, si vna natura patris, & filij indiscreta est, quia dicis vnus in vno est, sicut
scriptum est: Ego in patre, & pater in me: & causa dispensationis hominis dictū
fuisse adseris, id est: Qui me misit, maior me est: quid iam de persona spiritus pa-

racleti hoc loco dicturus es: minor non est, qui à filio missus est: sicut ipse ait: Si C
non abiero, paracletus non veniet. Et: Si abiero, mittam eum ad vos, & do-
cebit vos omnem veritatem? ATHAN. O inaudita adhuc penitus tam in-
quisita præscriptio. Itaque suggerente ipso de se sancto spiritu, oportet nos v-
num pro multis pertinens dare autoritatis exemplum. Memento ⌈ reципро-
al. vnitam cam esse hanc naturæ virtutem mittentis & missi, dum hic, qui nunc missus
est, ipse iam pridem misisse mittentem inueniatur. Denique per sanctum
Esaiam, Deum Dei filium accipe testantem: Accedite ad me, & audite hæc.
al. aliquan do mutuã eorundem vicissitu tudinem in diuinitate Non ab initio in occulto locutus sum, cùm fierent, illic eram, & nunc Domi-
nus misit me, & spiritus eius. Disce tandem ⌈ aliquando vnitam esse hanc na-
turæ diuinitatem mittentis & missi, dum qui nunc in Euangelio quamuis
missurum se spiritum paracletum testatus sit, tamen se ipse ab eo iam prius mis
sum per inclytum Esaiam professus est: dum hic qui mittitur, à mittente nun-
quam diuiditur, quia indiscreta natura est, dum inter mittentem & missum
personæ ostenduntur, & nulla in diuinitate diuisio est. Præterea dum vbique
præsens sit hæc vnita plenitudo, & omnia impleat interius & exterius, à sum-
mitate cœlorum vsque ad profunditatem inferorum. HAERET. Rego,
si filius hominis est, vt de vetere autoritate scripturarum mihi indices. ATH.
Psalm. 79 Quæso, audi Psalmographum: Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ,
& super filium hominis, quem confirmasti tibi. Sicut & sanctus Daniel te-
Daniel 7 statur: Videbam in visu noctis, ecce cum nubibus cœli venientem filium
hominis, & appropiauit vsque ad veterem dierum, & oblatus est ei prin-
cipatus, & honor, & imperium, & omnis plebs, & tribus, & linguæ ser-
uiunt ei: potestas illius perpetua, quæ non desinet, & imperium eius non in-
Roman. 1 teribit. Ecce filium dexteræ, ecce filium hominis, sicut Apostolus dicit: D
Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Nam secundum dei-
tatem, sic ait: Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritum
sanctificationis. Sicut & ipse Pharisæos interrogat de diuinitate sua: Quid
Matth. 22 vobis videtur de Christo? Cuius filius est? Responderunt ei Iudæi: Dauid.
Et ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum, dicens: Di-
xit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos
al. scabellum pedũ tuorum ⌈ sub pedibus tuis? Si ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum, quomodo
filius eius est? Et nemo poterat respondere illi verbum. Disce ergo, quia secun-
dum carnem filius hominis est, hoc est, Dauid, & secundum diuinitatem, idem
Vnigeni tus. ipse filius Dei est in virtute, & Dominus ipse Dauid est. Quamobrem vnige-
nitum dum scriptura refert, secundum diuinitatem indicat, qui in deitate vni-
genitus à Deo patre, omnino fratres non habet: & dum primogenitum no-
Primoge nitus. minat, naturam hominis ostendit, quod Apostolus declarat, dicens: Vt sit
Apocal. 1. ipse primogenitus inter multos fratres. Siue hoc accipe exemplum, & ab Iesu
Christo: qui est testis fidelis, primogenitus ex mortuis. Nónne vna est per-
sona filij, & duplex est eius significatio, Deus & homo? Nónne vnus est fi-
lius, qui secundum carnem primogenitus filius nuncupatur ex mortuis ho-
mo? sicut scriptum est: Qui est primogenitus ex mortuis. Itaq; crede mihi, qui
legis hanc scripturæ meæ fidei professionem, quia multi de hac tractauerunt,
sed non intelligentes errauerunt. Quidam personam pro causa discernunt, du-
os filios in confessione introduxerunt, causam passionis hominis à diuinitate
discernere, & non personam: dum vnus sit filius, cuius est persona, sed duplex
significatio est: dum vnigenitus à Deo patre Deus sit, & primogenitus à mor-
tuis homo sit, dum Deus verus, & homo verus sit, & cum Deo sit, & secum ad-

sumptus

A sumptus sit. Quapropter causa discernitur & non persona. Ac per hoc in deitate vbi dicit, impassibilem diuinitatem designat. Vbi autem ſ causam hominis indicat, naturam passibilem esse demonstrat. Vides quia vbi ſ secundum auctoritatem refert, diuinitatem indiuisam à Deo patre esse ostendit, vbi ſ secundum hominem, naturam infirmitatis declarat. Ideo omnis potestas Deo est adscribenda, & omnis infirmitas passionis, homini est imputanda. al. ad hominem al. ad al. ad

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIni de incarnatione Verbi, eiusque ad nos per corpus aduentu:

## Liber I.

B. Atis quidem in his, quæ præmisimus, de execrabili errore & superstitione gentilium diximus, quo pacto scilicet initio simulachra inuenta sunt, quodque ex malitia homines huiusmodi sibi nefarium instituerunt cultum. Sed & pauca per Dei gratiam de paterni verbi deitate signauimus, déq; illius in omnibus prouidentia, atq; virtute, vt scilicet bonus pater per ipsum cuncta disponat, & omnia moueantur ab ipso, & in ipso viuificata, lætentur. Age nunc Machari fidelissime, quæ sunt reliqua videamus, ac religiosa deuotione de incarnatione verbi, déque diuino ipsius aduentu ad nos, pro viribus differamus. Quem Iudæi quidem in ius vocant, gentiles irrident, nos autem supplices adoramus, vt magis ex manifestata verbi humilitate, maior atque auctior in ipsum surgat nostræ deuotionis affectus. Eò enim maius habet suæ diuinitatis testimonium, quò magis apud infideles irridetur. Quia quæ homines non capiunt, ceu impossibilia, hæc possibilia ipse monstrauit. Et quæ vt indecentia irrident mundanæ professores sapientiæ, ea ipse pietate sua decentissima fecit. Et quæ veluti humana arguti irrident, hęc ipse potentia sua diuina declarauit, dum superstitionem idolorum ea quæ putatur, vtilitate sua per crucem destruit, irrisorésque illos & incredulos inuisibiliter, vt diuinitatem ipsius & potentiam recognoscant, quotidie inducit. Cæterum, ad ista explicanda, operæprecium est, priora recolere, vt etiam causam, cur tantum actale Dei verbum in corpore manifestatum sit, queas agnoscere, ne putes naturalis consequentiæ ordine saluatorem corpus suscepisse, sed cùm esset natura incorporeum Dei verbum, per summam tamen clementiam & bonitatem patris sui, pro salute nostra nobis in humano corpore fuisse reuelatum. Sed enim priusquam ista eloqui aggrediamur, de creatione rerum, eiusque creatore Deo, pauca dicenda sunt, vt sic eius quoque innouationem ab eo, qui hanc ab initio condiderat, Deo Dei verbo merito factam, dignè animaduertere possimus. Nihil enim profectò inconueniens videbitur, si per quem illam condidit pater, in ipso eius quoque salutem operatus sit. Mundanæ molis

fabricam, eiusq; creationem multifariè expoſuerunt, & quiſq; prout ſibi viſum C
Epicurei oia fortuito eſſe facta ſenſerũt, vltro ſeu fortuito acteme re. eſt, ita de ea diſſiniuit. Alij enim ſicut Epicurei, vltrò ac fortuitò facta dicunt omnia, hi etiam prouidentiam tollunt, ac ſeipſos deſtruunt, dum certis manifeſtiſq; rebus contradicunt. Si ẽm ſpõte ſua, & ſine prouidẽtia (vt ipſi volunt) facta ſunt omnia, oportuit ea ſibi ſimilia paſſim ac ſimpliciter fieri, nullamq; rerũ eſſe differentiam. In mundo enim perinde atq; in vno corpore vnum debuerant eſſe omnia, aut ſol, aut luna, aut vna quæuis reliquarum partium, & in hominibus itidem totum eſſe debuit, manus, aut oculus, aut pes. At nuncnõ ita eſt, ſed videmus aliud eſſe ſolem, aliud lunam, aliud terram. Et in humanis corporibus aliud manum, aliud pedem, aliud caput. Porrò hic tantus ordo, tamq; ſingularis diſpoſitio, non vltrò hæc facta declarat, ſed cauſam præceſſiſſe ſignificat, per quam tãti operis principem & creatorem Deum eſſe datur intelligi. Alij verò, quorum
Platonicorũ error coarguitur ſuper rerum creatione. eſt princeps magnus ille apud eos Plato, ex ſubiecta infectaq; materia Deum omnia feciſſe autumant. Non enim quiuiſſe Deum aliquid facere, niſi antè fuiſſet ſubiecta materia. Sicuti & fabro lignũ oportet ſubiectum eſſe, vt poſſit operari. Non intelligunt qui ſunt huiuſmodi, Deum ſe imbecillum facere. Si enim non eſt ipſe materiæ autor, ſed ex ſubiecta iam atq; parata molitur omnia, infirmus eſt, qui ſine lignis nihil rei neceſſariæ poſſit efficere. Hac nempe ratione, ſublata materia, Deus nil fuiſſet operatus. Et quomodo iam conditor & autor diceretur, qui facere accepiſſet ab alio, à materia ſcilicet? Erit autem, ſi ita ſit, Deus tantum artifex, non etiam creator eſſentiæ. Siquidem per materiam ſubiectam operatur, nec eſt autor ipſe materiæ. Nulla enim ratione creator dici poſſet, niſi condidiſſet ipſe materiam, ex qua etiam quæ ſunt condita, faceret. Alij
Alijs error ſuper mundi creatione. ab hæreſi profecti, creatorem ſibi alium fingunt, præter patrem domini noſtri Ieſu Chriſti. Multum ſanè, & circa ea quæ dicunt, cœcutientes. Nam dicente ad Iudæos domino: Nõ legiſtis, quia qui ab initio creauit, maſculum & fœminam D creauit eos, & dixit: Propter hoc relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna? Deinde creatorem ſignanter adijciens: Quos ergo, inquit, Deus coniunxit, homo non ſeparet. Quomodo iſti nouam, & à patre diuerſam creationem inducunt? Porrò ſi iuxta Ioannẽ qui cuncta comprehendit, inquiens: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt. Quomodo erit alius conditor, præter patrem Chriſtus? In hunc mundum iſti delirant. At verò diuina doctrina, & Chriſtiana fides, hanc illorum vanitatem vt impiam exhorreſcit. Neque enim ſponte ac fortuitò, quod non ſint abſq; prouidentia, neq; ex præſubiecta materia, quia non eſt imbecillus Deus, ſed ex non exiſtentibus, quæ nuſquam erant, omnia eſſe, iuſſiſſe Deum, per verbum ſuum nouit. Sicuti per Moyſen dicitur: In principio fecit Deus cœlum & terram. Illeq; paſtoris perquam ſanè vtilis liber, primo
Liber paſtoris. omnium inquit: Crede vnum eſſe Deum, qui omnia creauit ac perfecit, & ex non exiſtentibus ad eſſe produxit. Quod & Paulus ſignificans, ait: Fide intelligimus, verbo Dei perfecta eſſe ſecula, vt ex non apparentibus viſibilia fierent.
Dei circa genus humanũ clementia. Deus enim bonus eſt, imò fons ipſe bonitatis. Porrò autem nullius rei inuidia ſubeſt. Ideo nemini eſſe inuidens per verbum ſuum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex non exiſtentibus omnia fecit. Atque inter omnia, quæ ſunt in terra condita, humanum genus miſeratus, vidẽnſque illud non ſufficere conditionis ſuæ ratione ad permanendum ſemper, plus aliquid illi induſit. Neque enim tantummodo, vt cætera bruta & terrena animalia condidit homines, ſed ad ſuam eos finxit imaginem, virtutis ſuæ illos participes faciens, vt verbi ſui quaſdam veluti vmbras habentes, rationalesq; facti, permanerẽ in beatitudine poſſent,

A sent, viuentes veram & felicissimam in paradiso sanctorum vitam. Sciens item humanum arbitrium in vtranq; partem posse declinare, indultam illis gratiam & lege & loco præmunire curauit. In paradisum enim illos inducens, legem eis dedit, vt siquidem seruarent acceptam gratiam, bonique persisterent, haberent in paradiso vitam mœrore omni & dolore ac solicitudine vacuam, adiecta illis repromissione cœlesti, immortalitate fruendi. Sin autem transgrederētur legem, atq; auersi fierent mali, scirent se naturalem mortis corruptionem esse passuros: Nec iam in paradiso victuros, sed extra illum moriētes, in mortem putredinem que soluendos. Hoc autem & diuina scriptura præsignat, dicens ex persona Dei: De omni ligno, quod est in paradiso, comedes, de ligno autem scientiæ boni & mali, non comedatis. Quacunque autem die comederitis, morte moriemini. Quid autem est aliud dicere, morte moriemini, nisi illos non solum denunciare morituros, verum & in mortis corruptione permansuros? Miraris fortè, quid cùm de incarnatione verbi dicere instituerimus, nunc de naturæ humanæ principio differamus, sed hoc à proposito & intentione nostra alienum non est. Necesse est enim, vt cùm de aduentu ad nos saluatoris nostri dicimus, etiam hominum principia repetamus, vt scias ex causa nostra descensus illius occasionem rationémque fuisse, præuaricationémque nostram verbi accessisse clementiam, vt ad nos quoque descenderet, & appareret inter homines Deus. Illius enim incarnationis & humanitatis nos occasio fuimus, & salutis nostræ causa, dignatus est in humano corpore nasci, atque apparere. In hunc igitur modum Deus hominem fecit, & permanere immortalem voluit. Verùm homines per negligentiam atque contemptum auersi à Dei cogitatu, adinuenerunt sibi mala, sicut in priore libro docuimus, exceperúntque prius intentatam sententiam mortis. Neque iam, vt conditi sunt, permansere, sed pro cogitationum

B suarum vanitate corrupti sunt, morsque aduersus illos præualuit, regnans. Nam præuaricatio mandati, illos ad naturæ suæ reuocauit originem, vt sicut cùm non essent, conditi sunt, ita illius essentiæ suæ corruptionem pro tempore sustinerent, & meritò. Si enim, cùm aliquando non essent per naturam, præsentia & benignitate verbi, ad esse vocati sunt, consequens omnino fuit, vt priuati Dei cognitione homines, & in ea, quæ non sunt, auersi (Non sunt enim mala, sunt autem bona, quandoquidem ab eo, qui verè est, Deo facti sunt) semper esse desinerent, id est, dissoluti in morte, & corruptione persisterent. Est enim per naturam homo mortalis, quippe ex non existentibus conditus. Cæterùm, si illius similitudinem, qui verè est, seruasset per cognitionem & contemplationem Dei, naturalem corruptionem superasset, immortalisque mansisset, vt ait Sapientia: Attentio legum est immortalis roboratio, incorruptibilis autem persistens, vixisset vt Deus. Sicuti fermè & diuina scriptura hoc indicans, ait: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes, vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis. Deus enim nos non solum ex non existentibus fecit, sed & secundum Deum viuere nobis indulsit, verbi sui gratia. Homines verò ab æternis auersi, & concilio diaboli ad corruptionis conuersi opera, autores sibi mortis corruptionis effecti sunt. Erant illi quidem, vt prædixi, natura mortales, verum participatione verbi, naturæ transgressi limites, boni perstitissent. Nam per consortium ac præsentiam verbi, naturalis corruptio his minimè appropinquasset, quemadmodum & Sapientia dixit: Deus creauit hominem ad incorruptionem, & imaginem suæ æternitatis fecit illum. Inuidia verò diaboli mors introiuit in mūdum. Hoc autem facto, homines quidem moriebantur. Iamq; aduersus eos corruptio inualescebat, eo contra genus omne mortalium præualens, quo & diuina comminatio contra eos ex mandati transgressio-

Arbitrij humani hois versabilitas.

Quæ fuerit prima parētibus in paradiso diuersantib. lex data.

Morte moriemini, quomodo.

Verbum Dei propter nostrā salutē caro factum.

Homines auersi a Dei cogitatu.

Mala non esse.

Homo per naturam mortalis est.

Hō ad incorruptionē conditus sua malitia mortem incurrit.

greſſione præceſſerat. Nanq; & in delictis homines non vſq; ad ſtatutos termi- C
nos ſteterãt, ſed paulatim progreſſi, iam in immenſum iniquitatis vertic ẽ venerãt. Quippe qui ab initio malorũ inuẽtores, mortem aduerſum ſe, corruptionẽque prouocauerãt. Poſtea verò ad iniuſtitiã verſi, nequitiam q; omnẽ ſupergreſſi, neq; vno contenti malo, ſed præteritis noua ſemper addentes, nullã peccandi ſatietatẽ capiebant. Erant cẽm vbiq; adulteria, vbiq; furta, rapinæq; & cædibus omnis terra teruebat, nequitia & iniuſtitia, nullo legis coercebantẽ metu, ſed ſcelera omnia publicè priuatim q; impunè admittebantẽ. Vrbes aduerſus vrbes bella gerebant, gentes in gẽtes inſurgebant, atq; orbis totus ſeditionibus agitabatur ac pugnis, cùm ſinguli ſtuderẽt cæteros ſuperare nequitia, ne ab illis quidẽ abſtinebant, quę præter naturã ſunt. Verùm vtait Chriſti teſtis Apoſtolus, fœminæ illorũ immutarunt naturalem vſum in eum, qui præter naturã eſt. Similiter & maſculi omiſſo naturali vſu fœminę, exarſerũt in cõcupiſcentia ſua in alterutrũ, maſculi in maſculos, turpitudinẽ operantes, et mercedẽ quam oportebat erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Horũ ergo gratia morte magis præualẽte, nequitiaque in hominibus contra homines perſeuerante, humanũ quidẽ deperibat genus, defluebatq; homo rationalis, ad Dei imaginẽ conditus, diuinumq; adeò & illuſtre opus interibat. Etẽm mors, vt prędixi, iam aduerſum nos per legem prę ua.ebat, neq; legem effugere fas erat, quod à Deo pręuaricationis gratia fuiſſet impoſita. Eratq;, quod fiebat, indignum profecto, atq; indecẽs. Indignũ quidem ſi in verbis ſuis mentiretur Deus, ac decernente illo mori hominẽ, per mandati prævaricationem, poſtq; prævaricatus eſſet, non moreretur, ſicq; ſentẽtia diuina nuiaret. Non cẽm eſſet verax Deus, ſi dicente illo moriturũ hominem, non moretur. Porrò indecens erat, vt quę ſemel ab eo fuerant condita rationalia, verbiq; ipſius participatione honorata, perirent, rurſumq; per corruptionem ad noneſſe redirent. Neq; cẽm competebat diuinæ bonitati, vt quæ ab ipſo facta fuerãt, per D
diaboli ſubdolã malignitatem ſoluerentur in nihilum. Ad hæc, indigniſſimum profectò fuit Dei artem in hominibus exterminari, ſiue per ipſorum negligentiam, ſiue per diaboli aſtum atq; ſallaciã. Defluẽtibus igitur rationalibus & pereuntibus huiuſmodi operibus, quid oportebat facere Deũ ſummè bonũ? Num permittere corruptionẽ contra prævalere, mortemq; ipſis dominari? Et quod opus erat hæc ab initio fieri? Satius cẽm profecto fuiſſet nõ fieri, q̃ facta abijci atq; defluere. Quippe ex hac re Dei magis infirmitas, q̃ bonitas noſcitur, ſi factum à ſe opus negligat, ac perire ſinat. Præſtaretq; initio nõ feciſſe hominem. Nam niſi eum feciſſet, nõ eſſet vnde illius cauſa retur infirmitas. Vbi verò eũ fecit atq; vt eſſet, creauit, indigniſſimũ fuit a deò præclarum eius opus ante conditoris ſui perire oculos. Non ergo permittere debuit, vt homines corruptione tenerẽtur, q̃d id Dei bonitate indignũ, atq; indecẽs eſſet. Verũ, vt id fieri minimè oportuit, ita & econuerſo. Rurſum obijcit plenũ fuiſſe rationis, vt Deus in lege quã de morte tulerat, verax videretur. Neq; enim congruum erat, vtilitatis conſtantiæq; noſtræ gratia mendacem apparere veritatis patrẽ Deũ. Quid igitur & in hoc Deũ facere decuit? Pœnitentiã oẽmino prævaricationis cauſa ab hominibus exigere. Hoc cẽm dignũ Deo fuit, vt ſicut ex prævaricatione in corruptionẽ lapſi ſunt, ita rurſus in incorruptionẽ pœnitẽtiæ opere reſurgerẽt. At verò pœnitẽtia ne ipſa q̃dẽ à Deo arceret iniuriã, permaneret quippe non verax, niſi detinerẽtur homines morte. Neq; cẽm pœnitẽtia ab his, quę per naturã inuecta ſunt, reuocat, ſed ſolum peccata quieſcere facit. Siquidẽ igitur peccata tantũ eſſent, nec fuiſſet ſubſecuta corruptio, ritè cẽmino pœnitentia haberet locum. Sin autem ex præcedente prę uaricatione naturali corruptione mortales tenebantur obnexij, gratiamq; imaginis diuinæ perdiderant, quid facto opus fuit ad huiuſcemodi recuperandam gratiam q

Vitia, ni cõpeſcantur, in deteriora p gredi.

Humanũ genus quõ deperiit.

Non decebat hoiem peccato admiſſo non mori.

Satius erat hoiem a principio non fieri, quam perire, & omnino abijci.

Pœnitentiæ vis & efficacia.

A gratiam: illius sanè, illius hoc opus erat, qui ab initio cùm non essent, condidit omnia, diuini scilicet verbi. Ipsius enim intererat, corruptibile hoc ad incorruptionem reuocare, ac pro omnibus rationabiliter patri satisfacere. Verbum enim patris filius, cùm super omnes sit, meritò & omnia recuperare poterat solus, ac pro omnibus pati, solúsque sufficiebat patrem exorare pro omnibus. Huius rei gratia, incorporale illud & incorruptibile, æternúmque Dei verbum aduenit in patriam nostram, cùm ne antè quidem longè esset à nobis. Nulla enim creaturæ pars illo vacua remanet, sed omnia prorsus impleuit ipse, simul cum patre suo præsidens omnibus. Aduenit verò nostros miseratus errores, suo ad nos clementi, mitíque processu. Nam cùm videret rationale perire genus, mortémque in eos corruptionis ratione regnare, videret item præuaricationis comminationem in nos ex mortis præualere sententia, indignúmque putaret legem, antequam impleretur, exolui, inconuenientiam quoque rei esse perpenderet, si quæ ipse condiderat, laberentur in nihilum, hominúmque præterea summam nequitiam, intueretur in eorum perniciem sensim quotidie excrescere, omnéque hominum genus per reatum obnoxium morti, cõditionem nostrã, infirmitatemq; miseratus, ac mortalitati nostræ condescendens, mortisque non ferens dominatum, vt ne creatura periret, ociosúmque patri ipsius fieret opus, assumit sibi corpus, idque minimè à nostro alienum. Neque enim simpliciter in corpore nasci, nec tantum apparere voluit, & per quodlibet aliud præstantius diuinam suam exhibere præsentiam, sed accepit corpus nostrum, & hoc non quomodolibet, sed ex immaculata & intemerata, viríque nescia virgine, purum ac sine vlla admixtione virili illibatum. Ipse enim, quippe potens & omnium opifex, corpus templi instar sibi in virginis corpore condidit, sibíque illud peculiare domicilium fecit in ipso veluti in instrumento innotescens, at-

B que inhabitans. Sícque de massa corpus & nostro per omnia simile sumens, quod omnis corruptionis mortis essemus obnoxij, morti illud pro omnibus tradidit, Deóque obtulit patri. Id sanè clementissime ac prouidentissime, vt quasi in ipso mortuis omnibus, solueretur in homines corruptionis lata sententia. Quippe, in domini corpore impleta potestate omni, nullúmque iam habente contra homines ius. Vt autem in corruptionem reuersos homines rursus ad incorruptionis excelsa conuerteret, eósque viuificaret à morte obiectu corporis sui, & resurrectionis gratia, mortem ab eis neque non secus, quàm ab igne stipulam tulit. Cùm enim sciret verbum, non aliter soluendam hominum mortem, nisi pro omnibus ipsum moreretur, nec esse possibile ipsum mori verbum, quippe immortalem patris filium, corpus sibi quod mori posset, accepit. Vt id verbi, quod est super omnia particeps factum, idoneum fieret pro omnibus mori, ac per inhabitans verbum incorruptibile permaneret. Iámque corruptio fugaretur ab omnibus per resurrectionis eximiam gloriam. Vnde, quod ipse sibi adsumpserat corpus, ac si victimam & hostiam omni macula liberam in mortem offerens, ab omnibus continuò similibus, oblatione consimilis, abegit mortem. Nam cùm sit super omnes Dei verbum, dignè templum suum & instrumentum corporis animatum offerens Deo, impleuit pro omnibus, quod in morte debebatur. [illegible]que commercio, per id quod erat omnibus simile, Dei incorruptibilis filius, meritò omnes incorruptione vestiuit. Et ea quippe corruptio mortis non iam habet contra homines locum, verbo per vnum corpus in eis habitante. Ac veluti cùm magnus quispiam rex ingressus aliquam præclaram vrbem in vna ipsius ædium inhabitauerit, huiusmodi ciuitas ingenti honore celebratur, nec iam hostis vllus aut latro illam tentare præsumit, omníque potius digna censetur honore, ob morantem in vna ipsius ædium regem,

Deum esse vbiq; & implere omnia.

Corpus Christi templum Dei & peculiare domicilium.

Corpus Christi per inhabitãs verbũ incorruptibile.

Vt vrbs regis ingressu, ita humanũ genus

Ingredien te carnem Dei filio nobilitatur.

ita & in rege omnium contigit. Nam cùm ad nostra veniſſet, & in vno nobis ſimilium corporum inhabitaſſet, omnis iam hoſtium aduerſus homines inquietudo ceſſauit, mortiſq; corruptio, quę dudum in eos conualuerat, elimata eſt. Perierat enim humanum genus, niſi omnium dominus ac ſaluator Dei filius mortis fine conſummatus eſſet. Id quippe magnum diuinumq; opus, diuinæ in primis bonitati congruebat. Si enim rex demum aut ciuitatem abs ſe conditam, cùm per negligentiam inhabitantium oppugnata à latronibus fuerit, non ſpernit, ſed vt opus proprium vlciſci ac ſeruare pergit, non quid habitatorum meretur deſidia, ſed quid deceat intuens. Multò magis Deus verbũ clementiſſimi filius patris in corruptionem delapſum à ſe conditum humanum genus non eſt aſpernatus, ſed eam quę contigerat mortem, ſui corporis oblatione deleuit, noſtram negligentiam doctrina ſua corrigens, humanaq; omnia ſua virtute corroborans. Hęc aũt & ex ipſius ſaluatoris diſcipulis viris, quiſq; illorũ legit ſcripta, facilè diſcet, qui ſic aiunt. Charitas em̃ Chriſti continet nos iudicantes hoc, quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo oẽs mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt, vt nos nõ iam nobiſipſis viuamus, ſed ei, qui pro nobis mortuus eſt, &
2. Corin. 5. reſurrexit à mortuis, domino noſtro Ieſu Chriſto. Et rurſus: Eum aũt, qui paulò minus ab angelis minoratus eſt, reſpiciẽs Ieſum per paſſionẽ mortis, gloria & honore coronatũ, vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortẽ. Deinde etiam cauſam, cur non alium q̃ ipſum Dei verbum incarnari oportuit, ſignificat, dicens: Si cut non alterius erat à corruptione inuecta eripere homines, q̃ Dei verbi, qui & initio fecerat eos. Quod aũt verbum ipſum ſibi corpus adſumpſerit, pro omni-
Hebræ. 11 bus ſimilibus hoſtiã. Et hoc ſignanter inſinuat, dicens: Quia igitur pueri cõmunicauerunt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter particeps illorum fuit, vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat imperium mortis, id eſt, diabolum. Et liberarer eos, qui metu mortis per omnem vitam rei tenebantur ſeruitutis. Namq; ſui D corporis hoſtia, & finem noſtræ impoſuit legi, & vitæ nobis innouauit initium, ſpe reſurrectionis inducta. Quia em̃ ex hominibus in homines pręualuit mors, ideo rurſus per incarnationẽ verbi mortis deſtructio facta eſt, & vitæ reſurrectio reddita, dicente viro illo Chriſtifero. Quia em̃ per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita, & in Chriſto omnes viuificabuntur, & his ſimilia. Non enim modo quaſi damnati morimur, ſed vt excitati cõmunem omnium reſurrectionem pręſtolamur, quam ſuis temporibus oſtendet, quoniam hanc operatus, nobiſq; largitus eſt

Quę fuerit incarnationis verbi cauſa. Oportebat hominem ſui creatoris habere cognitionẽ.

Deus. Iſta quidem ſacræ incarnationis verbi prima cauſa eſt. Verum ex his quoque clementiſſimum ipſius ad nos aduentum factum rationabiliter liquet. Deus nempe, qui omnium habet imperium, cùm per verbum ſuum humanum faceret genus, naturam ipſorum imbecillitatem q; conſiderãs, vt illa nõ ex ſe ſuffi rent ad agnitionẽ creatoris aſſurgere, aut omnino Dei intelligentiã capere, quod ille quidem ingenitus, homines verò ſint ex non exiſtentibus conditi. Et ille incorporeus, hi autẽ terreno effecti ſint corpore, multumq; illis deeſſe perſpiciens ad intelligendum agnoſcendumq; conditorem, miſeratus denuo genus humanum, vtpote benigniſſimus, non eos dimiſit agnitione ſua omnino deſtitui, ne inutilem videretur habere eſſentiam. Quę em̃ eſſet vtilitas cõditis, niſi ſcirent creatorẽ ſuũ? Aut quomodo rationales eſſent, ſi patris ignorarent verbũ, in quo etiam conditi ſunt? Nihil enim profectò brutis excellerent, ſi nihil præter terrena cognoſcerent. Quid verò vel eos Deus faceret, à quibus nollet agnoſci? Vnde ne id fieret, cùm ipſe ſit ſummè bonus, imaginis ſuæ dñi noſtri Ieſu Chriſti illis conſortium tradidit, fecitq; eos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vt per huiuſmodi gratiã, imaginẽ ad quã effecti eſſent, intelligentes, verbũ ſcili-

cet

A cet patris possint per ipsum & patris intelligentiam consequi, agnoscentesq; creatorem, viuant felicem & beatam vitam. Sed enim infelices ac stulti homines, sic quoq; contempta sibi indulta gratia, intantum auersi à Deo sunt, atq; adeò animam suam perturbarunt, vt non solum Dei obliuiscerẽtur notionem, verum & pro alijs sibi alia fingerent. Nam simulacra pro veritate formarunt, & quę nõ sunt, vero Deo in honore præferentes, creaturæ potius q̃ creatori seruierunt, Et (quod est deterrimum) ad ligna quoque & lapides, omnemq; materiam, & homines ipsos Dei honorem detecerunt, & his etiam plura gessere, sicut in superiore libro dictum est. Intantum verò vesanæ impietatis proruperant, vt iam dæmones quoque adorarent, deosq; prædicarent, desiderijs eorum satisfacientes. Victimas enim ex mutis animalibus, & hominum cædes, vt antè diximus, pro illorum honore litabant, seipsos magis ac magis huiuscemodi sacrilegis sacris, eorum instinctu vincientes. Idcirco denique & magicæ apud eos artes docebantur, & vaticinia per loca homines fallebant, omnésque generationis ac substantiæ suæ causas astris, cœlestibũsque omnibus adsignabant, nihil amplius, quàm quæ videbantur cogitantes. Prorsusq; cuncta erant iniquitate & impietate plena. Et is, qui solus verus Deus est, eiusq; verbum non agnoscebatur, quanquam se mortalibus minimè occultum esse permiserat, neque exigua notionis suæ illis indicia dederat, sed eam variè multisq; explicuerat modis. Sufficiebat nempe indultæ imaginis gratia ad Deum verbum, eiusq; patrem mortalibus insinuandum. Cæterùm, præscius Deus imbecillitatis humanæ illorũ quoque prospexit ignauiæ, vt si per seipsos Deum agnoscere negligerent, possent eũ vel creaturæ eius opera non ignorare. Quia verò hæc ipsa negligentia paulatim in deteriora labebatur, prouidit iterum Deus huiusmodi infirmitati, legem ac prophetas familiares suos mittẽs, vt si in cœlũ oculos pigeret attollere, conditoremq; cognoscere, haberent è vicino magisterium. Quippe homines ab hominibus præstantiora discere vicinius queunt. Fas ergo illis fuit, cœli attendẽtibus magnitudinem, & creaturæ congruentiam inspiciẽtibus, eius autorem intelligere, patris scilicet verbum, quod prouidentia sua per cuncta diffusa, patrẽ omnibus indicat, atq; idcirco mouet omnia, vt per ipsum oẽs agnoscãt Deum. Aut si ad hoc illos pigeret assurgere, vel sanctis colloqui possent, ac per ipsos addiscere opificẽ omnium Deũ, Christi patrẽ, idolorumq; culturam iniquitatem esse, omni impietate plenissimã. Licebat item eis accepta lege, ab omni nequitiæ labe desinere, virtutisq; vitam viuere. Non eñ ob Iudæos tunc lex tradita fuerat, neq; sola ipsorum gratia Prophetæ mittebantur: sed cùm ad Iudęos missi ab eis repellerẽtur, orbem terręq; vniuersum scholã sacram acceperunt, in qua homines docerent scientiam Dei, animęq; virtutes. Tanta igitur cùm esset Dei bonitas atq; benignitas, homines tamen præsentaneis voluptatibus & dæmonum pompis ac fallacijs victi, non sese ad veritatem exercuere, sed pluribus se malis ac peccatis immerserunt, vt non iam rationales viderentur, sed secundum morem irrationabiliter viuerent. Sic itaq; ratione destitutis hominibus, & errore dæmonum omnia vbiq; obumbrante, veriq; Dei occultante notionem, quid Deum facere oportuit? An super huiusmodi se continere, & permittere homines à dæmonibus falli, atq; in Dei ignoratione persistere? Et quid opus erat ab initio ad imaginem Dei hominem fieri? Præstare enim videbatur irrationalem fieri, q̃ rationalem conditum, brutorum viuere vitam. Quid item profuit illũ à principio Dei susc̃ipere cognitionẽ? Si enim nec modò hanc meretur accipere, oportuit eam à principio ne dari quidem. Quæ verò inde vtilitas, quę gloria autori Deo proueniret, si cõditi ab eo homines, ipsum nõ adorarent, aliosq; esse autores suos existimarẽt? Inueniretur nempe Deus hos nõ sibi creasse, sed alijs. Deinde rex homo, profectò mor-

Homo a Deo auersus in idolatriam incidit.

Victimæ ex mutis animalibus.

Nõ est ob Iudæos solum ex data, neque missi prophetæ.

Præstabat homi

nẽ ſeratio nalẽ fieri, quã facto rem non agnoſcere velagnitũ nõ adorare aut amare.

mortalis conditas à ſe vrbes alijs ſeruire non ſinit, neq; confugere ad alios, ſed eos literis admonet, ſæpe verò & per amicos illis nuncios dirigit, & ſi opus fuerit, ipſe eò proficiſcitur præſentia demum ſua illos continens, vti ne alijs ſeruiãt, iamq; ocioſum ſit ipſius opus. Nónne multò magis Deus creaturis ſuis parcet, ne ab eo aberrantes, his qui non ſunt, perſiſtant obſequi, maximè cùm error huiuſmodi perditiõis & exterminij cauſa illis atq; occaſio ſit? At minimè oportuit perire, quę ad Dei imaginem fuerant condita. Quid igitur aliud fieri debuit, niſi vt imago iterum innouaretur, ac per eam poſſent illũ homines rurſus agnoſcere? Hoc autem quo pacto fieri poterat, niſi imago ipſa Dei ſaluator noſter Ieſus Chriſtus aduenijſſet? Nam per homines quidem poſſibile non erat, cùm & ipſi eſſent ad imaginem conditi, ne per angelos quidem. Neq; enim vel ipſi imagines ſunt. Vnde per ſemetipſum aduenit Dei verbum, vt veluti imago patris ad imaginem ſuam conditam recuperare hominem poſſet. Id autẽ fieri nõ quibat, niſi mors atq; corruptio ſublata eſſet, vnde neceſſariò mortale corpus aſſumpſit, vt & mors in ipſo iam deſtrui poſſet, rurſusq; renouarẽtur homines ad Dei imaginem conditi. Non igitur ad id perficiendum, alio q̃ imagine paterna opus fuit. Sicut enim cùm picta vſpiã imago exterioribus ſordibus fermè fuerit obliterata, rurſus illum aduenire neceſſe eſt, cuius eſt forma, vt in eadem tabula poſſit imago renouari. Nam pro honore picturæ ipſa quoque materia minimè abijcitur, ſed in ipſa denuò pingitur. Ita & ſanctiſſimus filius, imago ſcilicet patris ad noſtra deſcendit, vt factum ad imaginem ſuam hominem renouaret, ac per remiſſionem peccatorum antea perditum inueniret. Sicuti & ipſe in Euangelijs ait: Veni inuenire, & ſaluare quod perierat. Quocirca Iudæis quoq; dicebat: Niſi quis renatus fuerit, non carnalem profectò natiuitatem, ſicut illi arbitrati ſunt, ſignans, ſed renaſcentem hominem, & ad imaginẽ Dei denuo proficientem, ſpiritaliter indicans. Quoniam verò & idolorum veſanus cultus, & impietas ſacrilega orbem continebat vniuerſum, Deiq; cognitio occulta erat, quiſnam oro, debuit orbem docere de patre? Num homo? At homini poſſibile non erat terram omnem peruagare, cùm nec per naturã ad tãtum ſufficeret curſum, nec dignus, cui de re tanta crederetur, haberi poſſet. Neq; aduerſus dęmonum fraudes, atq; fallacias per ſe quiret obſiſtere. Cunctis quippe percuſſis animo, ac deceptione diabolica & idolorum vanitate turbatis, quomodo poſſibile fuit humanã mentem, atq; animum perſuadendo ad fidem inclinare eum, qui conſpicuus oculis eſſe non poſſet? Quem verò quiſq; non videt, quo pacto is aliquem in tanta rerum perturbatione inducere ad credendum poteſt? Sed fortè dicat quiſpiam, creaturam potuiſſe ſufficere. Sed ſi creatura ſufficeret, nunquam tam multa mala, tam inaudita ſcelera admiſſa eſſent. Nempe enim creatura non deerat, & nihilo minus homines in eiſdem de Deo volutabantur erroribus. Quónam ergo dudum opus fuit, niſi dei verbo, quod & animam noſtram, ſenſumq; intuetur, & omnia vt creatura mouet, ac per ea inſinuat patrem? Qui enim per ſuam prouidentiam, & diſpoſitionem omnium, homines eatenus de patre docuerat, eius profectò intererat eandem renouare doctrinam. Quomodo igitur id factum eſſet? Fortaſſis enim putet aliquis, ad eam innouandam creaturæ operibus (vt dudum) licuiſſe vti, at id minimè tutum fuiſſet. Id quippe magiſterij genus iam antea ſpreuerant homines, neq; iam oculos ad ſuperiora tollebant, ſed eos prorſus ad inferiora depreſſerant. Vnde rationabiliter omnino mortalibus prodeſſe cupiens, aduenit vt homo, ſumens ſibi corpus, illis per omnia ſimile, atq; ex inferioribus, videlicet per corporis opera, ſeſe inſinuauit hominibus, vt qui illum ex eius in omnia manẽte prouidentia & gubernatione, intelligere & ſcire neglexerant, vel ex operibus ab eo in carne cõſummatis, verbum Dei agnoſcerẽt in corpore

Redemptionem noſtram per Chriſtum fieri oportuit.

Imago patris filius, ad cuius imaginẽ nos facti.

Quid ſit renaſci.

Verbũ diuinũ vt à corpus agnoſceretur, & per ipſum pater carnẽ adiuit.

A pore positum, ac per ipsum etiam patrem. Sicut enim magister optimus discipulorum commodis cautè prospiciens eos, qui proficere ex maioribus nequeunt, per eaquæ infima sunt erudire non renuit. Ita & Dei verbum fecit, sicuti & Paulus ait: Quia enim in sapientia Dei non agnouit mundus per sapientiã Deũ, placuit Deo per stultitiam prædicationis, saluos facere credentes. Quia enim auersi homines à contemplatione Dei, ac veluti in profundo demersi, oculis humi depressis, in Genethliacis, & sensibilibus Deum requirebant, mortales homines ac dæmones sibimet fingentes deos. Idcirco benignissimus communisq; redẽptor omnium Deus, Dei verbũ sibi corpus adsumpsit, & inter homines vt homo conuersatus est, sensusq; mortalium rapuit, vt qui in rebus corporalibus Deum inquirebant, ex eis, quæ dominus per corpus operatus est, intelligerent veritatẽ, ac per ipsum ad intelligentiam patris assurgerent. Homines autem cùm essent, nilq; nisi humanum intelligerent, quocunq; suos verterent sensus, sibi & se cernebant à Deo præueniri, & vndiq; sibi aperiri veritatem. Siue enim creaturam mirarentur, attoniti, videbant eam Christum dominum nostrum cõfiteri. Siue ad homines illorum raperetur intentio & cogitatio, vt deos extimarent. Saluatoris opera illis conferentes solum inter homines Deum, Dei filium, saluatorem nostrum agnoscebant, cùm apud illos nulla huiusmodi signa inuenirentur, qualia per verbum Dei perpetrata sunt. Si autem & ad id rapti fuissent vt dæmones crederent deos, videntes eos à domino figurari, solum esse Deum, Dei verbum intelligere cogebantur necessariò. Quòd si ad mortuos confugeret illorum mẽs, quippe qui heroas, & quos poetæ dicunt deos, colere consueuissent, resurrectione saluatoris admoniti, falsos illos & mẽdaces esse faterentur, solumq; Deum verum esse patris verbum, quod etiam mortis haberet imperium. Idcirco nanq; natus est, & apparuit homo, mortuusq; resurrexit, vt profecto obtũderet & obB scuraret operum suorum gloria, quęq; mortales oẽs vnq; antea gesserant, vt quocunq; incidissent homines, inde illos educeret, ac doceret verũ patrem suũ. Quẽ admodũ & & ipse ait: Veni saluare, & inuenire quod perierat. Prolapsis em̃ penitus ad visibilia humanis animis, voluit per corpus apparere verbũ, vt in se atq; in amorẽ sui traduceret homines, eorumq; in se raperet sensus, eisq; iam cernentibus sibi similẽ ex operibus persuaderet, non hominẽ se esse solum, sed Deũ quoque, & Dei veri verbum, ac sapientiã patris. Hocaũt & Paulus significans, dicebat: In veritate radicati & fundati, vt possitis cõprehendere cum oñibus sanctis quę sit latitudo & lõgitudo, sublimitas & profundũ. Scire etiã supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnẽ plenitudinem Dei. Verbo em̃ se se vbiq; exerente, & supra, & infra, & in profundo, & latitudine se explicãte (supra quippe in creatione rerũ, infra verò in humanitate susceptа, in profundo aũt inferni, & in orbis latitudine omnino diffudit) oñia dei scientia impleta sunt. Quocirca cùm venisset ad nos, non ideo sacrificium se obtulit, tradens corpus in mortem, & exuscitans illud, vt per hoc se ipse deficeret, sed vt per id potius innotesceret mundo, persistens in eo, & ea perficiens signa atque opera, quæ illum non iam hominem, sed Deum Deique verbum declararent. Vtrunque enim Saluator summa benignitate molitus est, per incarnationis suæ sacramentum. Nanque & nos morte à nobis repulsa renouauit, & cum occultus esset atque inuisibilis, seipsum operibus sacris insinuans, ostendit esse patris verbum, totiusq; mundanæ machinæ principem ac regem. Non enim circunscriptus erat corpore, neque ita erat in corpore, vt alibi non esset, neque ita illud agebat, vt reliqua ipsius operationem prouidentiamque desiderarent, sed modo omnino mirabili cùm verbum esset, à nullo continebatur, ipsùmque continebat omnia. Et sicut cùm in omni creatura sit, extra omnia quidem

Oĩs creatura Christum esse Deum cõfessa est.

Quid per trinam dimensionẽ intelligere rit apostolus.

Quis fit incarnationis verbi fructus & vtilitas.

Non sic

per

gul. rem Athanasij facundiã.

per substantiam est, in omnibus autem potestate diffunditur, disponens omnia C
& in omnibus suam prouidentiam explicans, & seorsum singula, & simul uniuersa viuificans, continensq; omnia, cùm ipsum à nullo contineatur, sed in solo sit patre, totum in toto, ita & in humano corpore constitutum, ipsumq; vtuisficans, meritò etiam viuificabat vniuersa, & in omnibus, & extra omnia erat. Sed cum esset in corpore, per opera diuina noscebatur, neque ex effectu operum de-

Animæ officium.

liteſcere poterat. Nam vt animæ quidem officium est, ea etiam quæ sunt extra corpus, cogitatione perspicere, non tamen extra proprium corpus operari, tuaque ab eo longè sunt, sua mouere præsentia. Neque enim homo cum longinqua ac remota quæq; mente pertractat, ea iam etiam mouet ac transfert, nec si domi sedeat quis & cœlestia cogitet, iam etiam agitat solem, cœlumq; conuertit, sed cernit ea quidem moueri, vt sunt condita, non tamẽ hæc ipse valet operari. Non ergo tale est in homine susceptio Dei verbum, neque enim colligatum erat cor-

Deus est in omnib. & extra omnia.

pori, sed corpus ipsum continebat, vt & in ipso vna & in omnibus esset, & extra omnia existeret, & in sinu patris accumberet. Quodq; excedit omnem admirationem, quasi homo versabatur in terris, & vt verbum omnibus vitam ministrabat, & vt filius cum patre, & in patre erat. Vnde neque pariente virgine patiebatur, neque cùm esset in corpore, inquinabatur, sed ipsum potius sanctificabat corpus. Neque enim cùm sit in omnibus, fit omnium particeps, sed omnia

Apta similitudo verbi Dei ad solem.

vitam ab ipso nutrimentumq; percipiunt. Si enim & sol ab ipso conditus, nobisque conspicuus, cursus sui lineam in cœlo tenens, cùm terrestria tangit, nulla sorde inquinatur, nullisq; obtegitur tenebris, sed ipse potius omnia illustrat & mũdat. Multò sanè dignius sanctissimum illud Dei verbum (cuius est sol & opus & famulus) in corpore præsens, nulla tangi poterat labe, sed cùm esset incorruptibile, mortale viuificabat corpus, atque mundat. Qui peccatum, inquit, non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Cùm igitur edere illum ac bibere solitum, D
& partu editum, theologi diuinè adserunt, constat, quia corpus quidem ipsum more corporis genitum, necessarijs reficiebatur alimentis. Cæterum, Deus ipse verbum præsens in corpore disponendo omnia, etiam ex his, quæ in corpore gessit, non hominem, sed Deum declarauit. Dicuntur autem ista de illo, quod scilicet & corpus, quod edere & nasci, & pati poterat, non alterius cuiuslibet, sed domini fuit. Neque verò aliter, cùm homo factus esset, de illo dici oportebat, vt corpore amictus, veritas & non phantasia putaretur, verum sicuti ex his agnoscebatur corporaliter præsens, ita & ex operibus, quæ per corpus faciebat, filius esse Dei noscebatur. Vnde & Iudæos infideles clamabat, dicens: Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi nõ creditis, operibus meis credite, vt sciatis & cognoscatis, quia in me est pater, & ego in patre. Sicut enim inuisibilis existens ex creaturæ operibus noscitur, sic homo factus, & intra corporis angusta receptus, ex operibus non esse homo cognoscitur, qui ista operatur, sed virtus Dei atque verbum. Nam profectò imperare dæmonijs, eosq; suæ potentiæ verbo fugare, non humanum opus, sed diuinum est. Quis illum sanare morbos omnes aspiciens, quibus subiectum est mortalium genus, hominem iam ac non magis Deum arbitretur? Leprosos enim mundabat, claudos ambulare faciebat, surdorum aperiebat aures, illuminabat cæcos, morbosque omnes ac languores, ab hominibus potestatis suæ præcepto pellebat. Quibus ex rebus, nemo tam brutus, quin illius intelligere diuinitatem possit. Quisnam videns id restituentem, quod per naturam decrat, cæcíque nati oculos aperientem, subiecta illi non intelligat humanæ iura naturæ, ipsumq; eius autorem atque opificem esse? Qui enim, quod homo à natiuitate non habuit, reddidit, Jiquet sanè eum humanæ natiuitatis esse dominum. Idcirco & ad nos principio

Deus in sua corporis formatione ex virgine

descen-

A descendens, corpus sibi ex virgine finxit, vt diuinitatis suæ haud exiguum omnibus præberet indicium. Qui enim id sibi mirabiliter finxit, ipse aliorum quoque conditor est. Quis enim absq; viro solo ex virgine corpus progredi cernens, non reputet, qui in illo appareat, eum esse aliorum quoq; conditorem, opificem, ac dominum? Quis aquarum immutari substantiam intuens, atq; in vinum conuerti, non agnoscat qui hoc fecit, eum esse aquarum omnium substantiæ conditorem. Idcirco enim quasi dominus pedibus calcabat mare, & veluti aridā perambulabat, vt indicium euidens dominationis suæ omnibus intuentibus exhiberet. Pascens itaque ex pauculis esse tantam multitudinem, & inter humanæ cogitationis ambigua, suæ potestatis opulentiam pandēs, ita vt ex panibus quinque, quinq; milia hominum satiarentur, supercresset q; ingens fragmentorum copia, nihil se profectò aliud, quàm prouidentiæ totius dominum docebat. Hæc autem omnia ritè saluatori facienda videbantur, vt quia in omnibus erat prouidentia ignorata mortalibus, neq; ex conditione rerum ipsius intelligebant diuina miracula, saltem ex operibus ab ipso in corpore gestis resipiscerent, ac per ipsum intelligentiam paternæ notionis acciperent, à singularibus, vt prædixi, pertingentem in omnia, ipsius prouidentiam recogitantes. Quis enim videns ipsius aduersus dæmones potestatem, ipsosq; dæmones fateri illum dominum suum, ambigere adhuc animo poterit, hunc esse Dei filium, sapientiamq; atq; virtutem? Neq; enim vel creaturam ipsam facere permisit, sed ingenti sanè miraculo. Et cùm moreretur, imò de morte trophæa in ipsa cruce referret, creatura omnis eum, qui patiebatur in corpore, non esse simpliciter hominem, sed Dei filium, & saluatorem omnium confitebatur. Cùm enim sese auerteret sol, & lumine sui subtraheret radios, quateretur humus, montesq; scinderentur, omnes territi sunt. Porrò, ad hęc appensum in patibulo Christum, Deum esse clamabāt,
B creaturamq; omnem ipsius famulam metu attestati sui præsentiam domini. Ita igitur Deus verbum, per opera seipsum manifestauit hominibus. Iam verò tempus admonet, vt finem conuersationis eius in carne vitæq; clausulam dicere aggrediar & explicare, cuiusmodi fuit ipsius corporis mors, maximè cū hæc summa sit fidei nostrę, & de ea omnes prorsus homines tractant, vt appareat ex ea nihilo minus, quàm ex cæteris Christum Deum, ac Dei filium nosci. Causam itaque aduentus eius ex parte, vt ipsi potuimus intelligere, diximus, quod scilicet corruptibile nostrum in incorruptionem vertere, ipsius erat, non alterius munus, qui ab initio ex non existentibus condiderat omnia. Nec poterat alius renouare in nobis abolitam peccatori imaginem Dei, nisi patris imago. Nec erat alterius mortale nostrum immortalitate donare, nisi vitæ ipsius domini, scilicet, nostri Iesu Christi. Nec poterat alius nos docere de patre, dæmonumq; euacuare culturam, nisi quod omnia disponit, verbum solius patris, verus & vnigenitus filius. Enimuero quia & quod debebatur ab omnibus, iam reddi oportebat, mori scilicet, eiusq; rei gratia in primis aduenerat. Post eius diuinitatis operibus ostensa documenta, sacrificium iam pro omnibus obtulit, templum suum morte pro salute omnium tradens, vt omnes à reatu antiquæ præuaricationis absolueret, ac liberos faceret, seq; ostenderet mortis habere imperium, cum resurrectionis omnium primitias, immortale proprium corpus præberet intuendum. Et nihil sanè est, cur mireris si eadem sæpe dicimus. Quod enim de Dei gratia loquimur, idcirco eundem sensum pluribus explicare contendimus. Ne igitur aliquid videamur omittere, crimenq; nobis inuehatur, qui minus plenè diximus. Præstat enim idem sæpe repetere, prolixitatisq; argui, quàm ea relinquere, quæ scribi necessario debuerant. Ergo corpus ipsum eiusdem substantiæ commune cum cæteris, corpus quippe erat humanum, & si nouo miraculo ex virgine sola

agnoscitur, & aliorum conditor.

Christus prouidentiæ dominus ex eu angelio illa hominū refectione ostenditur.

Triplex nobis, incarnatiōis mysterio collatū beneficium.

Corpus Christi cur sicut alia putredini obnoxium non fuit.

constabat, mortale tamen nihil discrepando à similibus, moriebatur. Verbi autem in illud immoratione, non iam iuxta naturam corporum soluí in putredinem poterat, sed inhabitatione verbi Dei corruptionis euasit iniurias, contigitq; vtrunque in eodem mirabiliter fieri, vt scilicet omnium mors in domini corpore acciperet finem, morsq; & corruptio per verbi præsentiam effugaretur. Mortis enim causa mortem illum oportuit subire pro omnibus, vt quod debebatur ab omnibus fieret. Vnde, vt prædixi, quia verbum ipsum mori possibile non erat, quippe immortale, corpus sibi, quod mori posset, adsumpsit, vt ipsum quasi proprium pro omnibus immolaret, & non secus, ac si pateretur ipse pro omnibus, illi inhærendo euacuaret eum, qui mortis habebat imperium, id est, diabolum. Eosq; liberaret, qui metu mortis per omnem vitam tenebantur obnoxij. Deniq; communi saluatore omnium pro omnibus mortuo, non iam, vt olim secundum comminationem legis morte morimur, qui in Christo fideles sumus. Cessauit enim huiusmodi damnationis elogium, sed corruptione cessante, & obliterata, in resurrectionis gratia iam sola corporis mortalitate dissoluimur tempore, quod singulis prædestinauit Deus, vt meliore frui resurrectione possimus. Nam in morem seminum, quę iaciuntur in humum, non resoluti perimus, sed vt sati resurgimus, destructa per saluatoris gratiam, morte. Idcirco

Paulus resurrectionis fideiussor.

nempe & beatus Paulus, resurrectionis fideiussor omnibus factus ait: Oportebat corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in contentione, vbi est mors contentio tua? vbi est mors stimulus tuus? Cur ergo dicit quispiam, siquidem necesse erat illum pro omnibus corpus suum morti tradere, non ipsum vt homo, communi naturæ lege deposuit, sed ad crucem vsq; peruenit. Decebat enim corpus ipsum potius cum honore deponere, quàm eiusce cum iniuria perpeti mortem? Videamus sanè, quàm sit hæc obiectio futilis. Nempe quod à saluatore gestum est, diuinum re vera fuit, ac sua diuinitate dignissimum, pluribus ex causis. Primum quidem quod hominibus accidens mors, ex naturæ illis imbecillitate contigit. Cùm enim diu permanere non possint, tempore dissoluuntur ac defluunt. Ideo enim illis, & morbi proueniunt, fessiq; languore moriuntur. At verò dominus imbecillus non est, sed Dei virtus & Dei verbum, ipsaq; vita rectissimè creditur. Siquidem igitur seorsum alicubi iuxta consuetudinem hominum deposuisset corpus in lectulo, & ipse vtique putatus esset, id ex naturæ infirmitate perpessus, nihilq; habere amplius, quàm homines cæteri. Quia verò & vita erat, & Dei verbum, oportebatq; mortem pro omnibus fieri, idcirco & vt vita quidem ac virtus, corpus in seipso roborauit. Quia verò mors fieri pro omnibus debuit, non à se, verum ab alijs occasionem consummandi sacrificij accepit. Quia neque tentari morbo debuit dominus, qui aliorum curauerat morbos, sed neque infirmari corpus oportuit, in quo & aliorum infirma roborabat. Cur ergo non à se

Cur morbum Christus a se potius & fame aut sitim abegerit.

mortem abegit, sicuti abegerat morbum? Quia eius causa corpus acceperat, indecensq; erat illam prohibere, ne per id etiam resurrectio impediretur. Morti tamen præire morbum non decuit, vti ne infirmitas in corpore ipsius fuisse putaretur. An verò non esurijt? Esurijt sanè, proprietatem corporis seruans, non tamen fame contabuit præsentis, ferentisq; illud domini gratia. Quocirca & si pro redemptione nostra mortem subijt, corruptioni tamen non fuit obnoxium. Integrum enim resurrexit, quippe quod non alterius quàm ipsius vitæ corpus erat. At inquies, insidias ludęorum declinare debuerat, vt corpus suum prorsus immortale seruaret. Audiat, qui ista sentit, & hoc fuisse indecens domino. Neq; enim decebat, vt illatam ab alijs fugeret mortem, sicuti nec verbo Dei, quod

vita

A vita erat, conueniens fuit, illam corpori suo vltrò conſciſcere, imò verò conuenientiſſimum fuit eam vſque ad interitum perſequi. Vnde rationabiliter omnino neque per ſeipſum poſuit corpus, neq; ludæorum fugit inſidias, ſed magis ſaluatorem ſe ac vitam ob id in primis declarauit, quia mortem ad eam perimendam tolerauit, inuectámque ſtuduit pro omnium ſalute perferre. Præterea non ſuam ipſius, ſed hominum mortem ſaluator conſummaturus aduenerat. Vnde non ſua morte, quam non habebat (vita enim erat) depoſuit corpus, ſed ab hominibus illatam excepit, vt hanc admiſſam corpore prorſus extingueret. Ad hæc rationabiliter omnino eo fine conſummatum, ita colligimus. Magna in primis cura fuit domino de ea, quam facturus erat, reſurrectione corporea. Id quippe trophæum de morte fuit, hanc omnibus declarare ac perſuadere deletam à ſe corruptionem noſtram, inuectámque iam incorruptionem corporum, cuius veluti pignus, & futuræ in omnes reſurrectionis indicium, incorruptum ſeruauit corpus ſuum. Siquidem igitur morbo (vt id repetam) permiſſum fuiſſet corpus, atque in oculis omnium à verbo deſtitutum, indignum profectò videretur, vt qui aliorum curauerat morbos, inſtrumentum proprij corporis morbis tabeſcere ſineret. Quando enim creditus eſſet, aliorum fugaſſe infirmitates, ſi in eo infirmaretur, eius ſanctificans templum. Aut enim vt qui morbum à ſe nequiuiſſet arcere, irriſus eſſet. Aut ſi id poſſe, nec feciſſe crederetur, inhumanus & aduerſus alios putatus eſſet. Sin autē & abſque morbo & dolore aliquo ſeorſum, ſoluſq; in angulo, aut deſerto loco, aut domi, ſeu alibi vſpiam ſolutum in mortem, depoſuiſſet corpus, ac denuò repente viuus apparens, diceret ſe ex mortuis reſurrexiſſe, fabulas quidem proſequi, apud omnes putaretur, multoq; illi magis derogaretur fides, de reſurrectione dicenti, cùm nullus eſſet penitus mortis ipſius teſtis. Quippe reſurrectionem præcedat

*oportebat Chriſtum pati, & ita reſurgere*

B mors, neceſſe eſt, quia neque ſequeretur illa, niſi iſta præiret. Quocirca ſi clam & abſque arbitris, mors illa corporis facta fuiſſet, cùm obſcura eſſet mors, nullíſque celebris teſtibus, obſcura profecto, itidem & ſine teſtimonio reſurrectio fuiſſet. Quid autem erat cauſæ, vt qui reſurgens, reſurrectionis miracula mortalibus prædicare aduenerat, mortem obſcurè vellet admittere? Vt quid enim qui dæmones in conſpectu omnium fugarat, cæcum à natiuitate videre fecerat, mutarat aquas in vinum, & cætera patrarat ſuæ maieſtatis indicia, vt per ea Dei verbum crederetur, is mortale corpus coram omnibus immortale non oſtenderet, vt vita quoq; itidem eſſe putaretur? Quam verò fiduciam habuiſſent diſcipuli de reſurrectione verba faciendi, ſi dicere non poſſent, illum prius fuiſſe mortuum? Aut quomodo fides eis habita fuiſſet, dicentibus præiſſe mortem, ſecutamq; eſſe reſurrectionem, niſi eoſipſos haberent mortis eius teſtes, quos cum fiducia alloquerentur? Si enim & quando in conſpectu omnium celebris fuit ipſius mors & reſurrectio, ne ſic quidem credere Phariſæi voluerunt, eoſque qui viderant reſurrectionem, negare illam modis omnibus cogebant, ſi occultè iſta facta eſſent, quot illi infidelitatis occaſiones inueniſſent? Quo autem pacto patuiſſet mortis finis, atque victoria, niſi prouocatam palam omnibus mortem, iámque per incorruptionem corporis exinanitam comprobaſſet? Enimuero quæ ab aliis obiici ſolent, eis quoque reſpondere neceſſariò debemus. Si coram omnibus, inquiunt, mortem obire illum oportuit, vt & reſurrectioni fides haberetur, debuerat ſaltem glorioſam ſibi aliquam excogitare mortem, modò ignominiam crucis effugeret. Atqui, ſi hoc ageret, ſuſpitioni clam locum dediſſet, quod non aduerſus mortem omnem potentiam haberet, ſed ſolum contra eam, quam ſibi elegiſſet, neque ſanè defuiſſet occaſio, non credendæ reſurrectionis. Quocirca non ſibi ipſi delegit mortem, ſed aliorum inſidijs inie-

*Fugati dæmones.*

*Chriſtus palam mori debuit.*

ctam tulit, vt quam ipſi intulerant, neceſſe ipſe aboleret. Atque in morem Gneſij luctatoris, prudentiáque & fortitudine præſtantis, qui non ſibijpſe comparem elegit, ne formidare quempiam exiſtimetur, ſed id ſpectantium permittit arbitrio, maximéque ſi illi inimici ſint, vt eo in humum eliſo, quem illi aduerſum ſe ad certamen elegerint, cunctis præſtare credatur. Vita quoque omnium dominus ac ſaluator noſter Chriſtus, non ſibi corporis elegit mortem, ne quaſi genus aliquod mortis formidaſſe videretur, ſed quam alij, & in primis inimici inferebant, horrendam ſcilicet, vt illi arbitrabantur, plenámque iniuriæ & ignorantiæ, hanc ipſe in cruce ſuſcipiens toleraret, vt ipſa quoque deſtructa, & ille vita eſſe crederetur, & mortis penitus euacuaretur imperium. Modo ergo inſperato atq; mirabili, quam ipſi pro ſumma inferebant ignominia, ea contra mortem ipſam trophæum fuit. Idcirco neque in morem Ioannis cæſo capite, mortuus eſt, neque vt Eſaias ſectus, vt & in morte integrũ & indiuiſum ſeruaret corpus, & diuidere Eccleſiam volentibus, nulla daretur occaſio. Iſta quidem illis dicta ſunt, qui ſibi forinſecus rationes aſſeruant. Porrò, ſi quis ex noſtris non contentioſe, ſed diſcendi ſtudio inquirat, cur non aliter, quàm cruce conſummatus ſit, audiat & hic non aliter nobis expediſſe, dominũmque propter nos, id in primis genus mortis pertuliſſe. Nam ſi maledictum, quod erat contra nos, portare ipſe venerat, quomodo maledictum ipſe factus eſſet, niſi mortem illam, quæ pro maledicto erat, excepiſſet? Ea verò crux eſt. Sic enim ſcriptum eſt: Maledictus omnis, qui pendet in ligno. Præterea, ſi mors domini redemptio omnium eſt, eiúsque morte medius paries maceriæ ſoluitur, fitque vocatio gentium, quomodo nos ad ſe inuitaret, niſi crucifixus eſſet? Sola enim in cruce expaſſis manibus quiſque moritur. Idcirco meritò dominus hanc pati debuit, & manus extendere, vt alia Iudæos, alia gentiles attraheret, ambósque in ſeipſo coniungeret. Hoc enim & ipſe dixerat, ſignificans, qua morte eſſet moriturus, omnésque redempturus. Cum exaltatus, inquit, fuero, oẽs trahã ad meipſum. Ad hęc, ſi hoſtis generis noſtri, diabolus è cœlo lapſus, circa hanc aerẽ inferius oberrat ibiq; dæmonibus cum eo lapſis, vt per inobediẽtiam ſimilibus imperans, eos qui fallũtur illorum miniſterio, imaginibus ludit, atque ad alta tendentes impedire conatur, de quo & Apoſtolus ait: Secundum principem poteſtatis aeris huius, qui nunc operatur in filijs diffidentiæ. Profectò & dominus idcirco venit, vt & diabolum deijceret, & mundato aere iter nobis ad cœlos aſcendendi præpararet. Sicut ait Apoſtolus: Per verbum, hoc eſt, per carnem ſuam. Id verò oportebat per mortem fieri. Qua autem morte, niſi quæ in aere fieret, id eſt, cruce? Solus enim in aere moritur, qui in cruce conſummatur, ideo hanc meritò ſuſtinuit dominus. Sic enim exaltatus, aerem ab omni diabolí ac dæmonum incurſione purgauit, dicens: Videbam ſatanam, quaſi fulgur cadentem, aſcenſumq; ad cœlos iter faciens innouauit, iuxta illud: Tollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales. Neque eñ ipſum verbum aperiri ſibi ianuas opus habebat, qui erat omnium dominus, aut creatori ſuo clauſa erat creatura vlla, ſed nos eo indigebamus, quod ille in corpore ſuo ad ſuperna prouexit. Sicut enim illud morti pro omnibus obtulit, ita per ipſum rurſus viam, qua ad cœlos aſcenderemus, aperuit. Fuit igitur congrua, atque conueniens pro nobis ſuſcepta crucis mors, eiúsque cauſa per omnia plena rationis innotuit, iuſtiſſimáque defenditur, non aliter, quàm per crucem oportuiſſe ſalutem omnium fieri. Nanque nec ſic obſcurum ſe, neque inteſtatum in cruce dimiſit, ſed ex abundanti & creaturam autoris ſui præſentiæ atteſtari fecit, templumque corporis ſui, non diutius ita iacere permiſit, ſed vbi ex congreſſu mortis mortuum oſtendit, protinus die tertia illud ſuſcitauit, trophæa atque

victo

C

D

Cõgrua ſimilitudo.

Sicut corpus Chriſti indiuiſum ſeruari debuit, ita Eccleſia.

Chriſtus non niſi in cruce mori debuit.

Apoſtoli dictũ notandum.

victorias contra mortem referens, incorruptionem atque immortalitatem. Poterat nempe corpus suum continuò à morte excitare, & viuum rursus ostendere, sed id facere saluator noluit, & meritò quidem. Dixisset enim quispiam, ipsum penitus non fuisse mortuum, neque omnino mortem illud attigisse, si resurrectionem continuò facta morte celebrasset. Obscuráque item, & incerta maneret incorruptionis gloria, si nihil interualli rem vtramque dirimeret.

Cur nō fuerit corpus Christi cōtinuo a morte excitatū.

Vnde vt mortuum ostenderetur corpus, & media die subijt mortem, & die tertia à verbo excitatum est. Itaque vt mors ostenderetur in corpore, triduo exacto, illud excitauit. Et vti illud, postquam diutius perdurasset, mortuum corruptúmque penitus esset, exuscitans non ipsum, sed corpus aliud ferre crederetur. Non enim defuissent, qui ob temporis moram apparenti non crederent, præteritáque obliuiscerentur, non vltra triduum iacere permisit, nec eos diutius protraxit, qui fore ipsius resurrectionem crebrò perceperant. Sed tam recens adhuc esset in auribus eorum sermo, & adhuc ipsorum oculi præteritarum rerum imagines cernerent, suspensóque essent animo, viuerent quoque illi ipsi interfectores in ipso necis loco, ac testimonium perhiberent de morte dominici corporis, ipse Dei filius tridui interpositio spatio, mortuum corpus immortale declarauit & incorruptibile. Patuítque omnibus, non imbecillitate naturæ, inhabitantis verbi corpus esse mortuum, sed vt in ipso Saluatoris virtute mors aboleretur. Nam destructam quidem mortem, & victoriam aduersus illam per crucem factam esse, nec iam posse aliquid, sed esse re vera prostratam, documentum profectò magnum & certè fides est, quod ab omnibus Christi discipulis ipsa contemnitur, cunctíque illam calcant.

Cur triduo & nō vltra in sepulchro iacuerit.

Nec iam eam expauescunt, sed signo crucis & fide CHRISTI, eam quasi
B mortuam aspernunt. Nam olim quidem, antequam fieret diuinus ad nos Saluatoris aduentus, erat ipsis quoque sanctis viris terribilis mors, cunctíque morientes, acsi pereuntes lugebant. Vbi verò suum saluator excitauit corpus, non iam pauenda mors est, omnésque qui in Christum credunt, ipsam vt in nihilum calcant, & mori milites malunt, quàm fidem Christi abnegare. Sciunt enim, quia moriendo non pereunt, sed viuunt, & immortales per resurrectionem fiunt. At verò, qui dudum insultarat morti, diabolus, solutis eius doloribus, solus re vera mortuus perstitit. Cuius rei certum documentum est, quod antequam in Christum crederent homines, territi formidabant mortem. Postquam verò se ad illius fidem doctrinámque conuerterunt, ita eam contēnunt, vt illam promptè libentérque suscipiant, testésque sint resurrectionis dominicæ aduersus eam celebratæ. Nam & paruuli adhuc per ætatem festinant mori, séque aduersus eam parant exercitatione iugi non modò viri, sed & fœminæ. Adeò enim infirma facta est, vt & muliebris ab ea seductus sexus, eam modò perinde acsi mortuam, remissámque deludit. Nam sicuti, cùm tyrannus à vero rege debellatus, manus ac pedes nexibus dederit, omnes eum transeunt, illudunt, cædentes illum, ac pertrahentes, nec iam ipsius vesaniam ac feritatem timent, victoris regis viribus freti, ita & morte superata, atque à saluatore in cruce suffixa, & pedes manusq; reuincta, omnes Christi fideles ipsam trāseundo cō temnunt, & eam Christo attestantes irrident, illudentes ei, & ea repetentes, quæ dudum contra illam scripta sunt. Vbi est mors contentio tua? vbi est mors stimulus tuus? An verò exiguum hoc argumentum est, quàm sit imbecilla mors, aut obscura probatio consummatæ aduersus eam à Saluatore victoriæ? Cùm Christiani pueri, & teneræ virgines, hanc vitam contemnunt, & quotidie mori meditantur. Nempe homo per naturam expauescit mortem, & resolutio-

Ante Christi aduētū erat etiam viris sanctis mors terribilis.

Hō naturaliter timet mortem.

nem corporis timet. Magno verò stupendóque miraculo, qui crucis induit fidem, contemnit naturalia, & mortem Christi gratia non reformidat. Ac veluti cùm igni adsit per naturam vrere, si quis aliquid esse adseueret, quod illius non formidet incendium, ipsúmque etiam probet infirmum, cuiusmodi dicitur apud Indos Amianthus, qui dicenti non credit, experiríque quod dicitur vult, ea se materia, quæ non vritur, inducet, mediósque in flammarum globos inuectus, ignis quàm sit imbecillus agnoscet. Aut quomodo si quis tyrannum victum videre cupiat, ad victoris omnino regis prouinciam & imperium transiens videt eum, qui fuit aliquando terribilis, imbecillum factum. Ita & si quis infidelis est, & post adeò illustria signa, post tam multos martyrum populos, post tantam rerum fidem, qua quotidie cernit irrideri mortem, ab his, qui Christianam militiam legitimè profitentur. Adhuc tamen non dubius est, an

Imbecillitas mortis quō dinosci queat.

euacuata sit, finemque acceperit mors. Ritè quidem ille admiratur magnitudinem rei, veruntamen duritiam infidelitatis abjiciat, neque aduersus tantam euidentiam impudens fiat. Cæterùm, vt is qui cepit amianthum, agnoscit se non posse ab igne contingi, quíque tyrannum victum cernere vult, ad victoris transit imperium, ita & qui mortis victoriam factam esse non credit, accipiat Christi fidem, & ad eius magisterium trāseat, videbit profectò infirmitatem mortis, & magnam aduersus eam insigné mque victoriam. Complures enim, qui antè non credentes ista ridebant, cùm postmodum crederent, ita contempserunt mortem, vt & Christi martyres fierent. Quòd si crucis signo, mors & Christi fide pessundatur, constat sub veritatis iudicio alium non esse, quàm Christum, qui aduersum mortem trophæa ac victorias tulerit, illámque infir-

Fide Christi & crucis signo mortē pessundari.

mari penitus fecerit. Quanquam enim prius prævaleret mors, ac per id terribilis esset, post aduentum tamen domini saluatoris, & ipsius corporis mortem resurrectionémque contemnitur, vt ex eo constet, mortem ab eo, qui crucem subijt, esse superatam. Sicut enim cùm post nocturnas tenebras orto iam sole atque rutilante, omnis ab eo terra illustratur, dubium non est, quin sol fusis vbique lucis suæ radijs, & fugarit tenebras, & cuncta sua luce compleuerit. Ita & ex quo saluatoris in corpore illuxit salutaris aduentus, finísque crucis impletus est, contempta & conculcata morte manifestum est ipsum esse saluatorem, qui carne vestitus apparuit, mortèmque destruxit, qui & discipulis suis contra eam victorias quotidie trophæaq; largitur. Quis enim, si viderit homines per naturam infirmos, mortem constanter appetere, neque ipsius expauescere corruptionem, neque descensus ad infernum formidine contrahi, sed

Christianorū constantia.

prompto animo illam prouocare, nihílque metuendo, supplicia mortémque pro Christo fideli amplectendo constantia, eam præsenti vitæ longè præferre, aut si inspexerit viros atque mulieres, iuuenes, paruulos, virgines, ad mortem pro fide Christi subeundam, ardenti properare constantia, quis, inquam, si tantum mortis contemptum in sexu quolibet & ætate consideret, adeò sit stolidus aut infidelis, quis ita excæcatus animo, quin intelligat & reputet Christum ipsum, cui testimonium perhibent homines, singulis aduersus mortem præstare victoriam? Illámque infirmari facere in omnibus, qui illius custodi-

Simile.

unt fidem, crucisque signo se muniunt. Nullus enim serpentem calcari intuens, cùm priorem eius feritatem non ignoret, vltra iam ambigit mortuum & omnino infirmatum (nisi fortè mente aduersus sit, neque salubritate sensuum vigeat.) Ita & qui leonem ludibrio esse pueris cernit, intelligit protinus illū aut mortuum, aut omni virtute sua destitutum. Sicut enim hæc vera esse datur oculis, ita & cùm mors ab eis, qui in Christum credunt & illudatur, & contemnatur,

nemo

A nemo iam ambigat, nemo incredulus sit, illam à Christo fuisse destructam, eiusque corruptione soluta, omnino desijsse. Quod igitur profligata sit mors, & aduersus eam domini crux trophæa reportauit, non minimo indicio sunt ea, quæ dicimus. Porrò eius, quæ iam peracta est, immortalis resurrectionis in corpore à communi saluatore, & vera vita omnium Christo certior fides, euidentiusque documentum ex apertis rebus accipitur, quàm possit ex verbis eis duntaxat, qui sano vigent mentis obtuitu. Si enim euacuata est mors, vt superius patuit, eamque omnes pro domino calcant, multò sanè magis ipse eam primus suo calcauit in corpore atque destruxit. Morte autem ab eo prorsus extincta, quid fieri oportuit, nisi vt resurgeret corpus, esset que aduersus eam trophæum ipsa resurrectio? Quo pacto enim apparuisset destructa mors, nisi dominicum resurgeret corpus? Si autem minus sufficit hoc resurrectionis documentum, vel ex his, quæ fiunt iugiter ea adstruatur. Nam si mortuus quisque nihil operari potest, gratiáque tantum illi ad monumentum vsque perseuerat, solum verò viuentium est operari & humana tractare, videat qui vult, iudéxque sit, & veritatem gratè fateatur, visibilibus rebus admonitus. Cùm enim tam multa saluator operetur in hominibus, & tantã vndique indies multitudinem ex Græcis & Barbaris inuisibiliter ad fidem suam transire, mirabili virtute suadeat, omnésque (vt doctrinæ suæ obtemperent) vi suæ potestatis inducat, quispiam ne dubitare adhuc audeat factam esse à saluatore resurrectionem, & viuere Christum, imò ipsum esse credentium vitam? An verò mortui est immutare hominum mentes, vt abdicatis patris legibus, Christi obtemperent monitis? Quo autem pacto, si quidem nil operatur, quod mortui proprium est, ipse operantes ac viuentes actione compescit, facítque, vt qui adulter fuit, non iam mœchetur, qui cædes exercuit, non vltrà homicidium perpetret, qui iniuriosus fuit, iniurijs temperet, qui impius pietatem colat. Quomodo si non resurrexit, sed mortuus durat, falsos deos (quos viuere infideles dicunt atque colunt, dæmones scilicet) fugat ipse, persequitur, deijcit? Vbi enim Christi nomen resonat, eiúsque tenetur fides, inde omnis idolorum cultura destruitur, omnisq; dæmonum fallacia præstigiosa detegitur, sanctúmque nomen nullus dæmonum tolerat, sed eo audito, protinus labitur. Hoccine obsecro mortui hominis, & non magis viuentis Dei opus est? Præterea ridiculum est, fugatos ab eo dæmones destructáque simulacra viuere adserere. Qui verò illos fugat, & sua virtute ne apparere quidem vspiam sinit, quíque Dei esse filius à cunctis prædicatur, eum mortuum esse contendere. Magnum verò contra infideles resurrectionis indicium hæc præferunt. Quandoquidem Christum, quem mortuum dicunt dæmones omnes, & qui ab his coluntur, dij non persequuntur, sed eos magis omnes Christus ipse persequitur, ac mortuos arguit. Si enim verum est mortuum nil posse operari. Saluator autem tanta indies operatur, trahens ad pietatem, imbuens ad virtutem, de immortalitate docens, amorem cœlestium cordibus inserens, reuelans agnitionem patris, aduersus mortem potentiam suæ inspirationis vi indulgens, seipsum singulis indicans, idolorúmque impium destruens cultum, nihilque horum facere possunt, qui apud infideles dij aut dæmones sunt, magisque Christi præsentia mortui deprehendantur, ociosam inanémque pompam præferentes. Sin, inquam, signo crucis magica omnis pellitur ars, omne venefícium tollitur, linquuntur idola, omnisq; irrationalis voluptas arcetur, omnesq; de terra in cœlũ suscipiunt, quis iã mortuũ talia patrantẽ adserat Christũ? Mortui quippe propriũ est non operari, & non illum magis qui nihil agit, & iacet exanimis, quod est idolorum ac dęmonũ proprium. Nam Dei quidẽ filius, & viuus & efficax est, quotidieq; operatur, & salutẽ

*Mortis a christo profligatæ indicia.*

*Miracula quædam quę indies christi virtute fiunt ipsum resurrexisse manifestè cõprobãt*

*Quæ sit signi crucis virtus & efficacia.*

omnium perficit. Mors autem indies infirma deprehenditur, & simulacra atq; dæmonia mortua esse comprobantur, vt ex hoc iam nullus de corporis ipsius resurrectione sit scrupulus. Porrò, qui non credit resurrectionem dominici corporis, virtutem diuini verbi ac sapientiæ ignorare videtur. Si enim sibi corpus adsumpsit, idq; iuxta rationis consequentiam sibi proprium fecit, vt suprà monstrauimus, quid debuit de illo dominus facere, aut quem oportebat esse corporis finem, ab eo semel adsumpti? Nempe non mori illud possibile nõ erat. Quippe mortale, & quod pro omnibus offerebatur in mortem. Cuius rei gratia, ipsum sibi saluator aptauerat. Permanere item mortuum æquè erat impossibile, quod vitæ ipsius fuisset venerabile templum. Quocirca mortuum est quidẽ, quasi natura mortale, reuixit autem propter immorantem in se omnium vitam. Suntq; nota resurrectionis officia. Si autem, quia non cernitur, etiam resurrexisse non creditur: negabunt infideles, & quod secũdum naturam est. Est enim Dei proprium nõ videri, verùm ex operibus nosci, sicut etiã superius diximus. Si igitur non adsunt opera, rectè ei qui non cernitur, fides derogatur. Si verò illa clamãt, & aptius indicant, quid sponte abnegant, à Deo certam resurrectionis vitam? Quandolibet em̃ mẽte cæcati sint, vel exterioribus sensibus cernere licet, irrefragabilẽ Christi virtutem atq; deitatẽ. Nam & cæcus q̃is non videat solem, eius tamen calore suscepto, solem super terrã esse cognoscit: ita & qui reluctãtur nobis, & si nondum credunt, cæcutiuntq; hactenus ad veritatis lucẽ, at vel credẽtibus alijs, virtute Dei cognitã non negent deitatem, celebratamq; ab eo resurrectionem fateantur. Constat enim, quia si mortuus esset Christus, profecto dæmones non insequeretur, nec simulacra sua virtute distraheret. Mortuo em̃ nunquam cederent homines. Quod si in eius nomine manifestè pelluntur, liquet vtiq; non esse mortuum, maximè cùm dæmones, etiã quę homines non intuentur, aspiciant. Neque ignorare possint, sit ne mortuus Christus, constetq; mortuo nunquam parituros. At nunc vident dæmones (quod impĩj credere nolũt) hunc esse Deum, atq; ideo fugiunt & adorant, ea dicentes, quæ cùm esset in corpore, locuti sunt: Scimus te, qui es sanctus Dei. Et dimitte, quid tibi & nobis est fili Dei: obsecro te ne me crucies. Igitur cùm fateantur dęmones, & opera testentur indies, liquet profectò, nullusq; contra veritatem impudens sit, saluatorem suum excitasse corpus, Deiq; esse filium, ex vero patre verum, vtpote verbũ patris & sapientiam atq; virtutem. Qui nouissimis temporibus, pro salute omnium corpus accepit, & orbem totum de patre docuit, mortemq; destruxit, cunctisq; immortalitatem resurrectionis repromissione largitus est, primitias eius suum filium corpus exuscitans, ac signo crucis ostendens, mortem eiusq; corruptionem esse superatam. Quæ cùm ita se habeant, manifestaq; sit probatio resurrectionis, habitæq; contra mortem à saluatore victoriæ. Age nunc Iudæorum quoq; incredulitatem, & irrisionem gentilium arguamus. Hęc enim Iudęi quidem non credunt, gentiles vero etiam irrident, crucí atq; incarnationi verbi turpitudinem obijcientes. Verùm nihil pigebit, contra vtrosq; pugnare, maximè cùm certa aduersus illos nobis argumenta non desint. Iudæi nanque de scripturis, quas & ipsi legunt, habent suæ infidelitatis interpretationem, cùm omnis diuinitus inspirata pagina ista futura prænunciet, sintq; dicta ipsa sole clariora. Prophetæ nanque dudum de miraculo virginis, nasciturogq; ex illa filio, ita prænunciant. Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus. Moyses autem ille magnus verãxque apud illos habitus, de incarnatiõe saluatoris dictum illud admodum probans, vtrunque cognoscens, ita posuit, dicens: Orietur stella ex Iacob, & homo ex Israel, & confringet duces Moab. Et rursum: Quàm pulchræ domus tuæ Iacob,

Resurrectionis fides.

Proprium est Dei nõ videri, sed ex operibus nosci.

Nota.

Christum nasci de virgine, & pro nobis pati ꝓphetarum vaticinijs adstruitur

A Iacob tabernacula tua Israel, quasi valles obumbrantes, & quasi paradisi super flumina, & quasi tabernacula quæ fixit dominus, quasi cedri iuxta aquas egredietur homo de semine ipsius, & dominabitur gentibus multis. Rursumque Esaias: Antequam sciat puer vocare patrem & matrem, accipiet virtute Damasci, & spolia Samariæ, coram rege Assyriorum. Quod igitur homo venturus sit, per hæc aperte prædicitur. Quod autem sit venturus omnium dominus, rursus ita prænunciat: Ecce dominus sedet super nubem leuem, & veniet in Aegyptum, & mouebuntur simulacra Aegypti. Nam deinde pater eum reuocat, dicens: Ex Aegypto vocaui filium meum, ne mors quidem ipsius reticeretur. Sed & nimis lucidè in sanctis exprimitur literis. Nam & mortis causam qui eam nõ propter se, sed pro omnium salute pertulerit, ludæorumq; insidias iniurias q; ab eis in illum irrogatas, dicere non timuerunt, vt nullus eorum qui ista non audierit, erroris aut ignorantiæ excusare se possit. Aiunt itaque: Homo in plaga constitutus, & sciens ferre infirmitatem, quia auersa eo facies eius, ignominia affectus est, nec reputatus, ipse peccata nostra fert, & pro nobis dolet, & nos reputauimus eum esse in dolore & plaga & afflictione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras. Disciplina pacis nostræ super eum, liuore eius nos sanati sumus. Admirare clementiam verbi, quia nostri gratia inhonoratur, vt nos honorabiles simus. Omnes enim, inquit, quasi oues errauimus, homo via sua oberrauit, & Dominus tradidit illum peccatis nostris, & ipse qui malè tractetur, non aperit os suum. Quasi ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente sine voce, sic non aperuit os suum, in humilitate sua iudicium eius ablatum est. Deinde, ne quis hominem esse communem ex passione suspicetur, suspiciones hominum præuenit, ipsiusque potentiam ac naturæ nobiscum dissimilitudinem prænun-

B ciat, dicens: Generationem autem eius quis enarrabit? Quia tollitur de terra vita eius, ab iniquitatibus populi ductus est ad mortem, & dabo iniquos pro sepultura eius, & diuites pro morte ipsius, quia iniquitatem non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, & dominus vult mundare illum à plaga. Sed fortè prophetias de ipsius morte loqui audiens, quæris etiam, vbinam de cruce signanter loquantur, addiscere. Ne id quidem ab eis omissum est, sed lucidè nimis & euidenter expressum. Primus itaque Moyses magna voce prænunciat, dicens: Videbitis vitam vestram pendere ante oculos vestros, & nõ credetis. Et qui post illum fuere prophetæ, de hoc rursus præcinuere, dicentes: Ego autem quasi agnus innocens ductus ad immolandum nesciebam, super me cogitauerunt malum, dicentes: Venite & mittamus lignum in panem eius, & conteramus eum de terra viuentium. Et rursum: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Diuiserunt vestimenta mea sibi, & super vestem meã miserunt sortẽ. Porrò sublimis mors in ligno perfecta, alia nõ est, q̃ crux. Rursumq; in nullo mortis genere fodiuntur manus & pedes, nisi in cruce sola. Quod verò saluatoris aduentu omnes vndiq; gentes Deum agnoscere cœperint, ne id quidem intactum reliquerunt prophetæ, sed huius quoque rei memoria in sanctis literis est. Erit enim, inquit, radix Iesse, & qui exurget dominari gentibus. In ipso gentes sperabunt. Hæc interim paucis pro fide gestorum. Cæterũ, scriptura omnis ludaicã castigat infidelitatem. Quis enim vnq̃ ex his, quos diuina tradit historia, iustis sanctisq; prophetis & patriarchis ex sola natus est virgine? Aut quænam absque viro mulier ad conceptum hominis idonea fuit? Nónne ex Adam ortus est Abel? Enoch ex Iared. Ex Lamech Noe, Abraham ex Thara, Isaac ex Abraham, ex Isaac Iacob? Nónne Iudas ex Iacob, Moyses & Aaron ex Abrahã? Nónne Samuel ex Helcana, Dauid ex Iesse? Nõne Solomon ex Da-

Christum cruci adfigendum prophetæ celauerunt

Generationes variæ

ex Dauid? Nónne Ezechias ex Achay? Nónne ex Amõ Iosias, Esaias ex Amos? C.
Nónne ex Elchia Hieremias, & Ezechiel ex Buxi nati sunt? Nónne singuli habuere patrem, & generationis autorem? Quis ille ergo est, quem sola edidit virgo? Magna nempe huius significandi prophetæ cura fuit. Cuius autem ortum stella præcurrit in cœlis, natũmque significauit orbi? Natus nanque Moyses, occultatus à parentibus est. Dauid natiuitas ne vicinis quidem agnita est, quandoquidem nec magnus quidem ille Samuel ipsum agnoscebat, sed scisitabatur an esset adhuc Iesse alius filius. Abraham, vbi iam meritis insignis effulserat, à vicinis est cognitus. Enimuero Christi nati non homo testis, sed stella in cœlo apparens fuit, vnde ille descenderat. Quis vnquam genitus rex priusquam patrem aut matrem vocare posset, regnauit, & accepit hostium spolia? Nónne Dauid cùm triginta esset annorum, suscepit regnum, Solomonq; iam adultus regnare cœpit? Nónne Ioas annos natus septem, peruenit ad regnum? Nónne Iosias æuo posterior, sed meritis clarior, septem item annorum, imperium sumpsit? Sed hi tamen eam agentes ætatem, patrem aut matrẽ vocare poterant. Quis ergo est, qui fermè anteq; nascitur, regnat, & spolia hostiũ diripit? Quis huiusmodi fuerit rex Israel & Iuda, dicant Iudæi, in quem sperauerunt gentes omnes, ac pacem habuerunt, illisque non sint aduersatæ vndique. Quam diu enim stetit illa Hierusalem, bellum eis perpetuum fuit, omnésque pugnabant contra Israel. Assyrij nanque premebant, persequebantur Aegyptij, Babylonij vastantes vrgebant, & quod mirabilius sit, finitimos Syros hostes illi semper habuerunt. Nónne Dauid Moabitas oppugnauit, Syrósque concidit? Iosias nónne item vicinas obseruauit nationes? Et Ezechias iactantiam Sennacherib regis expauit? Nónne aduersus Moysem Amalech aciem instruebat, & Amorræi, qui Hiericho inhabitabant, Iesum Naue aduersabantur? Nullãque prorsus amicitiæ fœdera gentes cum Hierosolymis iungere poterant? Quis D
sit igitur in quem sperauerunt gentes, dignum reor inspicere. Esse enim aliquem oportet, quia non potest prophetia mentiri. Cuius item sanctorum Prophetarum, aut patriarcharum mors in cruce pro salute omnium legitur facta? Aut quis vulneratus, ac pro salute omnium occisus est? Quis igitur iustorum aut regum, in Aegyptum descendit, cuius descensu Aegyptiorum idola manu facta corruerint? Abraham nempe illuc descendit, sed tamen ad ingressum eius, idolorum minimè cultura quieuit. Moyses illic natus est, neque tamen feruere impietas, cultúsque sacrilegus destitit. Quis testimonio scripturæ manus ac pedes perfossus asseritur, aut in ligno pependisse, ac pro salute omnium in cruce fuisse consummatus? Abraham enim lectulo decubans, sancto fine quieuit, Isaac & Iacob, extensis pedibus, & ipsi moriuntur in lectulo. Moyses & Aaron in monte defecerunt. Dauid domi obijt, nullas à populis passus insidias. Etsi enim inquisitus à Saul fuit, illæsus tamen (Deo protegente) seruatus est. Esaias sectus quidem est, sed non in ligno suspẽsus. Hieremias iniurijs affectus est, non tamen cruce damnatus interijt. Ezechiel passus est, non pro salute populi, sed qui aduersus populum futura signaret. Deinde hi cùm paterentur, homines erant, nullo cæteris natura dissimiles. Qui verò per scripturas significabatur, pro omnium salute passurus, non homo simpliciter, sed vita omnium dicitur, & per naturam hominibus similis. Videbitis enim, inquit, vitam omnium pendentem coram oculis vestris, & generationem eius quis enarrabit? Nam si quis superiora repetens quærat, inueniet per singulos sanctos, quis vnde fuerit, vbique sit natus. Eius verò, qui vita est, generationem esse inenarrabilem scripturæ diuinæ significant. Quis ergo est, de quo sanctę literę loquuntur, aut quis eius merita de quo prophetæ tanta denuncient? At alius nemo in scripturi.

Prophetias non nisi Christo cõgruere.

Nullũ ante Christi aduentum inter Iudæos & gentiles fœdus initũ.

Iudæorũ error confutatur.

Quo genere mortis patriarchæ cæteriq; pphetæ mortui sunt.

Soli Christo pphetarũ vaticinia congruere.

A pturis inuenitur, nisi communis saluator omnium Deus, Verbum dominus noster Iesus Christus. Hic enim qui natus ex virgine, & homo in terris visus, inenarrabilem habet secundum carnem generationem. Neq; enim est, qui possit eius secundum carnem se patrem dicere, cùm ipsius corpus non ex viro, sed ex virgine sit sola procreatum. Quemadmodum ergo Dauid Moysi, patriarcharumq; reliquorum patres retexere per generationem seriem possumus, ita saluatoris secundum carnem generationem, ex viro enarrare, nemo est qui possit. Hic igitur est, qui stellam signare fecit corpoream natiuitatem suam. Oportebat enim, vt quod de cœlo descenderat verbum, cœlesti quoque signaretur indicio, prodiensq; ex vtero creaturæ omnium rex, apertè toto terrarum orbe nosceretur. Denique in Iudæa natum, ex Perside supplices adorare venerunt viri. Hic est, qui & antequam nasceretur in carne, contra aduersarias potestates victoriam cœpit, trophæaq; aduersus idololatriam tulit. Omnes igitur ex gentibus vndique confluentes, adiurata consuetudine patria, & impio idolorum cultu in Christo spem ponunt, eique seipsos deuouerunt. Id autem quotidiano experimento haurire oculis licet. Nunquam enim alias Aegyptiorum quieuit impietas, nisi cùm Dominus omnium corpore illuc descendit, ac si nube deuectus, profligatóque errore idolorum, omnes ad se, & per se ad patrem transtulit. Hic est crucifixus Deus noster, sole teste & creatura omni, eique sibi impias iniecere manus, cuius morte salus omnibus quæsita, & creatura omnis redempta est. Hic est omnium vita, qui quasi ouis pro salute omnium tradidit in mortem corpus suum, licet id Iudæi credere abnuant. Quibus, si satis ista non sunt, vel ex alijs quæ apud eos itidem leguntur, saeris eloquijs credant. De quo enim dicunt prophetæ: Manifestus factus sum non quærentibus me, inuentúsque ab his, qui non interrogabant me. Dixi, ecce sum genti, qui non

B inuocauerunt nomen meum, expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem. Quis ergo est, qui manifestus factus est, vt Iudæos percontemur (Nam siquidem propheta est, dicant quando delituerit, vt postea manifestatus sit: Quis autem hic Propheta est, qui ex abditis manifestus apparuit, manúsque suas expandit in cruce? Iustorum profectò nemo, solus itaque Dei filius est. Qui cùm sit incorporalis per naturam, propter nos apparuit in carne visibilis, ac pro salute nostra passus est. At verò sinè istud quidem illis sufficit, vel ex alijs admoneantur tam apertè veritati non reluctari. Ait enim scriptura: Confortamini manus remissæ, & genua resoluta roboramini, qui pusillo animo estis, exhortamini, confortamini, nolite timere, ecce Deus noster iudicium retribuit, ipse veniet & saluabit nos, tunc aperientur oculi cęcorum, & aures surdorum audient. Tunc saliet claudus quasi ceruus, & diserta erit lingua mutorũ. Quid igitur & de hoc dicere possunt? Anad id quoque contra obsistere audebunt? Prophetia nempe Deum aduenire denunciat, signáque, & aduentus eius tempus insinuat, tunc enim fore, vt aspiciant cæci, claudi ambulent, audiant surdi, mutorúmque lingua soluatur, cùm aduenerit Dominus prædicant. Quando igitur in Israel hæc facta sunt signa, aut vbi in Iudæa tale aliquid contigit, dicant: Leprosus mundatus est Naaman, sed surdus minimè audiuit, neque claudus ambulauit. Mortuum suscitauit Helias, Heliseus similiter, sed cæcus à natiuitate non vidit. Magnum quidem re vera est suscitare mortuum, non tamen huiusmodi, quale est patratum à saluatore miraculum. Nam profecto scriptura, quæ suscitatum mortuum retulit, leprosumq; mundatum, si claudum ambulare contigisset, cæcúmque respicere, id dicere non omisisset. Quia verò ista non retulit, constat ea, neque prius facta fuisse. Quando igitur hæc facta sunt, nisi cùm ipse Deus, Dei verbum in carne ad homi-

Natiuitas Christi cõuenienter per stellã signata est

Signa & miracula fecisse Christum quæ nemo alius fecit

ad homines venit. Quando enim aduenit ille, tunc ambulauerunt claudi, muti locuti sunt, & surdi audierunt, cæciq; à natiuitate viderunt. Idcirco enim & Iudæi hæc signa videntes, vt qui nunquam alias hęc facta compererunt, admirati dicebant: A seculo non est auditum, quoniam aperuit quis oculos cæci nati: Nisi esset hic à Deo, non posset facere quicquam. Sed forsitan & ipsi aduersus tam aperta resistere, & contraire non valentes, non quidem scripta negabũt, sed expectare se ista, nondumq; Dei verbum aduenisse adseuerabunt. Hoc enim vltro citroq; iactare non desinunt. Neque erubescunt aduersus apertam veritatem ęs se impudentes. Sed cũ hoc euidentius, quàm de cæteris conuincendi sunt, non à nobis, verùm à sapientissimo Daniele, qui & præsens tempus, & diuinum saluatoris prędicauit aduentum, dicens: Septuaginta hebdomadæ abbreuiatę sunt super populum tuum, & ciuitatem sanctam, vt consummatur peccatum, & signetur peccatum, & deleatur iniustitia, & propinetur iniquitas, abducaturq; iustitia sempiterna, & signetur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum, & scies & intelliges, ab exitu sermonis, & discernatur & ędificetur Hierusalem. Vsque ad Christum ducem forassis, in cæteris qualem, inquam, occasionem inuenire possunt, & in futurum tempus differre, quæ scripta sunt. Quid autem ad hęc dicere, aut contrà aspicere audebunt, vbi & Christus signanter exprimitur & vngitur, non homo simpliciter, sed sanctus sanctorum esse describitur, & vsque ad ipsius aduentum Hierusalem constare prædicitur, ac deinceps quietura prophetia, & visio in Israel prænunciatur. Vncti quidem olim sunt Dauid & Solomon, & Iezechias. Sed rursus Hierusalem & locus iste constabat, & prophetię futura præcinebant. Gad, Asaph, & Nathan, & post illos Esaias, Osee, Amos, & reliqui. Ad hęc illi qui vncti sunt, homines sancti vocabantur, non sancti sanctorum. At verò, si obijciant captiuitatem, ac per eam Hierusalem non stare contendant, quid de prophetis quoque dicturi sunt: Nam cùm olim populus in Babylonem duceretur, erant illic Daniel & Hieremias, prophetabantq; Hiezechiel, Haggęus, & Zacharias. Fabulosa igitur Iudæi prosequuntur, & adesse modò tempus dudum prædictum, scire ac nosse dissimulant. Quando enim cessauit prophetia, aut visio ab Israel, nisi modò cum sanctus sanctorum Christus aduenit: Signum enim euidens, magnumq; aduentus sui indicium est, iam non stare Hierusalem, nec prophetiam ex Iudęis exurgere, neque visionem eis reuelari, & iustissimè id quidem. Nam cùm is qui significabatur aduenerit, qui vltra opus est vmbris: Idcirco enim & illi tam diu prophetabant, donec veniret ipsa iustitia, & qui cunctorum peccata redimeret. Ideo & Hierusalem diutius constitit, vt illic se prius ad veritatis typos exercerent. Meritò itaq; præsente sancto sanctorum, signata est visio & prophetia, Iudæorumq; desijt regnum. Tam diu enim apud eos vncti sunt reges, quoad sanctus sanctorum vngeretur. Moyses quoq; ad illum vsque perseueraturum regnum Iudæorum prædicens, ait: Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de fœmoribus eius, donec veniat cui repositũ est, & ipse erit expectatio gentium. Vnde & saluator ipse clamabat: Lex & Prophetæ vsq; ad Ioannem prophetarunt. Siquidem igitur apud Iudæos nunc aut regnũ, aut prophetia, aut visio, rectè forsitan Christum inficiantur venisse. Si nautem nihil horum penes eos inuenitur, clausaq; iam & signata sunt omnia, capta ciuitas, incensum templum, quid in id præuaricationis impietatisq; profluunt, vt cùm facta omnia cernant, horum autorem Christum Dei filium negent? Cur gentiles idola deserere, ac per Christum in Deum Israel sperare cernentes, abnegent eum, qui de radice Iesse (secũdum carnem) iam natus est, Christum? Nam si quidem Deum alium gentes adorarent, quàm Deum Abraham, Isaac, Iacob & Moysi, non iniuria occasiones obtenderent, negarentq; aduenisse Deum. Porrò

C

D

Euidentissima signa Christum iã venisse.

Iudæorũ arguitur infidelitas & peruicacia.

si eum

A si eum, qui Moysi tradidit leges, & Abrahæ promissiones dedit, cuius verbum spreuere Iudæi, hunc gentes colunt Deum, cur non agnoscunt? imò cur sponte despiciunt, auertuntq; oculos ne videant eum, quem scripturæ prophetabant, illuxisse orbi, atq; apparuisse corpore eum, sicut sanctæ literæ continent: Dominus Deus apparuit nobis. Et rursus: Misit verbum suum & sanauit eos. Et iterum: Non legatus, non angelus, sed ipse dominus saluauit eos. Idem verò fermè patiuntur, ac si quis mente captus, terram illustrari sole cerneret, eiusq; illustrationis autorem solem denegaret. Quid enim amplius is habet, qui ab eis expectatur, cùm venerit facere? Vocare gentes? At iam vocatæ sunt. Finem prophetiæ ac regno, visionique imponere? hoc item factum est. Idolorum prophanos, impiosq; cultus arguere? Et hoc iampridem ille admirabili diuinaq; virtute operatus est. An verò destruere mortem? Deuicta quidem illa est, penitusq; deleta. Quid ergo restat faciendum, quod Christum facere oportuit, quidve implendum reliquum est, vt Iudæi suam perfidiam tueri possint? Si enim, vti nunc cernimus, neque regnum, neque prophetia, neque sacrificium, neque visio apud eos est, omnisq; orbis Dei agnitione plenus est, omissaq; impietate gentiles ad Deum Abraham, per verbum dominum nostrum Iesum Christum tota fide confugiunt, constat profectò (quantumlibet illi impudẽtes sint) aduenisse Christum, ipsùmque omnes suo illustrasse lumine, ac de patre suo veritatem docuisse, rectissimamq; doctrinam tradidisse mundo. His igitur & huiusmodi plurimis de scripturis sanctis Iudæos arguere, & conuincere possumus. Gentiles verò quis non summè admiretur, ea ridentes, quæ minimè sunt irrideda, atq; in suo errore perdurantes, quo ligna & lapides pro Deo miserabili cæcitate venerantur? Verùm cùm sit veritatis ratio, & causa probationibus non inferenda, age hos quoque probabilibus rationibus, his quoque nobis maximè conspicuis confutare studeamus. Quid oro ineptum, quid risu dignum apud nos est? An quod verbum apparuisse dicimus carne vestitum? Atqui hoc & ipsi iustissimè factum confitebuntur, siquidem fuerint studiosi veritatis. Nempe enim si Dei verbum esse negant, stultè omnino irrident, quod ignorant. Si autem verbum Deum esse confitentur, eumq; mundi principem, in quo pater cuncta creauit, huiusq; prouidentia illustrari & viuificari, & esse omnia, ipsumq; super cuncta regnare, vt ex prouidentiæ operibus ipse noscatur, & per ipsum pater, perquàm sanè ineptè contra se risum, dum nesciunt, mouent. Mundum hunc magnum corpus esse aiunt gentilium sapientes, verissimè id quidem, videmus enim illũ, eiusq; patres nostris ingerunt se sensibus. Si igitur in mundo, quod corpus non negant, Dei verbum est, cunctáque ipsius simul ac singula peruagatur, quid aut mirum, aut incongruum dicimus, si hominem quoq; ipsum subijsse fateamur? Nam si omnino indignum putant, ipsum in corpore apparuisse, indignum dicant, & hanc omnem mundi machinam perlustrare, & omnia sua prouidentia mouere atq; moderare. Corpus enim & hoc totum est. Si autem mundum ab eo perlustrari, & in toto nosci ipsum decet, profecto & in humano ipsum apparere corpore, idq; ab eo illustrari, atque ad operandum excitari non indecens erit. Pars enim totius, ipsaq; non vilis, genus humanum est. Et si partem instrumentum eius fieri, ad notionem deitatis mortalibus insinuandam, indecens est, ineptissimum erit, & per totum ipsum insinuari Deum. Sicut enim cùm totum corpus ab homine agatur & illustretur, si quis indignum dicat, etiam in digito pedis hominis esse virtutem stultissimus habetur, quippe qui in toto ipsum esse & operari fateatur, in parte denegentia & qui fatetur & credit Deum, Dei verbum in toto esse cunctaq; ab eo & illustrari & moueri, non indignum arbitrabitur humanum etiam corpus ab illo agi atq; moueri. Porrò, si quia genitum est,

Vocatio gentium.

Gentilium error coarguitur.

Nõ esse indignũ verbũ patris apparuisse carne vestitum.

& ex non existentibus conditum genus humanum, idcirco indecenter nos ad- C
ferre putant humanum ad homines saluatoris aduentum, ipsum hac ratione
à creatura quoque omnium deturbabunt. Et ipsa enim ex nihilo per verbum,
vt esset, condita est. Si autem cùm sit facta creatura, indignum non est, in ea
esse verbum, ne in homine quidem esse indignum erit. Nam quæcunque de to-
to cogitaueris, ea de parte quoq; intelligas, necesse est. Pars autem totius, vt præ
Nota. dixi, & homo est, igitur in homine esse verbum, nulla ratione indignum est,
omniaq; ab ipso & in ipso agi & moueri, atque viuere, sicuti ipsorum etiam scri
ptores dicunt, quia in ipso viuimus, mouemur, & sumus. Quid ergo risu digni
dicimus, si in quo est verbum, eo ad demonstrationem sui, acsi instrumento
vtitur? Nam si in illo non esset, vti profecto ipso nequiuisset. Si autem, vt an-
tè iam dedimus, in toto, & in singulis est, quid mirum aut incredibile dicimus,
si verbum in his, in quibus est, seipsum manifestare fateamur? Quemadmodũ
in viribus suis, totus in singulis atq; omnibus præsens, suauiterq; disponens om-
nia, si per solem, aut lunam, aut cœlum, aut terram veniisset, aut aquam, nullus
ipsum incongruè voce vsum esse dixisset, & se, ac patrem suum intimasse, cùm
simul contineret omnia, atque in omnibus, ita & in ipsa parte esset, ac seipsum
inuisibiliter panderet, ita neque dici indignum potest, si cùm disponat omnia,
cunctáque viuificet, seq; per homines notum fieri voluerit, instrumento huma-
Apta simi ni corporis, ad manifestationem veritatis, patrisque cognitionem, vti summa
litudo. pietatis voluerit. Pars quippe totius, vt suprà iam diximus, & homo est. Et sicu
ti mens, cùm in toto diffusa sit homine, ex parte tamen corporis, id est, lingua,
signatur. Neque tamen ideo quisquam mentis substantiam dicit imminui. Ita &
verbum, cùm per omnia sit, indignum aut indecens minimè videri debet, si
humano vti voluerit, ad se ac patrem indicandum, instrumento, Nam si, vt iam
diximus, indecens est, corporis vti instrumento, indecens erit ipsum & in toto D
esse. Quòd si obijciant, cur non per alias præstantiores creaturæ partes appare-
re voluerit? & pulchriore instrumento, sole scilicet, aut luna, aut stellis, vel æthe-
Cur in ho re, aut igni vti, sed tantum homine. Sciant dominum non ostentandi, sed cu-
mine potius quã in randi ac docendi homines gratia venisse. Ostentantis nanque erat apparere so
alia quauis creatura apparere Deus voluerit. lum, præsentésque virtute ac maiestate terrere. Curantis verò ac docentis
non modò aduenire, verùm indigentium commodis vtilitatíque prospicere.
Atque ita vt hi qui patiuntur, ferre possint, se præbere visibilem, ne si se ad pati
entium non cohibeat modum, perturbet opis egentes, inutilisq; illis sit aduen-
tus Dei. Nulla igitur creaturæ pars, à diuina cognitione deuiauerat, nisi solus ho
mo, videlicet non sol, non luna, non cœlum, non sidera, non aqua, non æther, suo-
os immutauerunt ordines, sed omnia opificem ac regem suum Deũ verbũ agno
scentia, vt sunt condita, permanent, soli homines auersi à vero, iã quæ non erant,
sibi pro veritate finxere, diuinosq; honores dæmonibus, atq; homínibus in lapi
dibus ac lignis, stulti amentesq; detulerunt. Vnde nõ immerito, quòniã Dei bo
Solus ho nitate indignũ erat, tantam operis sui non curare iacturã, cùm nequirẽt homi-
mo ordi- nes in tota mundi machina gubernantem ac regentem cuncta cognoscere, par-
nem sibi a tem totius assumens sibi, corporis scilicet humani instrumentum illud præcipuè
Deo datũ peruertit. subijt. Vt quia se non poterant in toto cognoscere, vel in parte, illis se noscibi-
lem faceret. Et quoniam in inuisibilem ipsius virtutem intendere non valebãt,
vel ex sibi similibus cogitare ipsum atque intelligere possent homines. Quippe
per conditionis suæ corpus, eiusque diuina opera, celerius atque vicinius ipsius
nosse poterant patrem, cùm anima duerterent, non humana, sed diuina esse o-
Rationes pera, quæ ab eo gererentur in carne. Sin verò iuxta illos indignum fuit verbũ
notandæ. per opera corporis nosci, indignum item sit ipsum ex operibus creaturæ totius

agnosci,

A agnoſci. Sicut eñ cùm ſit in creatura, nil habet cum creatura commune, ſed magis omnia virtuti ipſius potentiæq; cõmunicant, ita & corporis inſtrumẽto vtẽs, nihil ipſius inquinationis attraxit, ſed ipſum potius ſanctificauit corpus. Si eñ Plato ille apud gentiles admirabilis ac ſummus, ait genitorem mundi Deum, cùm ipſum iactari fluctibus cerneret ac periclitari, in locũ diſſimilitudinis vergere, inſidentem gubernaculis animę, tuliſſe opem, & emendaſſe peccata oñia, quid iam nos incredibile dicimus, ſi oberrante humano genere, Dei verbum illi inſediſſe, hominemq; apparuiſſe aſſeramus, vt iactatum fluctibus ſua gubernatione ac benignitate ſeruaretur. At fortaſſe pudore conſentient, dicẽt tamen oportuiſſe Deum, cùm ſaluare homines & erudire decerneret, id ſolo nutu perficere. Neq; ipſius verbum debuiſſe corpus attingere, ſicuti & pridẽ fecerat, cum ex non exiſtentibus conderet omnia. Sed hanc illorum obiectionem hac ratione refellimus. Olim quidem cùm nihil vnq; eſſet, ad creanda omnia, nutu ſolo ac voluntate opus erat. Vbi verò factus eſt homo, exegitq; neceſſitas, non ea quæ non erant, ſed quæ iam fuerant creata, curare, debuit ſaluator & medicus, in his apparere, quæ fuerant condita, vt & quæ iam erant facta, curaret. Factus autem fuerat homo, ideo & humano inſtrumẽto vſus eſt corpore. Quonam verò modo alio præbere ſe viſibile debuit verbum, cùm vti inſtrumẽto decerneret? Aut vnde hoc oportuit ſumere, niſi ex his, quæ iam fuerant condita, erantq; ipſius diuinitate ſeruanda? Neq; enim, quæ non erant, ſalute indigebant, vt ſolo agere præcepto ſufficeret. Sed homo, qui iam cõditus, in corruptionem mortemq; defluxerat. Quocirca rectiſſimè omnino humano inſtrumento vti inſtituit, ſeq; in omnia Dei explicuit verbum. Et hoc præterea ſciendum, q̃ ſemel inuecta corruptio non extra corpus erat, ſed ipſi potiſſimum acceſſerat corpori, eratq; neceſſarium, vitam illi pro corruptione ſuccedere. Vt ſicuti in corpore cõtigerat mors,

B ita in ipſo & vita contingeret. Si enim exterius erat corporis mors, extrinſecus vita quoq; illi accedere debuit. Porrò, ſi corpori congreſſa mors, illudq; complexa ſuperauerat, neceſſariò & vita debuit congredi corpori, vt corpus vita veſtiret, mortemq; deijceret. Ad hæc, ſi extra corpus, & non in ipſo fieret verbum, mors quidem ab eo naturali poteſtate vinceretur. Quippe qui vitæ nequiret obſiſtere, nihilo minus tamen permaneret in corpore ſemel inuecta corruptio. Idcirco neceſſariò omnino ſaluator induit corpus, vt vitæ connexum non iam qua ſi mortale permaneret in morte, ſed vt iam immortalitate veſtitum per reſurrectionis gloriam immortale permaneret. Nam quod erat ſemel corruptione indutum, nunquam profectò reſurgeret, niſi indueret vitam. Præterea mors ipſa per ſe, niſi in corpore apparere non poſſet, ideoq; induit corpus, vt inuentam in corpore mortem aboleret. Qua enim ratione ſe dominus oſtenderet vitam, niſi quod mortale inuenerat, viuificaret? Quemadmodum ſtipula cùm ab igne corripitur, ſi quis ab ea ignis arceat impetum, permanet nihilo minus ſtipula, ignisq; expaueſcit naturaliter minas, à quo ſolet abſumi. Cęterùm, ſi quis ſtipulam multo illiniat amiantho, quod ignis impetum eludere fertur, non ignem nutrit ſtipula contraria vi ſubnixa amianthi. Pari ratione & de corpore, & de morte dixerimus. Si enim ſolo iuſſu ab illo eſſet prohibita mors, eſſet tamen rurſus corruptibile atq; mortale iuxta rationem corporum, quod vti ne fieret, incorporale Dei induit verbum, atq; ideo iam nec mortem, nec corruptionem pertimeſcit, cùm ſit indutum vita, omnium in illo corruptione deleta. Pleno igitur rationis ordine, Dei verbum corpus aſſumpſit, humano inſtrumento vti voluit, vt & viuificaret corpus, & ſicut in creatura per opera noſcitur, ita & in homine operaretur, ac per id vbique noteſceret, nihil ſua diuinitate & ſcientia vacuum relinquens. Rurſusq; enim priora repetens, dicam: Idcirco ſaluator hoc fecit, ſicut

Mundũ a Deo factũ Plato credidit.

Creata ſunt oia ſolo nutu opus erat ex diuina voluntate in reparatione vero etiã corporis aſſumptõe.

omnia vbiq; præsens implet, ita & omnia scientia & sui agnitione compleret, sicuti & diuina scriptura testatur: Impleta est omnis terra cognitione dei. Siue enim in cœlũ quis intẽdit, eius ordinem distinctionemq; miratur, siue id nõ valens, in homines tantum intuetur, animaduertit per opera Dei in hominibus incorporalem vim, agnoscitque hunc solum Deum, Deiq; verbum esse. Siue dæmones miratur attonitus, videt ab ipso illos effugari, illorũmque dominum iudicat. Siue ad aquam deuolutus, lapsus causa Deum existimat, sicut Aegyptij, qui illam colunt, hanc ab illo immutari considerat, agnosciq; dominum illius esse conditorem. Siue ad inferos lapsus, illic heroas miratur vt deos, huius resurrectionem atque aduersus mortem victoriam cognitam, reputat Christum solum verum esse dominum ac Deum. Omnes quippe creaturæ partes attigit dominus, omniáque liberauit. Atque, vt Paulus ait: Principatus ac potestates exuit, & eas in cruce triumphauit, ne quis iam fallí ac decipi possit, sed vbique verum Dei inueniat verbum. Ita enim vndique conclusus homo, & vbique in cœlo, in inferno, in homine, in terra, verbi deitatem lucere conspiciens, non iam de Deo fallitur, sed hunc adorat solum, ac per ipsum ritè patrem agnoscit. His gentiles quoque probabilibus rationibus victi, fortè acquiescent. Si autem minus ea sibi sufficere existimant, vel ex his quæ ante oculos omnium apparent, eorum quæ dicimus, eliciant fidem. Quando enim idolorum cultum deserere homines cœperant, nisi ex quo salutare Dei verbum illuxit terris, & hominem induit? Quando apud gentiles falsa vbique vaticinia, deorum conticuere responsa, nisi cùm se mundo saluator ostendit? Quando hi, qui apud poëtas dij heroesq; dicũtur, homines fuisse mortales deprehensi sunt, nisi ex quo dominus trophæum retulit mortis, & quòd acceperat corpus, incorruptum seruauit, illud à mortuis excitans? Quando item dæmonum fallacia, insaniáqne contempta est, nisi cùm Dei virtus verbum, & horum, & omnium dominus mortalium, infirma miseratus apparuit? Quando magiæ præstigiosa ars atque doctrina, calcari vbique cœpta, nisi quum diuina verbi apparitio insinuata est mundo? Quando denique gentilium sapientia stulta facta est, nisi cùm vera Dei sapientia sese terris apparuit? Dudum enim orbis omnis, omniq; locus, falsáque dæmonum cultura tenebatur, nihilq; aliud quàm simulacra deos homines putabant. At nunc per omnem orbem idolorum superstitionem homines linquunt, atque ad Christum confugiunt, Deumq; ipsum adorantes, per eum etiam, quem antè non nouerant, patrem agnoscunt. Et quod est omnino mirabile, cùm sint variæ & infinitæ culturæ, locáque singula proprium habeant Deum, nec possit is, qui apud singulos dicitur Deus, vicinos transgredi limites, vt proximos quosque se colere inducat, vix apud suos diuinis fruatur honoribus. Nullus enim proximi cuiusque Deum veneratur, sed quisque suum idolum obseruat & colit, ipsum esse omnium Deum putans. Solus Christus apud omnes vnus, & vbiq; adoratur. Quodque deorum facere nequiuit infirmitas, vt vel vicinas nationes ad sui inducere cultum, id Christus effecit. Qui non vicinas modò regiones, sed omnem prorsus orbem fua sit, vnum & eundem dominum colere, & per eum ipsius patrem venerari. Ad hæc olim quidem omnia falsis vaticinijs vbique plena erant. Delphis nanque, Dodonæ, Bœotia, Lycia, Libya, Aegyptus, Cabiri, & Pythia huiusmodi miraculis celebrabãtur, erantq; in admiratiõe & honore mortalibus. Nũc verò quando prædicatio Christi innotuit mundo, conticuere omnia, nec iam vllus apud eos vates, nulla surẽtium vaticinatio est. Ac prius quidem hominibus dæmones phantasijs varijs illudebant, fontes, aut flumina, aut ligna, aut lapides præoccupantes, atque ita præstigijs inanibus fallebant stultos. Vbi verò diuinus reuelatus est saluatoris aduẽtus, inanis horum pompa cessauit. Signo enim

C

D

Oīs creatura testimonium perhibet verbo dei

Nato christo præstigia, imagicas artes, idolorum cultum & falsa vaticinia sinẽ accepisse,

cruci

A crucis tantum vtens homo, omnes horum fallacias pellit, & antea quidem quos poetæ dicunt deos, Iouem, Saturnum, Apollinem, heroas mortales colebant, eosq; venerantes errabant. Vbi verò mundo saluator apparuit, illi mortales fuisse deprehensi sunt, solusq; Christus hominibus innotuit Deus verus, Deiq; filius. Quid autem de magia dicimus, quam illi in primis admirati sunt? Præualuit illa quidem ante saluatoris aduentum apud Aegyptios & Chaldæos & Indos, intuentesq; in stuporem vertit. Postea verò quàm reuelata est veritas, & verbum caro factum est, detecta illa penitus atque destructa est. Porrò de gentili sapientia, philosophorumq; magniloquentia, nihil opus esse arbitror vti rationibus nostris, cùm liceat omnibus id miraculum haurire oculis. Qui cùm tam multa scripserint gentilium sapientes, neq; potuerint, vel paucis vi illa ac tumore dicendi persuadere immortalitatem, ac virtutis vitam. Solus Christus paucis|purisque verbis, per homines simplices & imperitos, tam innumeros per orbem induxerit hominum populos, contemnere mortem, immortalia sapere, despicere temporalia, atque ad æterna aciem mentis intendere, nihilq; æstimare terrenam gloriam, & solis inhiare cœlestibus. Hæc autem quæ dicuntur à nobis, non verba tantum sunt, sed habent ex experimento ipso veritatis testimonium. Adsit enim qui vult, atque in Christi virginibus imaginem probitatis aspiciat, admiretur adolescentiam, fulgore castitatis illustrem, immortalitatisq; fidem in illo innumerabili martyrum grege conspiciat. Veniat, qui harum rerum experimenta quærit addiscere, ipsius scilicet dæmonum pompæ, diuinationumq; falciæ, & magiæ mirabilium vtatur signo ridiculæ, vt ipsi putant, crucis, Christum solum modo nominans, videbit per ipsum fugari dæmones, vaticiniaq; conticescere, & magiam oẽm, omneq; veneficium destrui. Quis igitur, qualis, quãtusq; sit Christus, qui nomine suo atq; præsentia hæc omnia operuit atq; fugauit, solusq; præualuit, & orbem totum doctrina sua & prædicatione repleuit. Dicant nimium ridiculosi, & sine vllo verecundiæ rubore gentiles. Nempe, si homo ille est, quo pacto valuit homo omnes deorum suorum vires excedere, eósque nihil esse, sua virtute monstrare? Sin verò magum illum dicunt, qua ratione potuit magis magiæ finem imponere, cuius erat muneris ea magis adferere? Nam siquidem homines vicisset magos, aut aduersus vnum solum modo præualuisset, rectè hunc putarent artis eminentia cæteris excelluisse. Porrò, si contra oẽm magiam, ipsũmque magiæ nomen, crux eius victoriam retulit, constat profectò, saluatorem non fuisse magum, quem acciti à magis alijs dæmones, vt dominum fugiunt. Quis ergo iste sit, dicant, qui soli irrisioni student gentiles? At fortasse dæmonem & ipsum fuisse, atque ideo in tantum præualuisse dicẽt, sed ita quoque ridiculi prorsus euadent. Nam superiori ratione facilè conuinci possunt. Quo enim modo dæmon esse aut dici potest, qui dæmones fugat? Si enim dæmones simpliciter pelleret, putari posset in dæmonum principe contra inferiores viribus præualere, quod Iudæi quoque illi probro obijciebant. Cęterùm, si omnis insania dęmonum huius inuocatione propellitur, liquet & in hoc errare illos, necesse vt putant dæmonem dominum nostrum Iesum Christum. Igitur si neque homo solum, neque magus, neque dæmon aliquis saluator est, sed omnia insuper poetarum figmenta, omnémque dæmonum pompam, & gentilium sapientiam diuinitate sua pressit atque destruxit, constat profecto & apud omnes pro confesso habetur, hunc verè Dei filium, verbũmque & sapientiam, ac virtutem patris esse. Idcirco ne humana quidem sunt ipsius opera, sed super hominem, Deique re vera esse noscuntur. Quòd quum ex rebus ipsis, tum ex hominum collatione cognoscimus. Quis eñ ex omnibus, qui vnquam fuere mortalibus, ex virgine sola sibi corpus effecit? Quis vnquam

Magia apud Aegyptios, Chaldæos, & Indos, ante Christi aduentum præualuit

Crucis signo vel solo Christi noie mirabiliter fieri.

Explodi tur error dicẽtium Christũ in principe dæmoniorũ ejicere dæmonia.

hominum eiusmodi curauit morbos, qualis communis omnium Dominus? C
Quis id, quod per naturam deerat, reddidit, & à natiuitate cæco restituit lumen? Aesculapius apud eos diuinis honoribus colitur, qui medicinæ arte claruerit, herbarúmque viribus aduersus incommoda corporis sit vsus, quum non ipse eas ex humo produxerit, sed naturali arte adinuenerit, sed ista quid momenti habent, si Saluatoris comparentur operibus? Ille enim non vulnus curauit, sed naturam effinxit, corpúsque restituit. Hercules apud eos adoratur vt Deus, qui aduersus æquales homines pugnando præualuit, ferásque dolis & arte peremit. Quid hæc ad ea, quæ à Saluatore patrata sunt? Morbos enim ille, ac dæmones, & mortem ipsam ab hominibus repulit. Libero patri cultum illi exhibent, qui ebrietatis magister hominibus fuerit. Saluator noster Dominus castitatis ac frugalitatis præceptor, irridetur ab eis. Sed sunt sanè ista illorum opera, quid ad reliqua ipsius diuinitatis insignia. Quonam quæso moriente homine obscuratus est sol, terráque commota? Ecce quàm multi modò moriuntur homines, & hactenus mortui sunt, quando aliquod in eis eiusmodi miraculum contigit? Atque, vt ea missa faciam, quæ per corpus effecit, & ea memorem, quæ post ipsius resurrectionem corporis sunt facta miracula. Cuius vnquam hominum doctrina à finibus ad fines terræ, per omnes vna eadémque propagatione præualuit, vt per orbem vniuersum ipsius religio, cultúsque manaret? Aut si homo, iuxta illos CHRISTVS est, & non Dei verbum, cur ab eorum diis prohibitus non est, suam vbique propagare culturam, illorúmque per sua decreta quorumcunque loca destruere? Verbum enim ipso aduentu suo atque doctrina, prophano cultui finem indixit, omnémque dæmonum fallaciam omnino pessundedit. Plurimi eatenus fuerant reges, multíque tyranni, apud Chaldæos, Aegyptios, & Indos, sapientes & magi fuisse traduntur. Quis vnquam D
horum non dico post mortem, sed viuus adhuc, orbem totum doctrina sua implere præualuit, tantámque multitudinem à simulacrorum vana superstitione conuertere, quantam Saluator noster ad se, ab idolis transtulit? Gentilium philosophi verborum vi, ac dicendi arte instructi complura scripsere, quid ergo omnis horum lis, si cruci CHRISTI conferatur, appareat? Vix enim illi paucis, quoad vixere, argutijs suis persuadere potuerunt, sed quod posse videbantur, admittebant, dum & secum ipsi dissiderent, & aduersum se inuicem perpetua dimicatione contenderent. At contrà, Dei verbum maximo profectò miraculo, nudis, apertísque dictionibus docens, sapientissimos illos, & dicendi acrimonia pollentes obtriuit, illorúmque inuenta destruxit, cunctos ad se attrahens, & ecclesias suas felici semper incremento multiplicans. Quis illud satis dignè miretur, qui vt homo degustata morte, sapientum illam magníloquentiam, in deorum suorum laudes personantem, tanta facilitate compescuit, inanissimámque monstrauit? Cuius enim vnquam mors dæmones expulit? Cuius, inquam, mortem dæmones, vt Christi, timuerunt? Vbi enim Saluatoris nomen edicitur, inde dæmonia fugantur omnia. Quis vnquam animarum perturbationes tanta autoritate sedauit ac sustulit, vt nequitiæ libidinis deditos, castimoniæ studere, homicidas abijcere gladios & qui antea fuerant timidi, fortes iuberet & constantes euadere? Quis vnquam barbaras antea, ferocissimásque nationes, naturalem feritatem ac vesaniam ponere, pacémque sectari persuasit, nisi fides Christi, crucisq; signaculum? Quis alius immortalitatis fidem ita insinuauit hominibus, vt crux illa venerabilis Christi, corporísque ipsius resurrectio? Nempe gentiles quamlibet mentiri omnia soliti, nunquam tamen deorum suorum resurrectionem ausi

Aesculapius quod medicinæ arte claruit pro Deo habitus est

Quæ fuerint post resurrectionẽ corporis facta miracula.

sunt

A sunt fingere, id penitus conspicari non valentes, an post mortem possit esse iterum corpus. Qua in re illos quisque non ingratè suscipiat, quia ita sentientes, & imbecillitatem dijs suis applicarant, & Christo concessere potentiam, vt ex eo quoque apud omnes Dei filius esse noscatur. Quis vnquam hominum, aut in vita, vel post mortem, virginitatem seruare homines docuit, eamq; virtutem putauit esse possibilem? Atqui saluator noster, & rex omnium Christus, eam ita humanis affectibus insinuauit, vt & impubes pueri hanc tantæ excellentiæ virtutem sponte gestiant tota animi alacritate profiteri. Quis vnquam tantum terrarum peragrare potuit, & Scythas, Persas, Armenios, Gothos, & qui vltra oceanum, & Hyrcaniam esse dicuntur, Aegyptios quoque & Chaldæos penetrare, gentes, & magicæ in primis deditas, & vltrà quàm dici possit, superstitiosas ac singulariter teras, & de virtute, de pudicitia, veráque religione, contra simulacrorum cultum prædicare, vt omnium dominus, & Dei virtus Christus Iesus dominus noster. Qui non modò per Apostolos suos prædicauit, verùm feros illorum induxit animos, deposita feritate, deserere primos deos, ipsúmque cognoscere patrem, Deum per ipsum, & cum ipso venerari. Olim enim deorum suorum cultibus gentiles ac barbari diditi aduersum se inuicem bella gerebant, & contra propinquos immanes erant, nec poterat quispiam, aut terras, aut maria transire, nisi gladijs armasset manus, pro inexorabili contra se inuicem pugna, omnéque illis vitæ institutum per arma transibat, & erat illis pro baculo omníque adminiculo gladius. Cumque, vt prædixi, seruirent idolis, dæmonijsque litarent, nihil tamen ex illa superstitione ad ingenitæ feritatis emendationem profecere. Vbi verò ad Christi disciplinam contulere, tunc iam mirabiliter profectò mutati, compunctíq; animo, deposita immanitate cædium, non iam bella tractant animis, sed pacifica sunt illis omnia, amicitiámque & charitatem ad omnes totis affectibus seruant. Quis ergo hæc fecit, aut quis alternis feroces odijs in pace coniunxit, nisi filius dilectus patris, communísque seruator, ac dominus omnium Christus Iesus, qui omnia pro nostra salute sustinuit? Fuerant olim ista prædicta, & de pace, quam ille mortalibus contulit, scriptura signauerat, dicens: Concident gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces, non accipiet gens contra gentem gladium, nec discent vltrà bellare. Eius profectò prophetiæ fidem licet haurire oculis. Nam modò quoque barbari ingenita feritate, quamdiu idolis immolant, aduersum se inuicem feruntur insania, nec sine gladio, vel vnam horam manere patiuntur. Vbi verò doctrinam perceperint Christi, continuo omisso bellandi studio, ad agriculturam se conuertunt, & manus, quas olim armare ferro consueuerant, innocuas gaudent ad studium orationis expandere, ac pro bello, quod contra se inuicem conferebant, iam aduersus diabolum, ac dæmones arma corripiunt, eósque castitate ac virtute animi debellare nituntur. Est autem hoc paternæ deitatis indicium, quòd ab eo id didicerint homines, quod ab idolis nequiuerant discere. Est item dæmonum atque idolorum infirmitatis singulare documentum, haud enim imbecillitatis suæ ignari dæmones, idcirco homines aduersum se inuicem pugnare suadebant, ne si mutua contentione desisterent, aduersus dæmones bella consuescerent. Denique Christi discipuli minimè aduersum se pugnantes, aduersus dæmones moribus virtutísque actibus dimicant, illósque persequentes, eorum principi diabolo illudunt, vt in adolescentiæ feruore pudicitiam, in tentationibus patientiam, in laboribus tolerantiam perferant, iniurijs affecti taceant, nudatíque rebus suis pro nihilo ducant. Quódque mirabilius est, contemnant mortem & Christi martyres fiant. Atqv vt vnum illius diuinitatis præcipuum indicium dicam. Quis vnquam hó-

B

Solus Christus virginitatē seruare homines docuit

Discipulorū Christi virtus & patientia.

mini, siue ille magus, siue rex, siue tyrannus fuerit, aduersus tot hostes simul cō C
gredi potuit, contraq; omnem idololatriam, omnemq; militiam dæmonum, &
cunctam magiam, & totam gentilium sapientiam, tam validam, hactenusq; vi-
gentem, ac mouentem plurimos quiuit obsistere, omniaq; simul vno momento
debellare, sicuti dominus noster verus Dei filius: Qui cuiuslibet errores inuisi-
biliter arguens, solus ab omnibus spolia detrahit. Vt qui colebant idola, iam ip-
sa conculcent, qui magica insignes erant, impiæ vanitatis libros incendijs tra-
dant, sapientia clari, euangeliorum interpretationem omnibus præferant. Et
quos antea colebant deos deserentes, quem paulò ante crucifixum irridebant,
hūc supplici venerentur obsequio, Christū Deum esse verum confitentes, & q prius dicebant dij, signo crucis effugiāt. Cruci verò saluator adfixus, toto orbe Deus prędicatur ac dñs. Quosq; gentiles adorabant deos, vt fœdi iam turpesq; abij
cijantur ab ipsis cultoribus suis. Quiq; Christi doctrinā secuti honestius illis, &
castius viuunt. Hęc igitur & his similia, siquidē humana sunt, ostendat qui vul-
priorum quoq; huiusmodi fuisse facta. Sin verò non hominū illa, sed Dei opera
& videntur & sunt, quid adeò impij infideles q; sunt, vt non agnoscant horū pa-
tratorem dñm ac Deum esse? Idē em ferè patiūtur, q ij, qui ex creaturæ opificio
ipsius creatorē Deum intelligere nequeunt. Nam si ex virtute eius cuncta dispo
nente, ipsius diuinitatē intelligerent, agnoscerent profectò Christi quoq; in car-
neo opera non humana, sed saluatoris omniū Dei verbi esse, ipsaq; agnitione fre-
ti, vt ait Apostolus, nunq; dñm glorię crucifixissent. Quēadmodum igitur, si q;s
inuisibilem per naturā Deum, neminiq; conspicuum videre cupiat, ipsum ex o-
peribus illius agnoscit, atq; comprehendit. Ira & qui mentis oculis non intuetur
Christum, vel ex operibus corporis ipsum addiscat probetq;, humana ne sint ip-
sius opera, an Dei. Ac si quidem humana deprehenderit, rideat. Sin verò diuina
intellexerit, gratè suscipiat. Neque ea, quę sunt veneratione dignissima, irride- D
at. Magis miretur, q negocij tam vilis gratia, diuina sese nobis aperuerint, & per
ipsius mortem immortalitas in omnes emanauerit, ac per humanitatem verbi
rerum sit prouidentia cognita, cuius autor & opifex ipse Dei filius, patrisq; ver-
bum sit. Idcirco enim hominem adsumpsit illa maiestas, vt nos efficeret deos.
Quæ fuerit verbo Dei adsumēdi carnem causa vel occasio.
Atq; ideo se manifestare per carnem voluit, vt vobis inuisibilis patris intelligen-
tiam largiretur, humanasq; omnes tolerauit iniurias, vt nos immortalitatem hæ
reditario iure caperemus. Ipse quidem nihil violatus est, quippe impatibilis at-
que inuiolabilis Deus ac verbum. Homines verò passioni obnoxios, quorum
gratia ista passus est, in suam transtulit beatissimam secretissimāmque quie-
tem. Prorsusq; saluatoris opera, quæ in carne gessit, talia ac tanta sunt, vt si quis
enarrare velit, eis meritò conferri possit, qui maris vastum intuentes profun-
dum, eius enumerare fluctus velint. Sicut enim possibile non est, vt quis vn-
das omnes oculis colligat, (cùm nouæ semper præteritarum intercipiant sen-
sum) ita & qui Christi opera in carne comprehendere cupit, omnino omnia
nequibit cogitatione percipere, quum plurima ipsius intelligentiam fugiant, ex
his etiam, quæ se intellexisse arbitratur. Satius igitur & melius est, eis omissis,
quorum nec partē quidem dignè quis enunciare potest, vnius tantum meminis
se, tibiq; omnia miranda relinquere. Cuncta enim sunt digna miraculo, & quo-
cunque aciem vertas, inde se verbi diuinitas aperit. Id igitur te post illa, quæ di-
ximus, considerare dignum est, vt finem iungamus initio, vehementerq; mirari,
quod post saluatoris aduentum non iam idololatria crescit, sed quæ erat, indies
minuitur, sensimque deficit. Non vltrà gentilium sapientia proficit, & quæ
prius erat, iam penitus labitur. Non iam dæmones præstigijs, vaticinijs, magicis
que carminibus fallunt, sed solo conatu confusi, signo crucis abscedunt. Atque
Multa signa fecisse Christum quæ non sunt scripta.

vt breuiter

A vt breuiter dixerim, inspice saluatoris doctrinam, quam se vbique diffuderit, felicisque incrementa percipiat, contráque cultus omnis dæmonum, & omnia quæ fidei Christianæ aduersantur, iugiter minuantur, infirmentur, ac defluant. Et ea consideratione permotus, saluatorem omnium ac redemptorem Dei filium, toto pietatis affectu venerare, & quæ ab eo indies minuuntur & euacuantur à corde & cogitatione tua longius abijce. Sicut enim sole rutilante nihil iam tenebræ præualent, sed & sicubi fuerint ipsius radijs illustratæ fugantur, ita & diuino saluatoris aduentu apparente, nihil iam idolorum obscuritas valet, sed omnes orbis partes doctrinæ illius fulgoribus rutilant. Et quemadmodum rege aliquo se domi continente, plerunque nonnulli improbi eius captantes absentiam, se prædicant reges, mentitóque habitu regio, simpliciores quosque decipiunt, solo enim nomine falluntur homines, audientes quidem esse regem, sed illum minimè videntes, ob id scilicet, quod regiæ domus secreta penetrare non possint. Vbi autem verus processerit rex, tunc iam ipsius præsentia huiusmodi seductores arguuntur, hominésque conspecto rege vero eos linquunt, qui se interim improba simulatione fefellerant. Ita & pridem fallebãt dæmones humanos animos, Dei sibi honorem ac nomen imponentes. Postquàm verò apparuit in carne Dei verbum, nouis insinuauit patrem, dæmonum iam error omnis aboletur ac deficit, hominesq; intuentes verum Deum, Dei filium relictis idolis recognoscunt. Hoc autem quod sit Christus Deus verbum, ac virtus Dei, præcipuum documentum est. Cùm enim cessent humana omnia, Christíq; permaneat verbum, quis iam ambigat, quæ desinunt fuisse temporalia: qui verò permanet, illum esse Deum ac Dei filium verum, vnigenitum verbũ? Hæc ibi inrerim paucis Machari charissime, pro institutione tua de Christianę fidei norma & diuino saluatoris aduentu dixisse sufficiat. Tu autem ex his occasione sumpta, si diuinas literas legeris, eisq; diligenter applicueris animum, discet ex eis planius atque perfectius eorum quæ diximus, veritatem. Illæ enim à theologis ac Dei spiritu plenis hominibus conscriptæ sunt. Nos quæ ab ipsarum peritis doctoribus, & ijs qui Christi martyres fuere, didicimus, ea tuæ industrię ac dilectioni gratè communicauimus. Discet præterea secundum ipsius ad nos plenum gloriæ & maiestatis aduentum, cùm non iam in serui habitu, sed in gloria sua: Non in humilitate, sed in maiestate: Non vt patiatur, sed vt crucis suæ fructum omnibus reddat aduenier, resurrectionem scilicet atque immortalitatem: Non enim ille vltra iudicabitur, sed iudicabit omnes, retribuétque singulis quæ gesserunt in corpore, siue bona, siue mala. Vbi bonis quidem cœleste regnum & præmia æterna, malis verò sempiternus ignis, & exteriores reddentur tenebræ. Ita enim & ipse dominus ait: Dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli, in gloria patris. Idcirco & salubriter admonens, ad illam nos diem præparat, dicens: Estote parati, & vigilate, quia nescitis qua hora dominus veniet. Nam iuxta Pauli vocem, omnes nos assistere oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque quod gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Verùm ad indagationem scripturarum verámque scientiam, necessaria est vitæ probitas, animíq; munditia, & Christiana pietas, vt præmijs animus quæ cupit, consequi possit, quantum humanæ naturæ fas est, de verbi diuinitate comprehẽdere. Nã absq; munditia animi & vita sanctitatis æmula, possibile non est sanctorum dicta intelligere. Quemadmodum enim, si quis intueri solis lucem velit, oculum purgat, clarioremq; reddit seipsum ferme ad eius quem cernere cupit similitudinem mundans, vt ita lux effectus oculus solis lucem queat intueri. Aut quemadmodum si quis ciuitatem aut regionem inspicere cupiat, pergit ad locum, in-

B

spiciendi

Absq; mũ ditia animi sancto rum dicta vix possunt intelligi.

spiciendi gratia. Ita & qui Theologorum consequi intelligentiam cupit, abluere prius animam debet atque detergere, & per vitæ morumq; similitudinem, ipsos adire sanctos, vt voto atque instituto illis coniunctus, ea etiam, quæ illis Deus reuelauit, intelligat, & quasi vnus ex illis effectus, effugiat peccatorum periculum, & ignem eis in die iudicij præparatũ. Recipiatq; reposita sanctis in regnis cœlestibus præmia, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ his parata sunt, qui virtutis sequuntur viam, diligentes Deum & patrem in Christo Iesu domino nostro. Cui est cum patre & spiritu sancto honor & imperium in secula seculorum Amen.

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIni de Sancto spiritu:

## Liber I.

ADmirabere forsitan, qui factum sit, vt qui iussus eram epistola de spiritu sancto conscripta disputationem in compendium conferre, rémque paucis explicare, nunc videas me supersedentem hac de re verba facere, scribere aduersus eos, qui impietatem admittentes in filium Dei, dicebant illum esse creaturam. Verùm haud reprehendes factum sat scio, si causam intellexeris, quin potius approbabit tua pietas, vbi viderit quàm probabilis ratio nobis hoc persuaserit. Quoniam enim, vt ipse dominus ait, non à seipso loquetur paracletus, sed quæcunq; audierit loquetur, quoniam ex me accipiet, & annunciabit vobis, & quum insufflasset in eos, dedit illum ex se discipulis. Ita & pater effudit illum super omnem carnem, sicut scriptum est: ideo sanè prius de filio Dei congruẽter mihi tum dictum est, tum scriptum, nimirum vt ex cognitione filij valeamus & spiritus sancti rectam habere cognitionem. Qualem proprietatem cognouimus filium habere cum patre, eandem comperiemus & spiritum sanctum habere cum filio, & quemadmodum filius dicit: Omnia quæcunque habet pater, mea sunt, sic hæc omnia comperiemus, esse per filium in spiritu sancto. Et quemadmodum pater ostendit filium, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit, sic filij est spiritus. Emisit enim, inquit ad Romanos Apostolus, spiritum suum, in cordibus nostris clamantem abba pater. Et quod admirabilius est, quemadmodum filius dicit, quæ mea sunt, patris sunt, sic patris est spiritus sanctus, quemadmodum dictus est filij. Siquidem ipse filius dicit, vbi venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Paulus autem scribit: Nemo nouit quę sunt hominum, nisi spiritus hominis, qui est in ipso. Sic & quæ sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei, qui est in eo. Nos verò nõ accepimus spiritum huius mundi, sed spiritũ qui est ex Deo, vt sciamus quæ à Deo donata sint nobis. Quin & in tota diuina scriptura cõperies, q̃ spiritus sanctus qui dicitur filij, idem dicitur esse Dei. Idq; in superioribus libris conscripsimus. Proinde quẽadmodum filius eò q̃ habet proprietatem cum patre, quodq; proprium germen est ex illius substãtia, nõ est creatura, sed patri homusios, hoc est, eiusdẽ essentiæ, sic haudquaq̃ spiritus sanctus possit esse creatura, quin potius impius est, qui hoc dicat, eò quod habet pro-

A proprietatē cum filio, quodq; ex illo datur oīnibus, deniq; ꝙ quæ habet, filij sunt. Hæc sufficiebant ad persuadendum vel cuiuis cōtentioso, ne posthac dicat esse creaturam spiritum Dei, qui est in Deo, quiq; profunda scrutatur Dei, qui ex patre datur per filium, ne ex his cogatur & filium dicere creaturā, qui est verbum, qui sapientia, qui figura, qui splendor est patris, quem qui quis videt, videt & patrem, ac deinceps audiat: Qui negat filium, nec patrem habet. Alioqui paulatim iste progrediens velut amens dicturus est, non esse Deum. Attamen bonum fuerit pluribus argumentis impios redarguere, & ex quibus demonstratur filius non esse creatura, ex ijsdem demonstrare, nec spiritum sanctum esse creaturam. Ex non extantibus sunt creaturæ, & esse cœperunt. Nam in principio creauit Deus cœlum & terram, quæq; in his sunt. At spiritus sanctus ex Deo est, dicturq;, quemadmodum ait Apostolus. Quòd si filius quoniam non est ex non extantibus, sed ex Deo, consequenter non potest esse creatura, necesse est, nec spiritū sanctum esse creaturam, eoq; in confesso est eum esse ex Deo. Nā creaturæ sunt ex non extantibus. Rursum vnctio & signaculum dicitur, & est spiritus sanctus. Etenim Ioannes scribit: Et vos vnctionem accepistis ab eo, vt maneat in vobis, nec opus habetis, vt quisquam vos doceat, sed sicut illius vnctio, spiritus eius docet vos de omnibus. Rursus in Esaia Propheta scriptum est: Spiritus domini super me, eò quod vnxit me. Paulus sic scribit: In quo & credentes signati estis. Et iterum: Ne contristetis spiritum sanctum, in quo signati estis in diem redemptionis. Vnctiones autem in hoc vnguntur ac signantur. Quòd si vnctiones in hoc vnguntur ac signantur, haudquaquam erit creatura spiritus. Neque enim quod vngit, simile est ijs, quæ vnguntur. Siquidem hæc vnctio, halitus est filij, vt qui habet spiritum, dicat: Christi bonus odor sumus. Iam & signaculum filium exprimit, vt is qui signatur, habeat Christi

B formam, sicut dicit Apostolus: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Quod si spiritus bonus odor, ac forma filij est, manifestum est, spiritum non esse creaturam, quandoquidem nec filius, quum sit in forma patris, est creatura. Etenim vt qui videt filium, videt & patrem: sic qui spiritum sanctum habet, habet filium: & qui habet illum, templum est Dei, quemadmodum scribit Paulus: An nescitis quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Ioannes autem ait: In hoc cognoscimus, quòd in Deo manemus, & ipse in nobis, quod de spiritu suo dedit nobis. Quòd si filium, eò quod est in patre & pater in ipso, confitemur non esse creaturam, omnino necesse est, ne spiritum quidem esse creaturam, quandoquidem in hoc est filius, & ipse vicissim in filio. Quapropter & qui spiritum accepit, templum Dei dicitur. Rursus autem ex hoc bonum fuerit cognoscere, si filius est Dei sermo, vnus est sicuti pater. Vnus enim Deus, ex quo omnia, & vnus dominus Iesus Christus, vnde & vnigenitus filius & dictus est & scriptus. At creaturę multæ sunt variæq;, angeli, archangeli, cherubin, principatus, potestates, cæteræque quemadmodum dictum est. Porrò, si quia filius nō est de multorū numero, sed vnus est, sicut pater vnus est, nequaquam est creatura, spiritus (oportet enim à filio accipere etiam ipsam de spiritu cognitionem) nullo pacto potest esse creatura. Neque enim est de numero multorum, sed vnus est & idem. Hoc nouerat Apostolus, dicens: Hæc autem omnia operatur vnus & idem spiritus, diuidens vnicuique prout vult. Ac paulò post: In vno spiritu, nos omnes in vnum corpus baptizati sumus, & omnes vnum spiritum hausimus. Ac rursum, quoniam oportet ex filio capere spiritus cognitionem, nimirum decuerit & probationes ex eodem proferri. Itaque filius vtique est, quum sit in patre, & pater in ipso. Nam omnia tenet & complectitur, sicuti scriptum est, in illo consistunt omnia,

Ratio prima ἐξ ὧν οὐκ ὄντων hic vertit Hilarius.

siue

siue visibilia siue inuisibilia, & ipse est ante omnia. Atqui creaturæ sunt in locis C
distinctis, veluti sol & luna, reliquaq; luminaria in firmamento, in cœlo angeli,
homines in terra. Quod si filius eò quod non est in distinctis locis, sed dum in
patre est, vbiq; est, & est extra omnia, non est creatura, consequenter nec spiritus
sanctus erit creatura, quum non sit in distinctis locis, sed impleat omnia, manēs
extra omnia. Sic enim & scriptum est: Spiritus domini repleuit orbem terrarū.
Dauid item canit: Quò ibo à spiritu tuo, significans eum non esse in loco, sed hic
esse extra omnia, vt tamen sit in filio, sicut filius est in patre. Nam hanc ob cau-
sam nec ipse est creatura, quemadmodum est demonstratum. Super hęc omnia,
magis etiam ex hoc damnabitur hæresis Arriana, rursusq; perspicuum fiet à fi-
lio proficiscí, quæ est de spiritu sancto cognitionem. Creator igitur est filius, quē
admodum pater: Quæ enim, inquit, video patrem facientem, hæc & ego facio.
Omnia igitur per eum facta sunt, & sine illo factum est nihil. Quod si, quia con
ditor est filius quemadmodum pater, ideo non est creatura, & si, quia per eum
condita sunt omnia, non est de numero rerum conditarum, manifestum est ne
spiritum quidem esse creaturam, quandequidem & de illo scriptum est. ciij. psal
mo: Auferes spiritum tuum & deficient, & in terram suam reuertentur: Emitte
spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Hoc verò quum ita
scriptum sit, palàm est spiritum non esse creaturam, sed adesse in creando. Siqui
dem pater per verbum in spiritu creat omnia. Etenim vbi verbum, illic & spiri-
tus, & quæ creantur per verbum, habent ex spiritu per verbum vim, vt sint.
Ita etiam scriptum est in trigesimo secundo Psalmo: Spiritu domini cœli funda
ti sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Videlicet adeò spiritus inse para-
bilis est à filio, vt hoc quod dicitur non sinat te dubitare. Etenim quum sermo
domini fieret ad prophetam, ea quæ à verbo proficiscebantur, in spiritu loque-
batur Propheta. Id quod etiam scriptum est in Actis Apostolorum, Petro dicen D
te: Viri fratres, oportebat impleri scripturam, quam prædixit spiritus sanctus,
velut in Zacharia, quum sermo Dei ad illum fieret, scriptum est, veruntamen
sermones meos ac legitima mea suscipite quæcunque ego præcipio in spiritu
meo Prophetis. Rursus cùm paulò post incusans Propheta populum dicit: Cor
suum statuerunt impersuasibile, vt non exaudirent legem meam, ac sermones
quos emisit dominus omnipotens in spiritu suo per manus prophetarum supe-
riorum. Item Christo loquente in Paulo, sicut ipse dixit: An experimentum quę
ritis in me loquentis Christi? nihilo minus habebat spiritum, subministrantem
ipsi quod loqueretur. Hunc enim in modum idem scribit: luxta subministratio-
nem spiritus Iesu Christi in me. Rursum Christo in ipso loquēte, ait: Nisi quod
spiritus sanctus per singulas ciuitates testificatur mihi, dicens, quòd vincula &
afflictiones me manent. Non enim extra verbum est spiritus, sed cùm sit in ipso
verbo, in Deo per illud est, ita vt dona quoq; in trinitate det. Nam in horum di-
stributione sicut Corinthijs scribit, idem spiritus est, & idem Deus est, qui ope-
ratur omnia in omnibus. Siquidem ipse pater per verbum in spiritu operatur,
datq; omnia, videlicet cum bene precaretur Corinthijs, in trinitate precatus est,
dicens: Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei & cōmunicatio sancti
spiritus cū vobis omnibus. Propterea quod cùm participes sumus spiritus, habe
mus verbi gratiam, & in eo patris charitatem. Cæterùm, quemadmodū vna est
gratia trinitatis, ita indiuisa est trinitas. Cęterùm, hoc aliqs videre possit etiā in
ipsa sancta Maria. Nam archangelus Gabriel emissus vt illi nunciaret verbi de-
scensum in illam futurum, spiritus, inquit, sanctus superueniet super te, Sciens
in verbo esse spiritum. Proinde protinus attexuit, & virtus altissimi obumbra-
bit tibi: Christus enim Dei virtus & Dei sapientia. Quum aūt spiritus sit in ver

bo, palam

A bo, palam est, quod in Deo quoq; sit spiritus per verbum. Itaq; spiritu veniente ad nos, venient, filius & pater, & mansionem facient in nobis, eò quod indiuisa sit trinitas, vnaq; huius deitas, & vnus Deus super omnia, & per omnia, & in omnibus. Hæc est catholicæ ecclesiæ fides. Quippe in trinitate eam fundauit & radicauit dominus, cùm diceret discipulis: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & sancti spiritus. Quòd si spiritus esset creatura, nequaquam eum copulasset patri, ne sibi ipsi inæqualis esset trinitas, si peregrinum quippiam & alienum ipsi iungeretur. Quid enim deerat Deo, vt aliquid alienæ substantiæ adiungeretur, simulq; cum ipso glorificaretur? Absit. Non est ita, Plenus, inquit, ipse sum. Propterea ipse dominus nomini patris spiritum adiunxit, vt ostenderet, quòd sancta trinitas non consistat ex diuersis, hoc est, ex creatore & creatura, sed quòd vna huius sit deitas. Hoc cùm sciret Paulus, docuit vnam esse gratiam, quę in trinitate daretur, dicens: Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma: quemadmodum autem vnum baptisma, sic & vna fides. Etenim qui credit in patrem, nouit in patre filium & spiritum sanctum, qui non est extra filium, & ideo credit etiam in filium & in spiritum sanctum, quandoquidem vna est trinitatis deitas, quę ex vno patre cognoscitur. Catholicæ quidem fidei forma hęc est, cæterùm qui blasphemiam faciunt in spiritum dicentes, illum esse creaturam, si minus ex his quæ dicta sunt, resipiscunt, vel ex his, quæ dicentur pudefacti, deijciantur. Si trinitas est, & in trinitate est fides, dicant vtrum trinitas semper sit, an fuerit, cùm non esset trinitas. Quòd si sempiterna est trinitas, non est creatura spiritus, qui semper adest verbo cùm sit in ipso. Nam erat cum creaturæ non essent: quòd si creatura est, creaturæ verò sunt ex non extantibus, manifestum est, quòd aliquando non fuerit trinitas, sed dualitas. Isto verò quid magis impium, si quis dicat, ex mutatione profectuq; consistere trinitatem, ac
B dualitatem quidem esse, cæterùm recipere ex creatura generationem, quæ cũ patre & filio commisceatur, itaq; fiat trinitas. Absit vt tale quippiã vel in mẽtem veniat Christianis. Quemadmodum enim filius, quia semper est, non est creatura, ita quoniam semper est trinitas, nulla est in ea creatura, quapropter non est creatura spiritus. Quemadmodum enim semper fuit, ita nũc quoq; est, & quẽadmodum nunc est, ita semper fuit, estq; trinitas, atque in ea pater, filius, & spiritus sanctus. Et vnus Deus pater qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus, qui & benedictus in secula. Amen. Ego quidem quemadmodum rem paucis declarans, hæc scripsi misiq;, sic tu veluti intelligens, si quid deest, velis supplere, ac domesticis quidem fidei recitato: eos verò, qui per contentionem dicunt blasphemias, redarguito, forsitan vel sero aliquando resipiscentes abstergent ab anima sua prius insitam ipsis sententiæ peruersitatem: Bonum est enim istos, iuxta quod scriptum est, resilire, nec immorari, ne si immorentur, audiant quod dictum est à domino: Quicunq; dixerit verbum aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei neque in præsenti seculo, neque in futuro.

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI de Sancto spiritu: Liber II.

VErsatus sum in epistola nunc quoq; à tua pietate scripta, vehementerq; admiratus impudẽtiam hęreticorum, animaduerti nihil ęquè quadrare in istos, quàm id quod præcipit Apostolus: Hęreticum hominem post vnam & alteram correptionem deuita, sciens q̃ subuersus est huiusmodi, & peccat, cùm sit suo ipsius iudicio condemnatus: Habet ẽm peruersam mentem, non vt postq̃ audierit obtemperet, neq; vt quum didicerit resipiscat interrogat, sed propter eos, qui ab ipso seducti sunt, ne videlicet si tacuerit, etiam ab illis condemnetur. Itaque sufficiebant ea, quæ prius dicta sunt, sufficiebant ad hoc, vt istos tot probationibus acceptis compescerent à blasphemia aduersus spiritum sanctum. Verùm illis non est satisfactum. Sed rursum impudenter agunt, vt declarent quòd excitati ad pugnandum cum verbo, ac deinceps meditati pugnant aduersus spiritum, paulò post futuri sunt mortui verbi inopia, videlicet etiam, si quis respõdeat ad has illorum percontationes, nihilo secius inuentores malorum erunt, tantum vt quærentes non inueniant, aut audientes non intelligant. Quales autem sunt istorum eruditæ percontationes: Si, inquiunt, non est creatura spiritus sanctus, ergo filius est, ac duo fratres erunt, verbum & ipse: deinde addunt quẽadmodum scribis: Si ex filio accipiet spiritus, sicq; ab eo datur. Sic enim scriptum est, protinus inferunt, ergo auus est pater, & spiritus eius nepos. Quis hos audiens Christianus, iam non magis paganos eos iudicabit: Nam talia pagani aduersum nos dicunt inter sese conlabulantes. Quis volet ad talem istorum insaniam respondere: Ego sanè quum multa cogitassem, quærens congruentem illis responsionem, nullam inueni, q̃ id quod ad Pharisæos dicitur: quemadmodum enim illos peruersè percunctantes, vicissim percunctatus est seruator, vt sentirent suam ipsorum prauam intelligentiam: Sic quoniam & isti talia percunctantur, dicant nobis, vel potius respondeant interrogati, quemadmodum interrogant. Quoniam enim quum loquuntur suas ipsorum inuentiones non intelligunt, forsitã vel audientes agnoscent suam ipsorum dementiam. Si non est creatura spiritus sanctus, quemadmodum in superioribus demonstratum est, sed in Deo est, & ex Deo datur, ergo filius est & ipse, & duo sunt fratres ipse & filius, & si filij est spiritus, atq; à filio omnia accipit spiritus: quemadmodum ipse dixit: Et postq̃ inflasset, dedit eum discipulis. Nam & ista vos confitemini: ergo auus est pater, & nepos est illius spiritus. Nam quæ percunctantes postulatis à nobis, de ijsdem & vos ex ijsdẽ interrogari par est. Itaq; si abnegatis quæ scripta sunt, ne Christiani quidem iam dici poteritis, par autem est, vt nos Christiani vos percũctemur. Quòd si eadem nobiscum legitis, necesse est, vt vos quoq; de ijsdem eodem modo interrogemini à nobis. Proinde dicite nunc nihil contantes, an filius est spiritus, & auus pater: Quòd si ratiocinantes quemadmodum tunc faciebant Pharisæi, dixeritis & vos apud vosipsos: Si dixerimus quòd filius est, audiemus, vbi scriptum est: Quòd si dixerimus non est filius, timemus ne dicant nobis, quomodo igitur scriptum est: Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. Quòd si istiusmodi cogitationibus apud vosipsos decertan

tes,

A tes, dixeritis vos quoq; nescimus: necesse est & eum cui tales à vobis proponuntur quæstiones, tacere, videlicet obtemperantē ei, qui dicit: Ne respondeas stulto iuxta suam stultitiam, ne similis illi fias, sed responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi videatur sapiens. Cæterùm responsio, quę maximè vobis cōgruit, silentium est, vt vestra in ipsorum insaniam agnoscatis. Rursum igitur æquum est, vt ex his quę adfertis, vos hunc in modū interrogemus. Qñ quidem prophetæ in spiritu Dei loquuntur, vt in Esaia spiritus sanctus vaticinatur, quemadmodum in superioribus demonstratum est, ergo & spiritus verbum est Dei, suntq; duo verba spiritus & filius: Nam prophetæ tunc vaticinabantur quando fiebat verbum Dei ad illos. Ad hæc quoniam omnia per verbum facta sunt, & sine eo factum est nihil; ac Deus sapientia fundauit terram, omniaq; per sapientiam fecit. Scriptum est autem, quemadmodum in superioribus demonstratum est: Emittes spiritum tuum & creabuntur: ergo aut spiritus verbum est, aut in duobus fecit Deus omnia in sapientia & in spiritu. Et quomodo Paulus dicit: Vnus Deus ex quo omnia, & vnus dominus per quem omnia: ac rursum: Quum filius sit imago patris inuisibilis, est autem ipse spiritus imago filij. Scriptum est enim: Quos præscíuit, hos & prædestinauit conformes imaginis filij sui. Ergo hac ratione auus est pater, quoniam filius quidem in nomine patris venit, spiritum autē sanctum, dicit filius, quem mittet pater in nomine meo. Itaq; & hac ratione auus est pater. Quid ad hęc? Quāuis omnia facilè temereq; dicitis, quid cogitatis apud vosipsos: an videntes vos non habere quod respondeatis, incusatis huiusmodi percunctationes? Sed prius vosipsos condemnate (vos enim soletis talia percunctari) & obtemperate scripturis, cùm q; non habeatis quod dicatis, posthac discite. Filius quidē in scripturis nō nominatus est spiritus, sed spiritus sanctus & spiritus. Quemadmodum autem filius non est nominatus spiritus, sic nec de filio

B scriptum est q; ipse sit spiritus sanctus. An igitur quoniā spiritus sanctus non est dictus filius, neq; filius est spiritus, ideo dissentit à veritate fides? Absit. Quin potius vniumquodq; eorum, quæ significantur, habet propriam intelligentiam. Etenim filius proprium essentiæ naturæq; patris est germen, & hoc habet quod significatur: cæterum quod dicitur spiritus Dei, quodq; est in ipso, nō est alienum à natura filij, neq; à patris deitate. Eoq; in trinitate, in pfe & in filio & in ipso spū vna est deitas, & in eadē trinitate vnum est baptisma & vna fides. Nimirū patre mittente spiritum, filius insufflans dat illum discipulis, quandoquidem omnia quæcunq; habet pater, filij sunt: cumq; sermo fieret in prophetis, ipsi spiritu prophetiam edebant, quemadmodum scriptum ac demonstratum est. Et verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Itaq; non iam creatura est spiritus, sed proprietatem habens cum essentia verbi ac Dei, & in ipso dicitur esse. Nam non debet nos pigere eadem repetere. Quanq; spiritus non est dictus filius, non tamen est extra filium. Nam spiritus adoptionis filiorum dicitur. Et quoniam Christus Dei virtus & Dei sapientia est, congruenter dictum est de spiritu, spiritus sapientiæ, & spiritus virtutis. Eò q; participes spiritus, habemus filium: & filium habentes, habemus spiritum clamantem in cordibus nostris, abba pater, quemadmodum dixit Paulus: Quòd si spiritus est Dei, & ipso esse dicitur in scripturis. Nam ea quæ sunt Dei nullus nouit, nisi spiritus dei qui est in ipso, & ipse insuper filius dixit: Ego in patre, & pater in me: quare non est idem nomen & huic & illi, sed hic quidem filius, ille verò dicitur spiritus: Si quis ad hunc modum percunctetur, insanierit talis, scrutans non scrutanda, nec obtemperans Apostolo dicenti: Quis enim nouit mentem domini, aut quis cō siliarius eius fuit? Alioqui quibus Deus nomen indidit, quis illis audebit mutare nomen? Alioqui & rebus conditis subministret vocabula. Dicant, quando-

Prouer. 26

quidem creatura eodem nutu facta est, quare hic sol, & illud cœlum, illa terra, C
mare & aer: Quod si hoc quidem his, qui sanæ mentis sunt impossibile est, manet enim vnumquodq; sicuti creatum est, multò magis ea, quæ sunt supra creaturam, sempiternam habent perseuerantiam, nec aliter sunt, quàm vt sunt, pater, pater est non auus, & filius est filius Dei, nec est pater spiritus, spiritus sanctus est spiritus sanctus, nec progenitus est à patre, neq; frater filio. Hæc quum ita demonstrata sint, insanierit si quis interroget, num igitur filius est spiritus? Ne verò quoniam hoc ita scriptum non est, ideo eximat aliquis illum à Dei natura proprietateq;, sed quemadmodum scriptum est, credat, nec dicat, quare sic, & quare non sic, ne talia cogitans incipiat meditari ac dicere: Vbi igitur est Deus, quò est: ac mox audiat: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Nam quæ fide traduntur, cognitionem habent curiositate inscrutabilem. Cùm itaq; discipuli audissent, baptizantes eos in nomine patris & filij, & spiritus sancti, non erant curiosi, quare secundus esset filius, tertius spiritus, aut quare omnino trinitas, verùm vt audierant, credebant. Neq; quemadmodum vos facitis perfunctabantur, ergo filius est spiritus: neq; quum dominus post filium nominaret spiritum, interrogabant, ergo pater est auus: Non enim audierãt, in nomine aui, sed in nomine patris, & hanc fidem prædicauerunt vbiq;, rectè cogitantes: neq; eã licuit aliter loqui, q̃ sicut locutus fuerat seruator, seipsum filium nominans, & spiritũ sanctũ, nec fas erat immutare, secus q̃ erãt ordine coniuncti, quẽadmodum & de patre. Quemadmodum enim non licet aliter de Deo loqui, q̃ quòd pater est, ita impium est interrogare, an filius sit spiritus, aut spiritus filius. Hac de causa Sabellius iudicatus est ab ecclesia alienus, quod ausus sit patri tribuere nomen filij, ac vicissim filio tribuere nomen patris. An itaque posthac audebit aliquis quum audit filium ac spiritum, dicere, ergo ne auus est pater? aut ergo filius est spiritus? Profectò audebunt Eunomij, & Eudoxij, & Eusebij. Posteaquam em̃ D
semel simulant Arrianam hæresim, nunquam cohibebunt suam linguam ab impietate. Quis enim illis hæc tradidit? quis docuit? Nemo certè ex diuinis scripturis, verùm ex spiritu cordis ipsorũ profecta est ista dementia. Etenim si quoniam creatura non est spiritus (nam id demõstratum est) interrogatis, ergo ne spiritus est filius: tempus est, vt vos edoctos filium non esse creaturã (per hũc enim sunt creaturæ omnes conditæ) interrogemus, ergo ne pater est filius, aut hoc etiam modo, ergo ne spiritus est filius, & filius ipse est spiritus sanctus? Qui talia cogitabunt, extra sanctam trinitatẽ erunt, absq; Deo esse iudicabunt, transmutantes nomen patris & filij & spiritus sancti, atq; inuertentes illud pro suo arbitrio in similitudine generationis humanæ, nepotes & auos nominantes ac more gentium generationẽ deorum fingentes. Non est aũt hæc ecclesiastica fides, sed est, vt dicebat seruator: In patrem & filium & spiritum sanctum. Patrem quidem, qui non possit dici auus, & filium qui non possit dici pater, & spiritum sanctum, qui non aliter q̃ hoc pacto nominatur. De hac fide nõ licet variè loqui, sed semper pater est pater, & filius semper filius, & spiritus sanctus semper spiritus sanctus, tum est cùm dicitur. In rebus enim humanis nõ est eodẽ modo quãquam Arriani talia imaginantur. Nam quemadmodum scriptum est: Non sicut homo Deus, ita dixerit aliquis, non sicut Deus homines. Siquidem in hominibus qui pater est, non semper est pater, neq; qui filius, semper filius. Nam idem filij quidem pater fit, rursus idem alterius fuit filius, & filius qui patris est filius, alterius fit pater. Abraham igitur quum esset filius Nachor, pater factus est Isaac, & Isaac quum esset filius Abrahæ, pater factus est Iacob. Vnusquisq; cum sit pars parentis, nascitur quidem filius, cæterùm idem alterius fit pr̃. In deitate verò non itidem, q̃m non vt homo Deus, itaq; qui pater est, non est ex pa-

Spiritũ nõ esse filium nulla ratione põt demonstrari

Sabellius cõfusor p sonarum.

A tre, eóq; non gignit eum, qui futurus sit alterius pater, neq; filius pars est patris, vnde nec in hoc genitus est, vt generet filiũ. Vnde in deitate sola, pater propriè, solusq; pater cùm sit, est & fuit, & semp erit, & qui filius propriè solus filius est. Et in his cõsistit vt pater semp pater, & qui filius semp filius & sit & dicatur in Sup per & spiritus sanctus semper spiritus sanctus est, & hunc Dei esse & à patre per filium dari credimꝰ. Sic em̃ sancta trinitas inuariabilis permanet, cognoscituꝛq; in eadẽ deitate. Itaq; q percunctat, ergo ne filius est spiritus, perinde quasi possint nomina permutari, ducitur imaginatiõe, & sibijpli insaniã lucrifacit. Cæterùm qui interrogat, ergo ne auus est pater, excogitans nouum nomẽ patri, errat corde. Itaq; posthac ad hæreticorum impudentiã respõdere non est rutum. Nam id est repugnare Apostolicæ admonitioni. Consulit em̃, imò potius præcipit ipse, quod bonum est. Hæc satis erant ad redargutionem vestri stultiloquij, ne posthac luseritis contra deitatẽ. Nam ludentium propriũ est percunctari quæ scripta non sunt, ac dicere: Ergóne filius est spiritus sanctus, & auus pater? Ad hũc modum rident qui habitant in Cæsarea & in Scythopoli. Sufficit vt credatis, q non est creatura spiritus, sed q est spũs Dei, & in hoc trinitas, pater & filius & spiritus sanctus, quo dq; neq; patris vocabulũ tribuendum est filio, neq; las est dicere, q ipse spiritus idẽ sit cũ filio, neq; q filius idem sit cum spiritu sancto, sed sic est quẽ admodum dictũ est, & vna in hac trinitate deitas est, & vna fides, & vnũ baptisma, in ea datur, & perfectio vna in Christo Iesu dño nostro, per quẽ & cũ quo patri gloria & imperium cum sancto spiritu, in omnia secula seculorũ, Amen.

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIni de Sancto spiritu Liber III.

B

IN eremo redditæ mihi sunt sacri tui affectus literæ, & quamquam vrgeret nos acerba persequutio, magnoq; studio vestigaremur ab ijs, qui nos quærebant è medio tollere, tamen pater miserationum ac Deus omnis consolationis, consolatus est nos etiam per tuas literas. Nam reminiscens affectus tui, oñiumq; qui syncero sunt animo, arbitratus sum illos id temporis mihi præsentes esse, Proinde diu quidem gaudebam receptis literis, verùm postea quàm in his legendis essem, versatus, cœpi rursum animo deijci, propter eos, qui semel instructi sunt ad repugnandũ veritati. Scripseras em̃ dilecte, vereq; desideratissime, dolẽs & ipse q egressi sint quidã ex Arrianorum secta, qui quoniã aduersus Dei filium blasphemiã cogitant, etiam aduersus spiritum sanctum idẽ faciant, dicentes eum nõ solum esse creaturã, verum etiã vnum esse de numero spirituũ administratoriorum, soloq; gradu differre ab angelis. Hoc aũt est fictè quidẽ pugnare aduersus Arrianos, re vera aũt pie fidei cõtradicere. Nã sicut illi negantes filiũ, negãt & spiritum sanctũ, sic & isti blasphema loquentes in spiritũ sanctũ, blasphema loquũtur & in filium, & vtraq; pars pattita est pugnã aduersus veritatẽ, vt alteri quidẽ contra verbũ, alteri verò contra spiritũ sentientes, eandẽ haberent aduersus sanctam trinitatẽ blasphemiam. Hæc igitur perspiciẽs, frequẽterq; mecum reputãs, animo discruciabar q denuo reperisset diabolus illudendi materiam in his, qui personati representarent ipsius insaniam. Ac decreueram quidem tali tempore silentium agere, verùm partim ob tuam pietatem, partim ob illorum à ve-

Peccatum & blasphemia quid differant.

ro diuersam opinionem, satanicamq; temeritatẽ, paucis scripsi epistolam, cùm C
vix hoc quoq; potuerim. Tantũ in hoc, vt tu sumpta ex his occasione, iuxta eam
qua præditus es intelligentiam, quæ desunt addas, itaq; fiat plena impię hęresis
confutatio. Non est quidem & hoc inuẽtum alienum ab Arrianorum moribus:
Posteaq; cm̃ semel negarunt Dei verbum, congruenter & has blasphemias pro-
ferunt in eius spiritum. Quapropter nõ est necesse, vt quicq; amplius aduersus
eos loquamur. Sufficiunt quæ antehac in illos dicta sunt. Cęterùm aduersus eos
qui de spiritu seducti quodã modo, vt ipsi dicturi sunt, conuenit scrutinio facto
verba facere. Nam istorum & amentiam demiretur aliquis, qui cùm Dei filium
nolint esse creaturam, in hoc sanè rectè sentientes, quõ filij spiritum creaturam
esse vel audire sustineant. Etem̃ propter vnitatem verbi cum patre, nolãt filium
esse de numero γενητῶν, i. conditorum, sed quod est verum, ipsum esse creatura-
rum conditorem sentiunt. Cùm igitur spiritum sanctum, habentem eandẽ vni
tatem cum filio, quam filius habet cum patre, dicunt creaturam, nec animaduer-
tunt, q̃ quemadmodum qui non diuidunt à patre filium, tuentur vnum esse De
um: sic qui diuidunt à verbo spiritum, non iam vnam in trinitate deitatem ser-
uant, scindentes eam, & admiscentes illi alienam alteriusq; speciei naturam, &
creaturis illam exęquantes. Hoc autem declarat nõ idem esse trinitatem, sed ex
duabus pluribũsve naturis compositam esse, propter diuersam spiritus substan
tiam, vt ipsi sibi confinxerunt. Qualis igitur est hæc theologia, id est, diuinæ na-
turæ ratio, ex creatore & creatura composita? Aut enim nõ est trinitas, sed dua-
litas, aut restat vt creatura sit in trinitate, id quod non est. Et quomodo creaturis
quæ trinitate sunt posteriores, copulant trinitatis spiritum? Nam hoc iam est tri
nitatem soluere, dirimereq;. Itaq; cùm malè sentiant de spiritu sancto, ne de filio
quidem rectè sentiunt, qui à patre procedit, filioq; proprius est, à quo datur di- D
scipulis, & omnibus in ipsum credentibus. Ad hunc autem errantes modum,
nec de patre sanam habent fidem. Nam qui spiritui resistunt, quemadmodum
ait magnus ille martyr Stephanus, ijdem & filium negant. Porrò, qui filium ne-
gant, nec patrem habent. Vnde igitur ô vos qui talia sentitis, istius audaciæ oc-
casio, vt non metueritis id, quod dictum est à domino: Quicunq; blasphemiam
dixerit in spiritum sanctum, non habet remissionem, neq; in hoc præsenti secu-
lo, neq; in futuro? Nã Arriani quidem aduentum verbi in carne, quæq; per hunc
dicta sunt non intelligentes, ex his suę hęreseos occasione sumpta conuicti sunt,
vt Deo rebellantes, & vt verè è terra loquentes inania. Vos autem vnde seducti
estis? A quibus audistis, aut quis modus est istiusmodi vestri erroris? Legimus,
Caput. 4. inquiunt, in Propheta Amos, dicente dño: Ecce ego firmans tonitruũ, & creans
spiritũ, & annuncians hominibus Christum suum, faciens mane & nebulam, &
ascendens super excelsa terræ, dominus Deus omnipotens nomen ei. Istãe q̃d
est apud Amos legistis, quod autem in Prouerbijs dictum: Dñs creauit me initiũ
viarum suarum, in opera sua, non legistis an legistis quidem, sed quod in Pro-
uerbijs dicitur, sic vt habet veritas interpretamini, ne dicamus verbum esse crea-
turam, verùm quod est in Propheta non interpretamini, sed simpliciter intelle-
ctis verbis, putatis spiritum sanctum dici creaturam? Atqui in Prouerbijs pla-
nè loquitur Sapiens, dicens: creauit, & tamen interpretamini quod dictum est,
rectè quidem facientes, ne sapientiam conditricem, rebus conditis annumere-
tis, verũ quod in Propheta dictum est, non declarat sanctum spiritum, sed sim-
pliciter de spiritu dictum est. Quomodo igitur cùm hæc vox spiritus variis mo
dis vsurpetur in scripturis, possitq; quod dictum est suam ac rectam habere sen
tentiam, vos veluti contentiosi, aut velut Arriani serpentis morsu læsi, putatis a-
pud Amos de spiritu sancto dictum esse, tantum ne vos sentire creaturam simu

letis,

A letis. Dicite igit, ſicubi in ſcriptura diuina reperit ſpiritus ſctūs ſimpliciter dici ſpiritus, vtnō addatur vel Dei, vel pris, aut aliud qdlibet, aut ipſius Chriſti, aut filij, aut à me, quod eſt à Deo, aut cū articulo, vt nō ſimpliciter dicatur ſpiritus, ſed τὸ πνεῦμα, id eſt, ille ſpiritus, aut hoc ipſum ſpiritus ſanctus, aut paracletus, aut veritatis, id eſt, filij qui dicit: Ego ſum veritas. Et cùm audieritis ſpiritum, intelligatis eſſe ſpiritum ſanctum: Excepti ſunt autem ab hoc prſenti ſermone, qui iam vſurpato ſpiritus vocabulo, rurſus eum nominat, & quotquot antè docti ſermonem eſſe de ſpiritu ſancto, poſt ſi velut repetendo & admonendo ſolus nominatur ſpiritus, non ignorant quod audiunt, maximéque ij ſic quoque cum articulo profertur. In ſumma, ſine articulo aut ſine prædicta adiectiõe, nequaquam ſignificabit ſpiritum ſanctum, cuius generis ſunt quæ ſcribit Paulus ad Galatas. Hoc ſolum volo diſcere à vobis, ex operibus legis ſpiritum accepiſtis, aut ex auditu fidei? Qualem autem ſpiritum acceperant, niſi ſpiritum ſanctum, qui datur credentibus, ac denuo generatis per lauacrum quo renaſcimur? Et Theſſalonicenſibus ſcribens: Spiritum, inquit, nolite extinguere. Nam & illis, quia nouerant quem ſpiritum accepiſſent, præcipiebat, ne extingerent accenſam in ipſis ſpiritus ſancti gratiam. In Euangelio verò, humano more iuxta carnem quam aſſumpſerat, quanquam ſic loquuntur Euangeliſtæ, Ieſus autem plenus ſpiritu, reuerſus eſt à Iordane. Item illud: Tunc Ieſus ſubductus eſt à ſpiritu in deſertum, eandem habet ſententiam, eò quod à Luca prius erat dictum: Accidit autem dū baptizaretur totus populus, & Ieſu baptizato & orante, Apertum eſt cœlum, & deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie, quaſi columba ſuper illum. Sic igitur quum verba fiunt ijs, apud quos eſt ſpiritus ſanctus, ſi quādo dicitur ſine additamento, ijs dubium non eſt, quin ſpiritus ſanctus ſignificetur, maximè ſi acceſſerit articulus. Vos autem dicite quum additis ſanctum, nunc vbi in ſcriptu- πνεῦμα

B ris diuinis reperitis ſpiritum ſanctum ſimpliciter dici ſpiritum, ſine additamento de quo diximus, & abſque hac, quam commemorauimus, obſeruatione. Verùm haudquaquam dicetis, nō inuenietis ſcriptum. Verùm in Geneſi ſcriptum eſt: Spiritus domini ferebatur ſupra aquas. Ac paulò poſt: Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, eò quod carnes ſunt. In Numeris verò dicit Moyſes ad Nauen: Ne tu zelum habeas in me, & quis dederit populum domini Prophetas, quum dederit dominus τὸ πνεῦμα, id eſt, ſpiritum ſuum ſuper ipſis: & in iudicibus ad Gothonielem, & factus eſt ſuper eum πνεῦμα, id eſt, ſpiritus domini, & iudicauit Iſrael. Et rurſus. Et factus eſt ſuper Iephthe πνεῦμα, id eſt, ſpiritus domini. De Samſone: Adoleuit, inquit, puer, & benedixit illi dominus, & cœpit πνεῦμα, id eſt, ſpiritus domini ambulare cum ipſo. & irruit ſuper illum πνεῦμα, id eſt, ſpiritus domini. Et Dauid quidem canit. Et τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, id eſt, ſpiritum ſanctum ne auferas à me. Ac rurſus in Pſalmo CXLII. Et τὸ πνεῦμα, id eſt, ſpiritus tuus bonus deducet me in via recta propter nomen tuum domine. In Eſaia verò ſcriptum eſt, πνεῦμα, id eſt, ſpiritus domini ſuper me, propter quod vnxit me. Dictum erat autem ante hoc. Væ filij deſertores. Hæc dicit dominus: Inijſtis conſilium, & non per me, & fœdera, & non per τὸ πνεῦμά μου, id eſt, ſpiritum meum, vt adderetis iniquitatem iniquitati. Ac rurſum: Audite hæc: Non ab initio in occulto locutus ſum. Quum fieret, illic eram, & nunc dominus miſit me, & τὸ πνεῦμα id eſt, ſpiritus eius. Paulò poſt verò hunc in modum loquitur. Et hoc eſt illorum à me teſtamentum, dicit dominus, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, id eſt, ſpiritus meus in te. Ac rurſus in ſequentibus ſubiungit, dicens: Non legatus, nec angelus, ſed ipſe dominus ſaluos eos fecit, eò quòd diligeret eos ac parceret illis, ipſe liberauit eos, & exaltauit eos omnibus diebus ſeculi. Ipſi verò rebelles fuerunt, & prouocauerunt τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, id eſt, ſpiritum ſanctum, τὸ πνεῦμα Nume. cap. 11. iuxta Græcorū citationē. τὸ ἅγιον

ſanctum,& verſus eſt illis in inimicitiam. Iam Ezechiel ita loquitur, & ſuſtulit C
πνεῦμα. i. ſpiritus,& duxit me in terram Chaldæorũ in viſione in πνεύματι, id eſt, ſpiritu Dei. In Daniele verò etiam clamauit voce magna, dicens: Purus ego à ſanguine hoc. Et Micheas quidem ait: Domus Iacob prouocauit πνεῦμα. i. ſpiritum domini. Per loclem Deus ait. Et erit poſt hæc,& effundam de τοῦ πνεύματός μου. i. de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Rurſus per Zachariã Dei vox eſt loquentis: Niſi ſermones meos & legalia mea recipitis quæcunq; ego præcipio ſeruis meis Prophetis. Quinetiam accuſans Propheta populum, poſt pauca dicit: Et cor illorum ſtatuerunt inobediens, ne exaudirent legem ac ſermones tuos, immiſit dominus omnipotens in πνεύματι, id eſt, in ſpiritu ſuo, in manibus Prophetarum, qui anteà fuerunt. Atq; hæc quidem ex veteribus ſcripturis pauca ſubiecerimus. Cæterùm, interrogate & vos euangelijs etiã his, quæ ſcripſere Apoſtoli, & audietis quomodo & illic quum plurima ſit ſpirituum differentia, ſecundum excellentiam ſanctus ſpiritus non ſimpliciter ſpiritus, ſed cum additamento, de quo diximus, nominatur. Dominus igitur quum, quemadmodum prius dixi, hominum more baptizaretur propter carnem quam geſtabat, dicitur deſcendiſſe ſuper illum τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. i. ſpiritus ſanctus. Hunc dans diſcipulis, dicebat πνεῦμα ἅγιον. i. ſpiritũ ſanctũ. Docuit autẽ illos, paracletus τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, id eſt, ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Ac paulò poſt de eodẽ, τὸ πνεῦμα, i. ſpiritus veritatis, qui à patre procedit, ille teſtimoniũ perhibebit de me. Ac rurſum: Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed τὸ πνεῦμα, id eſt, ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis, ac paulò poſt. Quod ſi in πνεύματι, id eſt, ſpiritu Dei ego eijcio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei. Denicq; vniuerſam theologiam noſtriq; perfectionẽ, in qua conglutinauit nos ſibi & per ſe patri in hoc complens, præcepit diſcipulis: Ite, docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine τοῦ πατρὸς & τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, id eſt, patris, D
& filij, & ſpiritus ſancti. Cæterùm, quum promittit ſe illis eum miſſurum, precipiebat ab Hieroſolyma ne diſcederent, & poſt paucos dies dum complerentur dies pentecoſtes, erant omnes ſimul in eodem loco, & factus eſt repente de cœlo ſonitus tanquam πνοῆς, id eſt, ſpiritus qui impetu violento ferretur, & impleuit totam domum vbi erant ſedentes, & viſæ ſunt illis diſpertitæ linguæ tanquã ignis, & ſedit ſuper vnumquemq; illorum, & repleti ſunt omnes πνεύματος ἁγίου, id eſt, ſpiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis, quemadmodum τὸ πνεῦμα id eſt, ſpiritus, dabat eloqui illis. Inde quum etiam impoſitione manuum Apoſtolorum dabatur renatis πνεῦμα τὸ ἅγιον, id eſt, ſpiritus ſanctus. Agabus quiſpiam prophetabat in terra, dicens: Hæc dicit τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, id eſt, ſpiritus ſanctus. Paulus verò in quo vos τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, id eſt, ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos ad regendam eccleſiam Dei, quam acquiſiuit per proprium ſanguinem. Cæterùm, eunucho baptizato rapuit πνεῦμα, id eſt, ſpiritus domini Philippum. Ac Petrus ſcripſit, reportantes finem fidei ſalutem animarum, de qua ſalute exquiſierunt ſcrutatiq; ſunt Prophetæ, qui de ea, quæ in nos eſt gratia, prædixerunt, ſcrutantes in quod aut quale tempus ſignificabat in illis τὸ πνεῦμα χριστοῦ, i. ſpiritus Chriſti præteſtificãs, quæ in Chriſtum erant venturæ, paſſiones, & quæ poſt hæc, glorias. Ac Ioannes quidem in epiſtola ſcripſit: In hoc cognoſcimus, quòd in eo maneamus, & ipſe in nobis, quoniam de τοῦ πνεύματος, id eſt, ſpiritus ſuo dedit nobis. Paulus autem Romanis ſcribit: Vos autem non eſtis in carne, ſed in πνεύματι, id eſt, in ſpiritu. Si tantum πνεῦμα θεοῦ, id eſt, ſpiritus Dei habitat in vobis, corpus quidem mortuum propter peccatum, τὸ δὲ πνεῦμα, id eſt, ſpiritus verò vita propter iuſtitiam. Quòd ſi τὸ πνεῦμα, id eſt, ſpiritus eius, qui excitauit Ieſum, habitat in vobis, qui excitauit Chriſtum Ieſum à mortuis, viuificabit

& mor-

A & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem eius πνεύματος, id est, spiritū in vobis. Rursus Corinthijs, τὸ γὰρ πνεῦμα, id est, spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim nouit quæ sunt hominis, nisi τὸ πνεῦμα, id est, spiritus hominis, qui est in eo, ita & quæ sunt Dei nemo nouit, nisi τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ, id est, spiritus Dei. Nos autem non πνεῦμα, id est, spiritum huius mundi accepimus, sed τὸ πνεῦμα, i. spm̄ qui est ex Deo, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Ac paulò post: Omnia verò hæc operatur vnus & idem τὸ πνεῦμα, i. spiritus diuidens vnicuiq; priuatim sicut vult. Ac rursum: Dñs aũt τὸ πνεῦμα. i. spiritus est, est, vbi verò τὸ πνεῦμα, i. spiritus dn̄j, ibi libertas. Videte quō & Galatis scribat, dicens: Vt benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, vt promissionem τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ. i. spiritus acciperemus per fidem. Ac rursum: Quoniam aũt estis filij, emisit Deus τὸ πνεῦμα. i. spiritum filij sui in corda nostra clamantē, abba pater. Itaq; nō iam es seruus, sed filius. Quòd si filius, & hæres Dei per Christum. Ephesijs verò hunc in modum locutus est: Nolite contristare τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. i. spiritū sanctū Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Ac rursum: Studentes seruare vnitatem τοῦ πνεύματος. i. spiritus, in vinculo pacis. Ad Philippenses autem audacter locutus est, scribens: Quid autem? quouis modo, siue per occasionē siue veritate Christus annunciatur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo: noui enim q̄ mihi hoc eueniet ad salutem, propter vestrā deprecationē ac subministrationē τοῦ πνεύματος. i. spiritus, per Iesum Christū, iuxta expectationē ac spē meā, q̄ in nullo pudefiā. Et iterū: Nos em̄ sumus circuncisio, qui πνεύματι, i. spū Dei seruimus & gloriamur in Christo Iesu. Quin & Thessalonicensibus testatur: Itaq; q hæc spernit, nō hominē spernit, sed Deū qui dedit τὸ πνεῦμα, i. spiritū sanctū in nos. Ad Hebr. verò, ita significante τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. i. spiritu sctō, ne adhuc manifestaret̄ via sanctorū in priore tabernaculo habente statū. Ac rursum: Quanto

B putatis peiore dignus iudicabitur vltione, q filiū Dei cōculcarit, ac sanguinē testamenti cōmunem duxerit in quo sanctificatus est, & q τὸ πνεῦμα. i. spiritū gratiæ cōtumelia affecerit: Et iterū: Si em̄ sanguis hircorū & taurorū & cinis vitulę aspersus immūdos sanctificat ad carnis puritatē, multò magis sanguis Christi, qui per πνεύματος. i. spiritū æternū semetipsum obtulit immaculatū Deo, vt purgaret conscientiā nostram ab operibus mortuis? Ad Thessal. verò. Et nunc reuelabitur ille iniquus, quem dñs Iesus Christus interficiet τῷ πνεύματι oris sui, & abolebit claritate aduentus sui. Ecce quō spiritus sanctus in tota scriptura designatur. Quid igit̄ vos tale in prophetia vidistis? Q̄n quidē ne articulū quidē habet spūs q dicatur apud prophetā, vt vel occasionē habere possitis. Sed simpliciter ausi estis modos vobis ipsis cōminisci ac dicere: Spiritū qui creari dicit̄, eundē esse cū spiritu sancto. Et n̄ poteratis discere etiā à studiosis viris de spirituū differentia. Dicit̄ em̄ & hominis spiritus, quēadmodum canit Dauid: Nocte cōmentabar cū corde meo, & verebar τὸ πνεῦμά μου. i. spiritum meum. Baruch verò precās dicit: Anima in angustis, & πνεῦμα. i. spiritus tędiorū, clamaui ad te. Et in cantico trium puerorum: Benedicite πνεύματα. i. spiritus & animæ iustorum domino. Apostolus verò scribit: Ipse τὸ πνεῦμα. i. spiritus contestatur τῷ πνεύματι. i. spiritui nostro, quod sumus filij Dei: quod si filij, & hæredes. Ac rursum: Nemo nouit quę sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in ipso. In epistola verò ad Thessalonicenses deprecans dicit: Integer vester τὸ πνεῦμα, id est, spiritus & anima & corpus irreprehensibiliter in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Dicitur autem & ventorum spiritus hunc in modum, in Genesi quidem. Et induxit Deus τὸ πνεῦμα, id est, spiritum supra terram, & laborauit aqua. In Iona verò: Et excitauit dominus πνεῦμα super mare, & facta est procella magna in mari, & nauis periclitabatur ne comminueretur. Et in Psalmo, cvi. scriptum est: Dixit

& venit

& venit πνεῦμα. i. spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius: In Psalmo verò cxlviij. Laudate dominum de terra, dracones & omnes abyssi, ignis, grādo, nix, glacies, πνεῦμα. i. spiritus procellæ, quæ faciunt verbum eius. Et in Ezechiele: In throno tuo, in corde maris, in aquis multis duxerunt te remiges tui, τὸ πνεῦμα. i. spiritus austri cōminuet te. Cæterùm, cùm & vos versemini in diuinis scripturis, inuenietis dici spiritum etiam sensum, qui est in diuinis sermonibus, scribente Paulo: Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non literæ, sed πνεύματος. i. spiritus. Litera enim occidit, spiritus aūt viuificat. Quòd dicitur, litera deformatum est, sensus aūt qui est in eo, spiritus dicitur. Hoc pacto & lex spiritalis est, quemadmodum rursus dixit: Ne seruiamus vetustati literæ, sed in nouitate πνεύματος. i. spiritus. Et ipse quidem gratias agens, dicebat: Nimirum igitur ipse ego mente quidem seruio legi Dei, cæterum carne legi peccati. Nihil igitur nunc condemnationis est his, qui sunt in Christo Iesu: Nam lex τοῦ πνεύματος. i. spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati. Cæterùm, Philippus eunuchum à litera ad spiritum volens conuertere, dicebat: Num intelligis quæ legis? Tale quiddam habuisse & Caleb testatur scriptura: Factus est, inquit, πνεῦμα, id est, spiritus alius in ipso, & sequutus est me: Inducam eum in terram, in quam vocatus est: Nam alia mente, diuersa à mente illorum sequutus, ipse gratus Deo factus est. Tale habere cor Deus hortatus est populum per Ezechielem, dicens: Facite vobis ipsis cor nouum, & πνεῦμα, id est, spiritum nouum. Hæc itaque quum ad hunc se modum habeant, tantaq; spirituum varietas demonstretur, meliores fueritis, si de spiritu qui creatur à nobis audietes, de vno quopiā eorum de qbus iam diximus sentiatis, quale erat, qd in Esaia scriptū est: Concordauit Arā cum Ephraim, & excidit anima eius & anima populi ipsius, quemadmodū in nemore lignū à πνεύματος, id est, spiritu mouetur. Tale erat & qd dñs excitauit spiritū in mari propter lonā, sequuntur enim tonitruū & ventorū spiritus, quēadmodū de pluuia super Achab scriptū est, & factum est huiusq;, & cœlum obtenebratū est in nubibus & spiritu. Sed qm̄, vt aiunt, sermo mentionem facit Christi, cōsequenter cùm dicitur spiritus, nihil aliud q̄ sanctum spiritū consideraſtis. Cæterū spiritū dirimere natura, & alienare à filio vbi animaduertistis: Quando quidē Christum negatis esse creaturā, spiritū verò sanctum dicitis esse creaturā: absurdū est, quæ natura dissimilia sunt, simul nominare. Quę enim cōmunio aut quæ similitudo creaturę ad creatorē: Quandoquidem tēpus est, vt filio annumeretis cōnectatisq; ab ipso conditas creaturas. Satis igitur erat de spiritu ventorū, quod scriptū est intelligere, vt ante dictū est. Cæterū qm̄ causamini in eo sermone fieri mentionē Christi, operæ preciū est exactius considerare quod dicitur, si fortè ex eo qd spiritus creari dicit, inueniamus sensum aptiorē. Quid igit est annunciare in hominibus Christum eius, q̄ eum fieri hominē, vt idem dictum pol leat huic: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel. Itemq; cætera quæcunq; de illius aduentu scripta sunt: Cùm autem aduentus in carne annūciatur de verbo, qualem oportet intelligere creari spiritum nisi spiritum hominum, qui denuo creaturæ renouatur? Nam id & per Ezechielem pollicebatur Deus, dicens: Dabo vobis cor nouum, & spiritum meum dabo in vobis. Quando tandem hoc impletum est, nisi quum aduenies dominus renouauit omnia per gratiam. Ecce enim in hoc dicto spirituum differentia demōstratur, ac spiritus quidem qui renouatur, noster est, spiritum verò sanctum, non simpliciter spiritum, sed ipsius spiritum ait esse, per quē noster renouatur, quemadmodū habet psaltes Psalmo ciij. Auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum reuertētur. Emittes spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Quod si spiritu Dei renouamur, videlicet non

Numer. 14

est

A est spiritus sanctus qui nunc creari dicitur, sed noster. Quòd si rectè sentitis, filium non esse creaturam, eo quod per verbum facta sunt omnia, an non est blasphemum, vos dicere creaturam esse spiritum, in quo pater omnia per verbum suum perficit ac renouat? Et si ob id quod scriptum est, simpliciter creari spiritum, fingunt sibi hunc esse spiritum sanctum, sciant spiritum sanctum non iam creari, sed nostrũ esse qui in illo renouatur. De quo & Dauid precabatur canẽs: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Hic quidem dicitur creari, prius autem formauerat, sicut ait Zacharias, extendens cœlum, & fundans terram, & formãs spiritum eius in eo. Quod eñ prius formarat, hoc collapsum recreat ipse adsumpta creatura. Quoniam verbum caro factũ est. Vt quẽadmodum Apostolus ait, duos cõderet in vnum nouum hominẽ, qui secundum Deũ creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Non eñ vetus alio condito diuersoab eo, qui initio, secundum imaginẽ Dei factus est, homine, sed eũ, qui in Christo conditus erat, admonuit nos recipere. Quod & per Ezechielem declaratur dicentem: Facite vobisipsis cor nouum, & spiritum nouum, & quare moriemini domus Israel? Quoniã nolo mortem morientis dicit Adonai dñs. Ergo cũm hunc habeat sensum, q̃ spiritus creari dicitur, congruenter ad eundem modum intelligetur formari tonitruum. Fidelis sermo & immobilis spiritus lex. Huius eñ ministros cũm dñs vellet esse Iacobum & Ioannem, vocauit eos Boanerges, id est, filios tonitrui. Itaq; Ioannes quidem verè clamat è cœlo: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Prius enim lex vmbram habebat futurorum bonorum, cæterùm, vbi dñs annunciatus est hominibus, & aduenit, dicens: Ipse qui loquebar, adsum: tunc vt ait Paulus: Huius vox terram concussit, qui prius denũciauerat. Adhuc semel ego mouebo, non solum terram, verumetiam cœlum. Quod aũt dicit adhuc semel,
B declarat eorũ quę mouẽtur transmutationẽ vt maneãt ea, quæ non mouentur. Quapropter regnum inconcussum adsumentes, habemus gratiam, per quã seruimus accepti Deo. Quod aũt hic dicit regnum inconcussum, idem alibi canit Dauid: Dñs regnauit, decorem indutus est, indutus est dñs virtutem & præcinxit se. Fundauit enim orbem terrarum, qui non commouebitur. Nimirum quod apud Prophetam dicitur, aduentum saluatoris indicat, in quo nos quoque renouati sumus, & lex patris permanet immobilis. Sed qui verè tropici, id est, vertibiles sunt, confœderati Arrianis, & inter se partiti, blasphemiam in deitatem, sic vt illi quidem filium, hi verò spiritum sanctum dicant esse creaturam, au si sunt tropos, vt ipsi aiũt, denuo ex semetipsis excogitare, ac perperã exponere illud Apostoli dictum, quod rectè scripsit Timotheo, dicens: Testificor coram Deo & Iesu Christo, & electis angelis, vt hæc serues absq; præiudicio, nihil faciens secundum affectum. Illi verò dicunt: Quoniam Deum & Christum nominauit, ac mox angelos, oportet angelis annumerari spiritum, vt ipse quoq; sit in eadem serie qua illi, sitq; angelis cęteris excellentior. Primũ quidem istud commentum est impietatis Valentinianæ, nec ipsi nesciunt se, quæ sunt illius, loqui. Nam ille dicebat, misso paracleto simul cum illo fuisse missos ipsius æquales angelos. Deinde cũm spiritũ detraherent ad angelos, non intelligebant se angelos copulare trinitati. Nam si quod isti sentiunt, post patrem & filium sunt angeli, clarum est ad trinitatem pertinere angelos, nec iam esse spiritus ministratorios, qui in ministerium mittuntur. Neque enim fuerint de numero eorum, qui sanctificantur, sed ipsi potius aliorum erunt sanctificatores. Quænam est hæc istorum amentia? Vbi præterea in scripturis inueniunt spiritum dici creaturam? Sed mihi necesse est eadem dicere, quæ dicta sunt superius. Paracletus, id est, consolator dictus est & spiritus adoptionis, & spiritus sanctificationis, & spiritus

Psalm. 92

tus Christi dictus est, at angelus nequaquam, neq; archangelus, neq; spiritus mi C
nisterij, quales sunt angeli, sed ipsi potius ministratur, Gabriele loquente Ma-
riæ, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Cæte-
rùm, cùm scripturæ non dicant spiritum angelum, quo pacto poterunt isti ex-
cusare tantam audaciam alienam à ratione? Vbi sanè & Valentinus, qui eis hu-
ius peruersæ mentis semen iniecit, hunc quidem paracletum, illos verò nomina-
uit angelos, patriq; tempore, spiritum æqualem copulat angelis insanissimus. Sed
ecce, inquiunt, in Zacharia prophera scriptum est: Hæc dicit angelus loquens in
me, nec obscurum est, quin spiritum significet angelum esse, qui in ipso loque-
batur. Verùm hoc nequaquam dicerent, si quod legunt, attenderent: Siquidem ip-
se Zacharias, cùm visionem de candelabro vidisset, ait, & excitatus est ange-
lus qui loquebatur in me, & dixit: Non intelligis quæ sunt ista? Et dixi, non do-
mine. Ac respondit, locutusq; est ad me, dicens: Hic est sermo domini ad Zoro-
babel, dicens: Non in virtute magna, neque in robore, sed in spiritu meo, dicit
dominus omnipotens. Vnde perspicuum est, quòd angelus qui loquebatur pro-
phetæ, nequaquam fuerit spiritus sanctus; sed ipse quidem angelus Dei nuncius
erat, spiritus verò sanctus est spiritus omnipotentis, cui minister est angelus,
est autem inseparabilis à diuinitate, atq; verbi potentia. Sed quoniam causan-
tur ex dicto apostolico, quòd post Christum dixerit electos angelos, dicant quis
ex omnibus hic est, qui trinitati copulatur. (Neq; enim sanè omnes, vnus sunt
numero,) aut quis est istorum, qui descendit in Iordanem speciæ columbæ? Mi-
lies mille sunt, ac decies milies decem milia, qui ministrant. Aut quamobrem
non dictum est, apertis cœlis, descendit vnus ex electis angelis, sed descendit spi-
ritus sanctus? Aut quamobrem ipse dominus de consummatione mundi lo-
quens discipulis, cùm eos mitteret, dicebat: Mittet filius hominis angelos suos,
& ante hæc dictum erat: Angeli ministrabant ei. Et iterum ipse dicit: Exibunt D
angeli. Cæterùm, cùm discipulis daret spiritum, aiebat: Accipite spiritum san-
ctum. Cùm autem emitteret illos, dicebat: Euntes docete omnes gentes, bapti-
zantes eos in nomine patris & filij, & spiritus sancti. Non enim adiungit ange-
lum deitati, neq; per creaturam adglutinauit nos & sibi & patri, sed per spiritũ
sanctum. Quod quidem ipse pollicens, non dixit se missurum angelum, sed spi-
ritum veritatis, qui ex patre procedit, & ex ipso accipit, datq;. Ac Moyses quidẽ
cùm sciret angelos esse creaturas, spiritum verò sanctum vnitum filio & patri,
cùm loqueretur illi Deus: Vade, ascende hinc tu & populus tuus, quem eduxisti
ex terra Aegypti, quã iurauí Abraham, & Isaac, & Iacob, dicens: Semini vestro
dabo terram hanc, simul mittam ante faciem tuam angelum meum, & ejiciet
Chananæum, recusauit dicens, nisi ipse simul eas nobiscum, ne me abducas hinc.
Non enim volebat creaturam esse ducem populi, ne discerent seruire creaturæ,
præter omnium conditorem Deum, nimirum angelo recusato obsecrat ipsum
Deum, vt dux sit ipsorum. Porrò, cùm Deus pollicitus esset, dixisseq; ad eum:
Et istum sermonem quem locutus es, faciam. Inueneisti enim gratiam in conspe
ctu meo, & noui te supra omnes. Scriptum est in Esaia: Qui educit de terra pa-
storem ouium, hoc est, qui ponit in eis spiritum sanctum. Qui reduxit dextra
Moysen. Ac paulò post ait: Descendit spiritus à domino, ac deduxit eos, sic du-
xit populum suum faciens sibijpsi nomen gloriæ. Quis ex his non perspicit ve-
ritatem? Cur enim Deus promisisset se fore ductorem, ecce non iam angelũ pro-
mittit se missurum, sed spiritum suum qui est supra angelos, atq; ipse est is, qui
ducit populum, ostenditurq; quòd spiritus non est de numero creaturarum, ne-
que angelus, sed supra creaturam vnitus deitati patris. Siquidem ipse Deus per
verbum in spiritu deducit populum. Vnde & per vniuersam scripturam: Ego

eduxi

A eduxi vos de terra Aegypti, testes vos estis, an Deus fuerit alienus in vobis præter me. Quin & sancti Deo acclamant: Deduxisti sicut oues populum tuum, & deduxit eos in spe, & non est grauatus. Hinc & hymnum consecrant, dicentes: Qui eduxit populum suum in deserto, Quoniam in seculum misericordia eius. Magnus autem ille Moyses assidue dicit: Dominus Deus qui præcedit ante faciem vestram. Nimirum Dei spiritus, nequaquam esse potest angelus, neq; creatura, sed potius eiusdem deitatis. Quum enim spiritus esset in populo, Deus per filium in spiritu erat in eis. Verùm aiunt isti, esto, ista sic se habeant, quamobrem ergo Apostolus post Christum non nominauit spiritum sanctum, sed electos angelos? Sed idem aliquis ab ipsis percunctetur, quare non archangelos neque Cherubin, neq; Seraphin, neq; dominationes, neq; thronos, neq; aliud quippiã, sed electos angelos nominauit Paulus? An quoniam non hoc modo nominauit, angeli sunt archangeli, aut soli angeli sunt, & neq; Seraphin, aut Cherubin, non archangeli, neq; dominationes, neque throni, neque principatus, neq; aliud quippiam sunt? Verùm istuo est necessitatem imponere Apostolo, quare nõ sic, sed sic scripserit, & ignorare diuinas scripturas, & ob id circa veritatem errare. Ecce enim apud Esaiam scriptum est: Venite ad me, & audite hæc. Non ab initio in occulto locutus sum, cùm fierent illic eram, & nunc dominus misit me, & spiritum suum. Apud Haggæum verò & nunc corroborare Zorobabel dicit dominus, & corroborare Iesu fili Iosedec sacerdos magne, dicit dominus, & corroboretur totus populus terræ dicit dominus, & facite quoniam ego vobiscũ sum, dicit dominus omnipotens, & spiritus meus astitit in medio vestrum: & apud vtrunq; prophetam ab vno domino & vno spiritu mentio facta est. Quid igitur de hoc quoq; dicent? Nam si quoniam Christi mentionem faciens Paulus de patre tacuisset, sed electorum angelorum fecisset mentionem, ideo spiritum con-
B iungerent angelis, tempus est, vt in his propheticis versantes audacius disputẽt, etiam de eo quod silentio præteritum est. Siue enim dominum dicent esse filiũ, quid tandem dicent de patre? Siue spiritum sanctum dixerint, quid dicent de filio? Nam blasphemiam aduersus illum ex his consequentem absit vt quisquam cogitet. Necesse est enim eos dicere, aut omnino non esse, aut rebus conditis annumerare id quod tacetur. Quid autem dicere potuerũt qui cum istis sentiunt? Iudex quidam erat in quadam ciuitate, Deum non timens & hominem non reuerens. Nimirum post Deum nominauit hominem: filius est iste homo, quem non reueritus est iniquus iudex, an quoniam post Deum nominauit hominem, tertius est filius post hominem? Quid autem si Apostolum in eadem hac epistola rursum dicentem audiant: Præcipio tibi in conspectu Dei, qui viuificat omnia, & Iesu Christi, qui testificatus est sub Pontio Pilato bonam cõfessionem, vt serues præceptum immaculatum irreprehensibile. An igitur quoniam nunc tacuit de angelis & spiritu, ambigunt etiam de spiritu deq; angelis an sint? Certè ambigunt. Tales enim blasphemias de spiritu proferre consueti sunt. Quod si audierint scripturam dicentem in Exodo: Timuit populus dominum, & crediderunt Deo ac Moysi famulo eius, an annumerabunt Deo Moysen, ac post Deum subaudient filium, an solum Moysen? Quid autem si audierint & patriarcham Iacob benedicentem Ioseph dicentemq; Deus qui enutrit me à iuuentute mea vsq; ad diem hunc, angelus qui eripuit me ex omnibus malis benedicat pueris. An quoniam post Deum nominauit angelum, prior est angelus filio, aut angelis annumeratur filius? Certè rursum ita sentient, corruptum habentes cor. Sed apostolica fides talis non est, neque omnino Christianus istos tulerit. Siquidem sancta ac beata trinitas, indiuisibilis & vnita sibijpsi est, & quum dicitur pater, adest & huius verbum, & qui in hoc est spiritus. Et si filius nominetur, in fi-

i lio est

lio est & pater, & spiritus non est extra verbum. Vna siquidem est, quæ à patre C
proficiscitur gratia per filium, quæ in spiritu sancto completur, & vna deitas est & vnus Deus, qui est super omnia & per omnia, & in omnibus. Ad hunc enim modum & Paulus locutus est: Testificor coram Deo & Iesu Christo. Sciebat quòd nõ diuisus sit à spiritu filius, sed in Christo & ipsum esse, quemadmodum filius est in patre. Cæterùm, electos angelos congruenter subiunxit, vt quoniam testificatio dicebatur discipulo, sciens quòd ea, quæ dicta sunt à Deo per Christum quidem in spiritu dicta sunt, angeli verò ministrant res nostras inspicientes vniuscuiusque actiones, vt seruaret præceptoris obseruationes, tanquam habens inspectores eorum quæ dicebantur testes. Aut forsitan etiam eos, qui per omne tempus inspiciunt faciem patris, qui in cœlis est, testificatur nunc angelos propter pusillos, qui sunt in ecclesia, vt discipulus sciens eos curatores populorum non negligeret Apostoli monita. Hæc igitur diuinorum eloquiorum mens mihi videtur esse, confutans eorum blasphemiam, qui præter rationem aduersus spiritum loquuntur: ipsi verò pertinaciam constantem habentes aduersus veritatem sicubi scribit, non iam quidem è scripturis, non inueniunt enim, verùm è spiritu cordis proprij ructantes iterum dicunt: Si non est creatura neque vnus è numero angelorum, sed ex patre procedit, ergo filius est & ipse & duo fratres sunt ipse & verbum, & si frater est, quomodo vnigenitus verbum, aut qui fit, vt non sint æquales, sed hic quidem post patrem natus est, ille verò post filium nominatur? Aut quomodo si ex patre est, non dicitur & ipse natus aut filius esse, sed simpliciter spiritus sanctus? Quòd si filius est spiritus, ergo pater est auus spiritus. Huiusmodi ludunt infames curiositatem exercentes, volentes; scrutari profunda Dei, quæ nemo nouit, nisi spiritus Dei, quem isti blasphemia adficiunt. Oportebat quidem igitur non amplius istis respondere, sed iuxta præceptum Apostolicum, post admonitionem ex his, quæ prius D
dicta sunt, factam, eos velut hæreticos reijcere, aut ipsos interrogare digna ijs, quæ illi interrogant, poscere; que ab eis responsum quale ipsi à nobis poscunt. Dicant igitur an pater ex patre sit, & an alius cum ipso genitus sit, & an sint fratres ex vno, & quod istis nomen sit, & quis est huius pater atq; auus, & illorum progenitores? Sed dicent non esse. Ergo dicant, quomodo sit pater, quum non gignatur ex patre, aut quomodo potuerit filium habere, qui prius ipse filius natus non sit? Scio impiam esse interrogationem, sed aduersus eos, qui talia ludũt, par est vicissim ludere, vt vel ex huiusmodi absurda impiaque interrogatione amentiam suam sentire possint. Non sunt enim hæc, absit, nec decet ad hunc modum de deitate percunctari. Non est enim sicut homo Deus, vt humana de eo quis audeat interrogare. Proinde sicut antea dicebam, ad hæc conueniebat obticescere, nec cum talibus habere commercium, verùm ne nostrum silentium istis impudentiæ gignat occasionem, audiant! Sicut non licet patri tribuere nomen filij, sic non licet filium dicere fratrem. De patre quidem scriptum est antea, alius Deus non fuit, filius vero non est alius Deus, est enim vnigenitus. Vnde & solus & vnus est pater, solius & vnius filij pater est, & in sola deitate patris & filij consistit, estque semper. Si quis hominum dicitur pater, tamen alterius fuit filius, & si filius dicitur, tamen alterius fuit pater, vt in hominibus non propriè seruetur patris ac filij nomen. Abraham quum filius esset Nachor, pater factus est Isaac, & Isaac quum esset filius Abrahæ, pater factus est Iacob, & ad hunc modum se habet hominum natura. Partes enim sunt alij aliorum, & vnusquisque nascens habet patris portionem, vt & ipse alterius fiat pater, cæterum de deitate non est eodem modo, neque enim Deus est vt homo, neque naturam habet, quæ diuidatur. Ideoque neque gignit

Spiritus quare non dicatur filius, nõ potest reddi ratio.

filium

filium diuisus, vt & ipse hat pater alterius. Quandoquidem nec ipse est ex patre.
A Cæterùm nec filius pars est patris, vnde nec generat, quemadmodum ipse genera-
tus est, sed totus est totius imago splendorq;. Etsi sola deitate pater propriè
est pater, ac filius propriè est filius, & in his semper constitit appellatio, vt pater
semper sit pater, & filius semper filius. Et quemadmodum nequaquam vnquã
pater fieri posset filius, sic nequaquam vnquam filius fiet pater, & quemadmo-
dum non desinet vnquam pater solus esse pater, sic non desinet vnquam filius so-
lus esse filius. Insania profectò est, vel omino cogitare nedum dicere de filio qui-
dem nomen fratris, de patre verò nomẽ aui. Neq; enim in scripturis spiritus san-
ctus dictus est filius, ne frater crederetur, neq; filius filij, ne pater existimaretur
auus, sed filius patris est filius, & spiritus sanctus patris filijq; spiritus dicitur, atq;
ita sanctæ trinitatis vna deitas ac fides est, ergo secũdum hanc rationem insania
est dicere spiritum esse creaturam. Nam si creatura esset, non adiungeretur trini-
tati. Tota enim vnus Deus est, sufficitq; scire quòd spiritus creatura non est, neq;
rebus conditis annumeratur. Non enim alienus admiscetur trinitati, sed inse-
parabilis est, sibiq; similis. Suffeiunt hęc his, qui non credunt: hucusque cognatio in
nominibus pertingit, hucusque Cherubin tegunt alis. Qui verò plura his quæ-
rit, vultq; scrutari, non obedit dicenti: Noli esse multum sapiẽs, ne obstupescas.
Etenim quæ fidei tradita sunt, hæc non per humanam sapientiam, sed per obe-
dientiam fidei discere et intelligere. Quis enim sermo dignè possit enarrare quæ sunt
supra naturam condita, aut quæ omnino auris poteit intelligere, quæ non licet
hominibus nec audiri nec loqui? De his igitur, quę audierat Paulus ad hunc mo-
dum loquutus est. De ipso verò Deo, quàm inperscrutabiles viæ eius. Quis enim
cognouit mentem domini, aut quis consiliarius eius fuit? Abraham itaque non
erat curiosus, neque percunctatus est loquentem, sed credidit, & imputatum est
illi ad iustitiam. Sic Moyses dictus est fidelis famulus. Cæterùm quicum Arrio
B sentiunt, quoniam in fraudulentam ipsorum ánimam non introibit sapientia,
non possunt intelligere neque credere de inseparabili sanctaq; trinitate, ne pro-
pter hoc etiam veritatem perperam enarrent, quęq; ipsi non possunt intelligere,
hæc dicant esse non posse. Accidit etiam eis quiddam absurdissimum, quod
quum non possint intelligere, quomodo insepabilis sit sancta trinitas, faciunt
hi quidem, nempe Arriani, filium idem cum natura. Illi verò nempe tropici spi-
ritum creaturis annumerant. Oportuit autem eos aut omnino, quia non intelli
gunt, tacere, & non coniungere, neque illos filium neque hos spiritum creaturis,
aut id quod scriptum est, agnoscere, & patri adiungere filium, & spiritum san-
ctum non separare à filio, vt inseparabilis eademq; verè sanctæ trinitatis essen-
tia permaneat. Hæc oportebat illos discere, nec audaciam sumere, neque dubi-
tantes percunctari, quomodo hæc fiant, vt si is qui interrogatur, non habeat
quod dicat, ne ipsi excogitent sibi ipsi malas opiniones. Nã est, cum omnibus cõ-
ditis, tũ maximè nobis hominibus impossibile digna loqui de non enarrandis.
Maioris aũt rursus audacię est, cum non possint de his log, excogitare de his no-
uas voces præter eas, quæ sunt in scripturis: quanq; & alioq furiosus est hic cona-
tus vel percunctantis vel omnino cogitãtis respondere. propterea quod si vel de
rebus conditis quis ad istum interroget modum, existimabitur parum sanę mẽ-
tis. Alioqui audeant respondere, qui talia temerè loquuntur: Quomodo subsi-
stit cœlum, aut ex qua materia, aut quæ est huius mixtura, aut quomodo condi-
tus sol, cum singulis stellis. Sed quid mirum ex superioribus redargui istó-
rum amentiam, quando sanè ne arborum quidem hic humi nascentium, quæ sit
natura, quæve aquarum substantia, aut quomodo se habeat animantium crea-
tio & constitutio, scitur, sed nequaquam dicere poterunt. Nam & Solomon

Fidei obe
dientia.

qui sapientiam copiosius cæteris omnibus sortitus est, videns fieri non posse, C
vt hæc homines inueniant, aiebat: Et quidem vniuersam ætatem dedit in cor de
eorum, ne inueniret homo creaturam, quam fecit Deus ab initio vsque ad finem.
An igitur quoniam inuenire non possunt, profitentur non esse: Cerrè profitentur, sed corruptam habentes mentem. Proinde iure quis eis dixerit: O stulti & nihil non audentes. Quin potius desinitis esse curiosi de sancta trinitate, tantumq; creditis eam esse, quum habeatis huius rei doctorem Apostolum dicentem: Credere enim oportet primùm Deo, quod est, quodq; exquirentibus ipsum remunerator est. Non enim dixit, quomodo sit, sed tantū esse dixit: Quod si ne sic quidem abdunt sese, dicant quomodo est pater, vt hoc pacto discant, quomodo est & huius filius. Verùm absurdum est, inquiēt, de patre tales quæstiones proponere. Audiāt æquè absurdum esse, de verbo eius huiusmodi quęstiones proponere. Itaque quum iste conatus superuacaneus sit ac plusquam insanus, ne quis posthac istiusmodi pereunctetur, aut ea tantum, quæ in sacris literis sunt, discat. In his enim satis idonea ac sufficientia posita sunt hisce de rebus exempla. Fons igitur ac lux dicitur pater. Nam me, inquit, reliquir fontem aquę viuæ. Ac rursus in Baruch. Quid est Israel, quòd in terra inimicorum reliquisti fontem sapientiæ? Ac iuxta Ioannem: Deus noster lux est. Dicitur autem & filius, velut ad fontem, fluuius. Fluuius enim Dei impletus est aquis. Ad lucem autem splendor, dicente Paulo: Qui quum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ. Ergo quum pater lux sit, filius autem splendor eius, nam non oportet pigere, eadem de his præsertim, iterum dicere, frequenter videre est, in filio spiritū, per quem illustramur. Vt det, inquit, vobis spiritum sapientiæ ac reuelationis in agnitione ipsius illuminatos oculos cordis. Quum autem illuminamur spiritu, Christus est in eo illuminans. Erat enim, inquit, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Rursus quum pater sit fons, ac D
filius dicatur fluuius, spiritum dicimur potare. Scriptum est enim: Nos omnes eodem spiritu potati sumus. Quum autem potamur spiritu, Christum bibimus. Biberunt enim de spirituali, consequente ipsos petra, petra autem Christus. Ac rursus quum Christus sit verus filius, nos accipientes spiritum reddimur filij. Non enim accepistis, inquit, spirirum seruitutis iterum ad terrorem, sed accepistis spiritum adeptionis filiorum. Quum autem efficimur filij per spiritum, nimirum in Christo vocamur filij Dei. Quotquot enim receperunt eum, dedit illis potestatem filios Dei fieri. Deinde patris, qui, vt ait Paulus, solus sapiens est, filius est ipsius sapientia, Christus enim Dei virtus ac Dei sapientia. Quum autem filius sit sapientia, nos dum sapientiæ spiritum accipimus, filium habemus, ac per eum sapientes reddimur. Sic enim scriptum est Psalmo CXLV. Dominus soluit compeditos, dominus sapientes reddit cæcos. Quumq; spiritus sanctus datur in nos (Nam Saluator ait: Accipite spiritum sanctum) Deus est in nobis. Sic enim scripsit Ioannes: Si dilexerimus nos inuicem, Deus in nobis manet. Per hoc cognoscimus, quòd in eo manemus, & ipse in nobis, quod de spiritu suo dedit nobis. Quum verò Deus est in nobis, & filius est in nobis, dicente ipso filio. Veniemus ego & pater, & mansionem apud eum faciemus. Ad hæc, cùm vita sit filius. Ego enim, inquit, sum vita, viuificari dicimur per spiritū. Qui enim excitauit, inquit, Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitārem spiritum eius in vobis. Cùm aūt viuificamur per spiritum, Christus ipse dicitur in nobis viuere. Cum Christo enim, inquit, crucifixi sumus, viuo autem non iam ego, sed viuit in me Christus. Ac rursum: Quemadmodum filius opera quæ faciebat ipse, dicebat à patre fieri. Ait enim: Pater in me manens, ipse facit opera sua, Credite mihi quod ego in patre, & pater in

me

A me. Alioqui propter opera illius credite mihi. Consimili modo, quæ virtute spiritus faciebat Paulus, dicebat Christi esse opera. Non enim audebo quicq̃ dicere, eorum quæ non est Christus operatus in me, ad obedientiam gẽtium, sermone & facto, in virtute signorum ac prodigiorum, in virtute spiritus sancti. Huiusmodi naturæ societas atq; vnitas cùm sit in sancta trinitate, quis dirimet filiũ à patre, aut spiritũ sanctum à filio, aut ab ipso patre? Aut quis est adeò confidẽs, vt ausit dicere trinitatem sibi dissimilem diuisæq; naturę esse, aut filium alterius essentiæ esse q̃ sit pater, aut spiritum sanctum alienum esse à filio? Quomodo verò sint hæc, si quis vicissim percunctetur quęrens, quo pacto cùm pater est in nobis, dicitur filius in nobis esse. Rursum cùm filius est in nobis, dicitur in nobis et se pater, aut quõ cùm omnino tota trinitas sit, per vnum significatur trinitas, aut cùm vnus est in nobis, trinitas esse dicitur? Dicat ipse primũ splendorẽ lucis, aut sapientiã sapientis, aut dicat quõ sint hæc. Quod si hoc non potest, multò magis huiusmodi de Deo quærere, insanientiũ est temeritas. Deitas em̃, vt ante dictũ est, non datur per demonstrationem rationum, sed per fidem piamq; cogitationem cum religione. Etem̃ si salutiferam crucem, non in sapientia verborum, sed in ostensione spiritus ac virtutis prædicabat Paulus, cùm tamen audisset verba non referenda in paradiso, quæ nõ est fas homini loqui, de hac trinitate quis poterit enarrare? Hinc tamen difficultati inexplicabili, poterit aliquis mederi, primum quidẽ per fidẽ, deinde ex ijs, quę iam dicta sunt, videlicet de imagine, de splẽdore, de fonte & fluuio, de hypostasi & figura. Quemadmodum per propriam imaginem est filius in spiritu, ita & pater in filio. Siquidem q̃m fieri non potest, vt per rationes hæc interpretemur, aut comprehendamus, diuina scriptura consolãs imbecillitatẽ nostram, huiusmodi nobis dedit exempla, vt sic propter incredulitatẽ audacium hominum, dicamus simplicius, & dicamus absq; periculo, cumq; venia posthac sentiamus & credamus, vnam esse sanctificationẽ ex patre per filium, quæ fit in spiritu sancto. Quẽadmodum em̃ vnica progenies est filius, sic & spiritus qui à filio datur ac mittitur, & ipse est vnus, non multi, nec est de numero multorum, sed ipse solus est spiritus. Etem̃ cùm vnus sit filius, qui est verbum viuum, oportet eius vnã esse vim viuam, consummatã, plenã, ac sanctificatricẽ & illuminatricẽ, quæ gratis à patre procedere dicitur, quoniam à verbo, quod citra controuersiam est à patre, resplendet, mittitur ac datur. Nimirũ filius à patre mittitur. Sic enim, inquit, Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum emiserit rursum filius emittit spiritum. Ait em̃: Si ego abiero, mittã paracletũ. Ac filius quidem glorificat patrẽ, dicẽs: Pater ego te glorificaui. Spiritus autẽ glorificat filium. Ille em̃, inquit, me glorificabit. Et filius quidẽ ait: Quæ audiui à patre, hæc loquor in mundũ. Spiritus aũt accipit à filio. Ait em̃. De meo accipiet, & annunciabit vobis. Ac filius quidẽ venit in nomine patris. Spiritus verò sanctus, ait filius, quẽ mittet pater in nomine meo. Hunc ordinem ac naturã cũ spiritus habeat erga filium, quid obstat, quo minus qui hunc dicit creaturã, idẽ necessario sentiat de filio. Quòd si filij spiritus est creatura, consequens erit, vt & verbum patris dicant creaturã. Nam hæc imaginãtes Arriani, in Caiaphæ iudaissimum prolapsi sunt. Quod si simulant se non sentire cũ Arrio; qui de spiritu talia prædicãt, fugiant etiam illius verba, neq; cõmittant impietatem aduersus spiritum. Quẽadmodum em̃ filius qui est in patre, in quo & pater est, nõ est creatura sed proprius substantiæ patris. Hoc em̃ & vos præ vobis fertis dicere: sic & spiritum qui est in filio, & in quo est filius, non fas est creaturis adiungere, neq; separare eum à verbo, ac trinitatẽ imperfectam reddere. Itaq; quod attinet ad dictum propheticum atq; apostolicum, quorum gratia subuertentes intellectũ deceperunt seipsos, satis est p. hęc confutasse tropicorũ blasphemiã ex insciti profectã.

B

Iam verò videamus ipsa per se, quę in diuinis scripturis de spiritu sancto dicũtur, ac velut probati trapezętę discernamus, num quid propriũ habeat spiritus cum creaturis, aut propriũ cũ dei verbo, vt aut creaturã dicamus spiritũ, aut creatorẽ, aut diuersum quidẽ à creaturis, propriũ verò & vnum increatæ trinitati, quæ est deitas: forsitan vel sic erubescent, vbi didicerint quantum à diuinis eloquijs abhorreant verba blasphemiæ ab ipsis inuẽta. Creaturæ itaq; ex nihilo factę sunt, atq; esse cœperunt. In principio siquidẽ fecit Deus cœlum & terrã, & omnia quę in ea sunt. Spiritus aũt sanctus dicitur ex Deo. Nullus ẽm, inquit, nouit ea, quæ sunt hominis, nisi spũs hominis qui est in ipso: sic & quæ sunt Dei, nemo nouit, nisi spiritus Dei. Nos aũt nõ spiritũ mundi accepimus, sed spiritũ qui est ex Deo. Ex his itaq; dictis quę cognatio spiritui cũ creaturis? Siquidẽ creaturæ nõ erãt, Deus aũt est qui est, ex quo etiã spiritus. Quod aũt est ex Deo nõ potest esse ex nihilo, nec creatura, nei iuxta istos etiã spiritus qui ex illo est, creatura credat esse. Quis igitur istiusmodi vesanos sustineat dicentes & ipsos in corde, nõ esse Deũ? Etenim quemadmodum nemo nouit quæ sunt hominis nisi spiritus qui est in ipso, ita quæ sunt Dei nemo nouit, nisi spiritus qui in ipso est. An non blasphemũ fuerit dicere creaturã esse spiritũ, qui est in Deo, qui etiã profunda Dei scrutatur? Docetur ẽm ex his dicere qui talis est, hominis quidẽ spiritus extra ipsum hominẽ esse, verbũ verò quod est in patre & spiritum esse creaturã. Ac rursum spiritus sanctificationis & renouationis, & est & dicitur spiritus. Scribit ẽm Paulus: Qui præfinitus est filius Dei in virtute per spm̃ sanctificationis ex resurrectione mortuorũ Iesu Christi dñi nostri. Ac rursum ait: Sed iustificati estis in nomine dñi nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Quin & ad Titum scribens, dicebat: Cũ verò bonitas & humanitas apparuit seruatoris nostri Dei, nõ ex operibus quę sunt in iustificatiõe, quę fecimus nos, sed iuxta suã misericordiã saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis ac renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abũdè per Iesum Christũ seruatorem nostrum, vt iustificati illius gratia hęredes efficiamur secundũ spiritũ vitæ æternæ. Creaturę verò sunt hę, quæ significanť ac renouantur. Emittit ťpm̃ suũ & creabunť, & renouabit faciem terræ. Quin & Paulus ait: Impossibile ẽm eos, qui semel illuminati sunt, gustauerũt que donũ cœleste, ac participes facti sunt spiritus sancti. Quod igitur non sanctificatur ab alio, neq; particeps est sanctificationis, sed ipsum est quod vim habet sanctificandi, p quod & creaturæ oẽs sanctificanť, quõ fuerit vnum de numero omniũ, aut propriũ ijs, quæ ipsius participatione sanctificantur? Necesse est ẽm ijs qui hoc dicunt, dicere filiũ quoq; per quẽ omnia facta sunt, vnum esse de numero omniũ. Spiritus viuificãs dicitur, ait enim: Qui excitauit Iesum à mortuis, viuificabit & mortua corpora vestra per inhabitãtem spiritum eius in vobis. Et dñs quidẽ est ipsa vita ac lux vitę, quẽadmodum dixit Petrus: Dixit aũt ipẽ dñs: Aqua quã ego dabo ei, fiet in ipso fons aquæ salientis in vitã æternã. Hoc aũt dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in ipsum. Creaturæ verò sicut antea dictum est, sunt quæ viuificantur per ipsum. Cæterùm q̃ nõ est particeps vitæ, sed q̃ ipsum impartit viuificatq; creaturas, quã habet cognationẽ ad res conditas, aut quõ omnino posset esse de numero creaturarum, quæ per illum à verbo viuificantur? Vnctio dicitur spiritus, & est signaculum. Ioannes ẽm ait: Et vos vnctio quam accepistis ab eo, manet in vobis, nec opus habetis, vt quis vos doceat, sed ipsius vnctio, spiritus illius docet vos de omnibus. In propheta verò Esaia scriptum est: Spiritus dñi super me, eo q̃ vnxit me. Ac Paulus ait: In quo & credentes signati estis in diem redemptionis. Creaturæ verò per hunc signantur & vnguntur, deq; omnibus docentur. Quòd si spiritus est vnctio ac signaculum quo vngit & obsignat omnia verbum, quæ similitudo aut proprietas vnctionis ac si-

A ac ſignaculi ad ea quæ vnguntur & ſignantur: Itaq; iuxta hanc rationem nequaq̃ fuerit ipſe vnus de numero omniũ. Neq; em̃ eſſe poteſt ſignaculum de numero eorum quæ ſignantur, neq; vnctio de numero eorum quæ vnguntur, ſed proprium hoc eſt vngentis & ſignantis verbi. Nam vnctio quidẽ fragrantiam ac redolentiam vngentis habet, atq; ĩj qui vnguntur, huius participes dicũt Chriſti bonus odor ſumus. Signaculum aũt formam Chriſti ſignantis habet, & huius qui ſignantur participes ſunt, dum iuxta hoc formanẽ, dicente Apoſtolo: Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Sic & dum ſignamur, meritò participes diuinæ naturæ reddimur, quemadmodum dixit Petrus. Atq; hoc modo particeps eſt omnis creatura verbi per ſpiritum, ac per ſpiritum reddimur omnes participes Dei. Ait enim: Neſcitis quòd templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violauerit, perdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Cæterùm ſi ſpiritus eſt creatura, haudquaquam vlla per eum communio naturæ filij facta fuiſſet nobis at creaturæ quidem fuiſſemus copulati, ſed alieni à natura diuina fuiſſemus, tãquam nullius rei ex illo participes. Nunc autem cum dicimur participes Chriſti & participes Dei, oſtenditur quem eſt in nobis vnctio ac ſignaculum non eſſe naturæ rerum conditarum, ſed fidei, per eum, qui in illa nos ſociauit patri. Nam hoc Ioannes in ſuperioribus docens, ſcripſit, Per hoc cognoſcimus, quòd in Deo manemus, ac Deus in nobis, quòd de ſpiritu eius dedit nobis. Quòd ſi ſpiritus participatione reddimur conſortes diuinæ natutæ, inſaniat, ſi quis dicat ſpiritum habere naturam rerum conditarum, ac non potius Dei. Propter hoc enim in quibus eſſe incipit, ĩj fiunt dĩj. Quòd ſi deos facit, dubium non eſt, quin huius natura Dei natura ſit. Inſuper eſt quiddam etiam euidentius ad hanc hæreſim euertendam. In Pſalmo centeſimotertio canitur, quemadmodum diximus: Auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Paulus autem ſcripſit Tito, per lauacrum renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum. Quòd ſi pater per verbum in ſpiritu creat omnia ac renouat, quæ ſimilitudo aut cognatio creatori ad creaturam? Aut omnino quomodo erit is per quẽ creanẽ omnia, creatura? Nam hanc huiuſmodi blaſphemiã ſequitur, et in filiũ blaſphemia, vt qui dicunt ſpiritũ eſſe creaturã, idem dicant q; & verbum per quod omnia condita ſunt, creatura ſit. Imago filij dicitur, & eſt ſpiritus, quos enim præcognouit & prædeſtinauit conformes imaginis filij ſui. Itaq; cùm ipſi quoq; confiteantur filium non eſſe creaturam, nequaq̃ huius imago poterit eſſe creatura. Qualiſcunq; em̃ fuerit imago, talem oportet & eum eſſe, cuius eſt imago. Vnde congruenter decenterq; profitemur verbum nõ eſſe creaturam, cùm ſit imago patris. Itaq; qui ſpiritum creaturis annumerat, omnino filium quoq; inter has numerabit, blaſphemiam proferens, per hoc etiam in patrem, propter huius imaginẽ in quã dicit blaſphemiã. Videlicet diuerſus à creaturis eſt ſpũs, ac demonſtratum eſt eum potius eſſe proprium filij & non alienũ à Deo. Quan doquidẽ & illa eſt præclara iſtorum interrogatio. Si ex Deo eſt ſpiritus, quare nõ dicitur & ipſe filius? Demonſtrata eſt etiam in his quæ prius dicta ſunt, iſtorum præceps confidentia, demonſtratur aũt & nunc nihilo minus. Nã non filius dictus eſt in ſcripturis, ſed ſpũs Dei in ipſo Deo, & ex ipſo deo dictus eſt, ſicuti ſcripſit Apoſtolus. Quod ſi filius, qm̃ ex patre eſt, proprius eſt illius ſubſtãrię, neceſſe eſt, vt & ſpũs qui ex Deo dicit̃, proprius ſit iuxta ſubſtantiã filij. Videlicet cũ dñs ſit filius, ipſe ſpũs dictus eſt ſpiritus adoptionis filiorũ. Ac rurſum cũ dñs ſit ſapientia & veritas, ſpiritus ſcriptus eſt ſpũs ſapientiæ & veritatis: ac rurſum filius quidem eſt virtus Dei ac dominus gloriæ, ſpiritus autem dicitur ſpiritus vir-

tutis & ſpiritus gloriæ. Ad hunc modum de vnoquoq; loquente ſcriptura, Paulo quidem dicente Corinthijs: Si enim cognouiſſent, nequaq̃ dominum gloriæ crucifixiſſent: & in alijs: Non enim iam accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum ad terrorem, ſed ſpiritum adoptionis filij. Et iterum: Emiſit Deus ſpiritum filij ſui in cordibus noſtris clamantẽ Abba pater. Petrus aũt ſcripſit: Quòd ſi probris afficimini in nomine Chriſti, beati, qm̃ gloriæ ac virtutis ſpiritus ſuper vos requieſcit. Dñs verò dixit ſpiritũ veritatis & conſolatorẽ eſſe ſpiritũ, ex quo demonſtratur perfectã eſſe in hoc trinitatem. Per hunc itaq; glorificat creaturam verbum, deos nos reddens, ac filios offert patri. Id aũt quod creaturã verbo coniungit, ne quaq̃ fuerit ipſum de numero creaturarum. Et q̃ creaturam facit filios, nequaq̃ fuerit alienum à filio, alioqui neceſſe eſſet aliũ quærere ſpiritũ, vt & hic per illum copuletur verbo. Verùm hoc abſurdum. Non ſanè de numero rerum conditarum eſt ſpiritus, ſed proprius patris veritatis, per quẽ etiam ea quæ condita ſunt verbum facit deos. Cæterùm is, per quem creatura fit Deus, nequaq̃ ipſe fuerit extra patris deitatem. Quod verò ſupra creaturã eſt ſpiritus ac diuerſus à rerũ conditarum natura, ſed proprius deitatis, licet & hinc intelligere inuertibilis & immutabilis eſt ſpiritus ſanctus. Sanctus em̃, inquit, ſpiritus diſciplinæ, fugiet dolũ, & recedet à cogitationibus imprudẽtibus. Ac Petrus quidẽ ait: In incorruptibilitate manſueti & quieti ſpiritus. Rurſum in ſapientia: Spiritus em̃ tuus immortalis eſt in omnibus. Nemo nouit quæ ſunt Dei, niſi ſpiritus Dei qui eſt in ipſo. Non eſt aũt apud Deum, ſicut ait Iacobus, ira, mutatio aut viciſſitudinis obumbratio. Spũs igitur qui in deo eſt ſanctus, meritò fuerit inuertibilis & immutabilis & incorruptibilis. Atqui rerũ conditarũ creatarũq; natura eſt vertibilis, tanq̃ ſanè quæ ſit extra Dei ſubſtantiam, & ex nihilo ſubſiſtens. Ait enim: Omnis homo mendax, & omnes peccauerunt & egent gloria Dei. Angelos verò q̃ non ſeruauerunt ſuam originẽ, ſed deſeruerunt propriũ domicilij, in iudicij magni diei, vinculis ſub caligine reſeruabit. In Iob verò, ſi aduerſus ſanctos ſuos angelos nõ credit, ſed aduerſus angelos ſuos prauũ quiddam excogitantia ſtra verò non ſunt pura in conſpectu eius. Paulus ſcribit: An neſcitis q̃ angelos iudicabimus, nedum tẽporaria? Quin etiam audiuimus q̃ diabolus cùm eſſet in medio Cherubin, & ſignaculum ſimilitudinis factus, decidit è cœlo tanq̃ fulgur. Quòd ſi creaturæ mutabilẽ habẽt naturã, taliaq; de angelis ſcripta ſunt: Spiritus autem idem eſt & immutabilis, habetq; eandẽ cũ filio immutabilitatem, ſempercũ ipſo manet immutabilis: quæ ſi militudo immutabili ad ea quæ mutantur? Manifeſtum fuerit, quod neq; creatura eſt, nec omnino ſubſtantiæ angelicæ, propterea q̃ illi ſunt mutabiles, ſed imago verbi patris eſt propria. Rurſus: Spiritus quidẽ impleuit orbem terrarũ. Sic enim pſallit Dauid: Quo ibo à ſpiritu tuo. Atq; iterum in Sapientia ſcriptum eſt: Immortalis enim ſpiritus tuus eſt in omnibus. Cæterùm, omnia creata in locis diuiſa ſunt, ſol, luna, & ſtellæ in firmamento, nubes verò in aere, ac mortalibus ſtatuit terminos gentium, angeliq; mittuntur in miniſterium. Et venerunt angeli vt aſſiſterent coram domino, quemadmodum in Iob ſcriptum eſt. Et obdormiuit Iacob patriarcha. & ecce ſcalæ fixæ in terra, quarum caput perueniebat vſque ad cœlum. Et angeli Dei aſcendebant ac deſcendebant in ipſis. Quòd ſi ſpiritus implet omnia, & adeſt in medio omnium, angeli verò ſunt hoc inferiores, & quo mittuntur illic adſunt, dubiũ non eſt, q̃n neq; ſit de numero rerum conditarum, neq; prorſus angelus, quemadmodum vos dicitis, ſpiritus, ſed ſupra naturam angelorum. Rurſus enim ex his perſpexerit aliquis de ſpiritu ſancto, quod illius alij participes ſunt, non ipſe parriceps aliorum. Non enim grauamur eadem dicere. Impoſſibile eſt enim eos, qui ſemel illuminati ſunt, guſtaueruntq; donum cœleſte, ac participes ſpiritus ſancti fuere, &

guſtaue-

A gustauerunt bonum Dei verbū: angeli verò reliquæq; creaturæ participes sunt ipsius spiritus. Propter hoc eñ eæ quidem etiam excidere poterant ab eo cuius erāt participes. Spiritus aūt semper idem est, ac participabilis, creaturæ verò participes sunt illius: nequaq̄ erit spiritus sanctus, neq; angelus, neq; omnino creatura, sed proprius verbi, à quo datus participatur à creaturis. Alioqui tempus est, vt ĩdem etiam filium dicāt creaturam, cuius omnes in spiritu participes facti sumus. Ac rursum: Vnus est spiritus sanctus, creaturæ verò plures. Siquidē angeli milies mille, & decies milies mille, luminaria verò multa ac throni & dominationes & cœli & Cherubin & Seraphin & archangeli multi in summa, creaturæ non sunt vnum, sed oēs plures ac diuersæ. Quod si spiritus sanctus est vnus, creaturæ verò plures, & angeli plures, quæ similitudo spiritui ad res cōditas? Nec obscurum est, q̄ spiritus sanctus nō est de numero multorum, neq; est angelus, sed vnus est, quin potius verbi quod est vnum, proprius est ac Dei vnius proprius & consubstantialis est. Hæc quidē igitur vel sola per se, cum dicuntur de sancto spiritu, declarant eum nihil habere commune, neq; proprium, neq; natura, neq; substantia cum creaturis, sed diuersum esse à rebus cōditis, proprium autem & non alienum à filij substantia, deitateq; per quam cùm sit & ipse sanctæ trinitatis, pudefacit istorum amentiam: Sed consideremus tamen præter hæc & ipsam à principio traditionem, & fidem catholicæ ecclesiæ, quam dñs quidem ipse dedit, apostoli verò prædicauerunt, ac patres obseruauerunt. Super hanc fidem & ecclesia fundata est, & qui ab hac exciderit, neq; fuerit, neq; dici potuerit Christianus. Trinitas itaq; sancta in patre, & filio, & spiritu sancto theologicè consideratur, nihil alienum, neq; extrinsecus admixtum habens, neq; ex creatore & re condita consistens, sed tota est creatrix & conditrix. Similis autem sibiipsi & inseparabilis est natura, eademq; huius vis est. Pater enim per filiū in spiritu sanB cto omnia facit. Ad hunc modū vnitas sanctæ trinitatis seruatur. Itaq; vnus Deus in vna ecclesia prædicatur, qui super omnia & per omnia & in omnibus. Super omnia quidem vt pater, principium ac fons, per omnia verò per verbum, in oīmbus autem in spiritu sancto. Est aūt trinitas non tantum nomine & imaginatione sermonis, sed vera ac re ipsa trinitas. Quemadmodum enim pater est qui est, sic & huius verbum est qui est, & super omnia Deus, & spiritus sanctus non caret substantia, sed est ac subsistit vere, neq; ijs inferiorem sentit catholica ecclesia ne in horū temporum incidas Iudæos, imitantes Caiapham, & in Sabellianū neq; multitudinē excogitat, ne in paganorū errorem multos deos fingentium deuoluaris: quodq; hæc fides sit ecclesiæ, discant quomodo dñs mittēs apostolos, præcepit hoc fundamentum ecclesiæ ponere, dicens: Euntes docete oēs gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Apostoli verò profecti sic docuerunt, & hoc est præconium per oēm ecclesiam, quæ sub sole est propagatum. Itaq; cùm hoc fundamentum fidei habeat ecclesia, dicāt nobis rursum illi eñ deantq; vtrū trinitas sit an dualitas. Quòd si dualitas, annumeret, iuxta vos, creaturis spūs. Non est quidē hęc vestra sententia de vno Deo, q̄ est super oīa & per omnia & in omnibus. Nā illud in oīmbus, nō habetis, seperātes & alienātes à trinitate spm̄, quin & initiatio vestra quā creditis vos facere ad istū modum sentiētes, nō est integra, quę fit in nomine deitatis. Admiscetis em̄ hinc creaturā, ac vos quoq; de Deo disputatis quēadmodum Arriani ac pagani, creaturam cum eo, qui creauit eam, Deo per proprium verbum copulantes. Ad istū verò modū, quum sitis affecti, cuius estis spei, aut quis vos coniunget Deo, quum nō habeatis spiritum eiusdē Dei, sed spiritum creaturæ? Qualis aūt vestra audacia aut incogitantia, q̄ spiritum & huius verbū ad creaturas detrahitis, ac rursum creaturā æquiparatis Deo? hoc em̄ facitis imaginantes de spū copulantesq; eum trinitati.

Quis

Quis verò furor est vester, vt cogitetis iniquitatem aduersus Deum? Quia non C
omnes quidem angeli aut omnes creaturæ, sed vnus ex his annumeratur Deo
& verbo eius. Oportebat enim iuxta vos semel, quum angelus sit & creatura spí
ritus, copuletuŕq; trinitati, non vnum, sed omnes creatos angelos coniungere
deitati, nec iam trinitatem, sed multitudinem quandam deitatis innumer-bi-
lem esse, vt & in hoc rursum perfectio, quæ vobis videtur, fiat huc & illuc diui-
sa, instabilisq; varietate reddatur. Tales enim sunt fines vestri, & Arianorum di-
sputantium aduersus deitatem, & creaturæ seruientium supra creatorem omni-
um Deum. Talia itaque vobis absurda contingunt, ex eo quod dicitis dualita-
tem. Quòd si trinitas est, quemadmodum re vera est, declaratum est autem inse-
parabilem esse, nec sui dissimilem, necesse est vnam esse huius sanctitatem, vnã-
que huius æternitatem ac naturã inuertibilẽ. Quemadmodũ fides in hãc traditæ
cõiungit Deo. Cęterũ qui subducit aliqd à trinitate, & in solo patris nomine, aut
in solo filij nomine baptizat̃, aut absq; spũ in patre & filio, nihil accipit, sed ina-
nis & imperfectus tum ipse, tũ is, qui dare videtur, pmanet. In trinitate em̃ per-
ctio est. Itaq; qui separat filium à patre, aut spiritum deducit ad creaturas, neque
filium habet neque patrem, sed est absq; Deo, ac infideli deterior, & quiduis po-
us q̃ Christianus, idq; iure. Quemadmodum enim est vnũ baptisma in patre &
filio & spiritu sancto dari solitum, & vna fides est in illam, quemadmodum dixit
Apostolus, sic sancta trinitas quum sit in sese vnita, & vnita erga sese, nihil habet
in se rerum conditarum, & hæc est inseparabilis trinitatis vnitas, vnaq; in illam
fides est. Quòd si iuxta vestrã, qui tropici estis adinuentionẽ, non ita est, sed som
niatis creaturam dici spiritum sanctum, non est vna fides vestra, neq; vnum ba-
ptisma, sed duo, vnum quidem in patrem & filium, alterum autem in angelum,
qui est creatura, neq; quicq̃ vobis restat certi neq; veri. Qualis enim communio
rerum conditarum & creaturarum, aut qualis vnitas terrestribus creaturis, cum D
eo qui has condidit per verbum? Hoc sciens beatus Paulus, non separat trinitatẽ
quemadmodũ vos, sed vnitatẽ hanc docẽs scribit Corint. de spiritalibus, & om-
1. Cor. 12. nia in vnũ Deũ ac patrẽ summatim colligit, dicens: Diuisiones aũt gratiarũ sunt,
sed idem spiritus, & diuisiones administrationũ sunt, sed idẽ dñs, & diuisiones
operationũ sunt, sed idẽ Deus, q operat̃ ẽmia in omnibus. Quæ em̃ spũs vnicus
q; diuidit, hęc à patre per verbũ suppeditantur. Eadẽ sunt em̃ quę patris sunt, &
quę filij eoq; & omnia quæ à filio in spiritu dantur, patris sunt dona, cumq; spíri
tus est in vobis, & in hoc ipso est pater, & ad hunc modũ est id quod dicitur: Ve-
niemus ego & pater, & mansionẽ apud eũ faciemus, quemadmodũ prius dictũ
est. Vbi em̃ lumen, illic splendor, & vbi splẽdor, illic & huius actus, & eius dẽ ter
mæ gratia. Atq; id rursus Apostolus docẽs scribit iterũ Corint. in ij. epistola di-
cens: Gratia dñi Iesu Christi, & charitas Dei, & cõmunicatio spiritus cũ oẽibus
vobis. Nã gratia quę datur, donumq; in trinitate, datur à patre per filiũ in spiritu
sancto. Sicut em̃ ex patre est per filium quæ datur gratia, sic nequaq̃ potest esse
cõmunio donationis quę fit in nobis, nisi in spiritu sancto. Huius em̃ participes
habemus pr̃is charitatẽ ac filij gratiã, atq; eiusdẽ spiritus cõmunionem. Ex his
itaq; trinitatis operatio demonstrat̃. Nõ em̃ quasi cuiq; diuersa distinctaq; dent̃,
significat Apostolus: sed q quę dantur, in trinitate dant̃ & omnia ex vno Deo
sunt. Itaq; qui non est creatura, sed vnitus filio, sicut filius vnitus est patri, qui si-
mul cũ patre & filio glorificatur, Deiq; nomine celebratur cum verbo, operãsq;
quemadmodum pater per filium operatur, an non qui dicit eum esse creaturã,
nónne manifestè in illum cõmittit impietatem? neq; em̃ est quicq̃, quod nõ per
verbum in spiritu fit & operatur. Hoc & in psalmis canitur: Verbo dñi cœli fir-
mati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quin & iustificati sumus, vt

dicit

A cit apostolus in nomine dñi nostri, & in spiritu Dei nostri. Inseparabilis est à verbo spiritus, nimirū dicēte dño: Veniemus ego & pater, simul veniet & spiritus, non aliter q̄ si filius in nobis habitaret, scribente ad Ephe. Paulo: Vt det vobis secundū diuitias benignitatis suę, virtute corroborari per spiritū eius in interiorē hominē habitare Christū. Cęterū, cùm Christus in nobis est, est & pater, dicēte filio: Ego in patre, & pater in me. Itaq; cùm sermo fieret in prophetis, in eodē spiritu sancto prophetabāt, scriptura dicēte: Et factus est sermo dñi ad hūc aut illū prophetā, demōstratur prophetare in spiritu sancto. In Zacharia quidē scriptū est: Nisi sermones meos & legalia mea suscipitis, quęcunq; ego pręcipio in spiritu meo in seruis meis prophetis. Vbi & paulò post accusans populū dicit: Et cor illorū statui incredulū ne exaudiāt leges meas & sermones, quos emisit dñs omnipotens in spiritu suo, per manus retro prophetarū. Petrus autē in Actis dicebat: Viri fratres, oportet impleri scripturā, quā prædixit spiritus sanctus. Et cōmuniter apostoli clamabāt in hunc modū: Dñe qui fecisti cœlū & terrā, & mare, & omnia quę in eis sunt, q̄ per os pueri tui Dauid patris nostri per spiritū sanctum locutus es. Et Paulus quidē cùm esset Romę, liberè loquebat̄ ludæis ad ipsum accedentibus: Rectè spiritus sanctus locutus per Esaiam prophetā ad patres nostros. Timothęo verò scribēs: Spūs aūt præcisè dicit, q̄ in posterioribus temporibus deficient quidam à sana fide, attendentes spiritui deceptionis. Quapropter quādocunq; dicitur spiritus in aliquo esse, intelligitur in eo esse verbum dans spiritū. Itaq; cùm prophetia impletur, ait: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Ac Paulus dicebat: Secundū subministrationem spiritus Iesu Christi in me. Corinth. autem scribit: An probationem quæritis in me loquentis Christi? Quòd si Christus erat qui loquebatur in eo, nimirum Christi erat spiritus, qui loquebatur in eo. Quum enim spiritus in eo loqueretur rursum in Actis ait:

B Et nunc ecce vinctus spiritu, proficiscor Hierosolymam, quę in ea mihi sunt euentura ignorās, nisi quod spiritus sanctus per singulas ciuitates testificatur mihi dicens, quod vincula & afflictiones me manent. Quoties sancti dicunt: Hæc dicit dominus, non aliter quam in spiritu loquūtur, & in spiritu loquētes in Christo hęc dicūt: Quod si & Agabus in Actis dicit: Hęc dicit spūs sanctus, non aliam ob causam, nili q̄ verbū factū esset ad ipsum, ac spūs subministraret & loqueret̄ ipsi ac testificaret̄ quę manerent Paulū Hierosolymis. Nimirū spū rursus testificāte Paulo, ipse Christus loqtur in eo, vt verbi sit testificatio facta ex spiritu. Sic cùm ad sanctā virginem Mariā accederet verbū, simul veniebat spūs, & verbū in spū formauit adaptauitq; sibi corpus, volēs cōnectere & offerre per seipsum creaturā patri, ac recōciliare oīa in ipso, pacificās ea quæ in cœlis & quæ in terra: cōcorditerà scripturis diuinis demōstratur spiritū sanctū non esse creaturā, sed propriū verbi & deitatis paternæ. Sic em̄ sanctorū doctrina in sanctā & inseparabilem trinitatē conciliat̄, & vna fides eademq; catholicæ ecclesiæ. Cæterū Tropicorum aliena à fide fabulosa confictio dissonat quidem à scripturis, consonat aūt cum Arrianorum insanientium dementia. Ac meritò sanè tales ad hunc modum istis respondent, quo fallant animos simpliciū. Sed gratia Deo q̄ sicuti scribis, intelligunt seſe excussos à simulatione, qua se fingebāt Arrianis contradicere. Nam & ab illis habent̄ odio, vt qui verè belligerant̄ aduersus spiritum, moxq; redditi mortui, deserti, vacuiq; spiritu, eo q̄ iuxta sententiam apostoli, cū sint homines animales, nō valuerūt capere ea, quę sunt spiritus dei, q̄ spiritaliter iudicant̄. Cęterū qui sapiūt ea quæ sunt spiritus, iudicant quidē omnia, ipsi verò à nemine iudicant̄, quippe cùm habeant in seſe dñm, qui per spiritū ipsis patefacit & seipsum, & per seipsum patrem. Ego quidem igitur quanq̄ in de sertore versans, tamē ob impudentiā eorum qui defluxerunt à veritate, contēptis his, qui

ridere

ridere volẽt, per imbecillitatem & humilitatem sermonis quo probationes adferimus, scripsi paucis, misiq; tuæ pietati, multum obsecrans, vt in his versans, alia quidem corrigas, veniam autem dessis, quæ parum firmiter dicta sunt. Nam iuxta fidem apostolicam, à patribus nobis traditam, tradidi, nihil aliunde commentus addidi, sed quod didici, exaraui, iuxta consonantiam sacrarum scripturarum. Nam & hoc consonat cum his, quæ prius sunt pronunciata, ad confirmationem sanctarum scripturarum, nec aliũde est excogitatum. Sed ipse dominus Iesus Christus per seipsum docuit Samaritanam, & per hanc nos, sanctæ trinitatis integritatem inseparabilem esse, vnamq; deitatẽ. Ipsa veritas testatur, sicut ait Samaritanæ: Crede mihi mulier, quòd venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam pater tales quærit adoratores, qui adorant ipsum. In spiritu & veritate oportet adorare. Hinc igitur declaratum est, quod veritas quidem est filius quemadmodum ait ipse. Ego sum veritas. Veri adoratores adorant quidem patrem, sed in spiritu & veritate, confitentes filium, & in hoc spiritum sanctum. Inseparabilis enim est spiritus sanctus à filio, quemadmodum filius inseparabilis est à patre. Testis est ipsa veritas dicens: Mittam vobis paracletum spiritum veritatis, qui ex patre procedit, quem mundus non potest accipere. Mundus autem sunt, qui negant eum esse ex patre in filio. Oportet igit imitari veraces, profiteriq; & succurrere veritati. Quod si post hæc neque discere velint, neque intelligere valeant, saltem desinant effundere blasphemias, neque separent trinitatem, ne separentur à vita, neque spiritum sanctum annumerent creaturis, ne quemadmodum olim fecerunt pharisęi quæ sancti spiritus sunt, ea tribuant Beelzebub. Sic & isti similia audentes, in posterum cum illis similiter indeprecabile supplicium accipiant.

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIni, de vnitate fidei, ad Theophilum.

## Liber I.

Idei vnius substantiæ trinitatis, hoc est, patris, & filij, & spiritus sancti, sine initio temporum, super omnem sensum & sermonem & spiritum, vna virtus, vnus Deus: tria verò vocabula, vna potestas, nascitur de Maria virgine, accipiens corpus animale. Sed ipse sensus non prȩcellens est Dei verbum: Non comprehensus à carne sermo, sed in carne & super carnem, sicut Deus præscius Dei virtus, Dei veritas, passum autem humanam passionem: sermo Dei impassibilis est. In passione quidem corpus moritur, vt viuificet protoplastum, qui ceciderat per inobedientiam. O homo, deitatem quæris, vitupero tersi credis, bene facis. Credere tibi iussum est, non discutere permissum est. Si autem discutis, & dicis quo modo pater: de lumine excidisti, & si dixeris quomodo filius: occurret tibi sermo propheticus, dicens: Generationem eius quis enarrabit? Vide ergo ne similiter excidas à lumine: Nemo enim nouit patrem nisi filius, neq; filium nisi pater. Qui tres virtutes inducit, tres deos cõfitetur. Nos autem credimus tres personas, vnam deitatem. Quando autem nominaueris patrem, clarificas filium: & quando nominaueris filium, adoras patrem. Si iterum vnam personam trinitatis dicimus, iudaizamus, quia Iudæi vnam personam dicunt, & vnum Deum confiten-

Credenda quædam, non discutienda.

Iudæi.

tur

A tur. Si tres deos inducimus, similes sumus gentibus. Sed confitemur patrem in filio, & filium in patre cum spiritu sancto. Non separabitur vnitas, non diuidetur deitas, Deus ex Deo, non duo dij: virtus ex virtute, sed vna virtus: lux de lumine, veritas ex veritate, sed vna veritas: testis non est, non cœlum, non terra, nõ mare, non lux, non tenebræ, non angeli, neq; archangeli, neq; Cherubin, neq; Seraphin, sed erat ante principium filius cum patre. Nemo cognoscit innascibilem, nisi qui natus est ab eo, scit vnde sit natus, neq; nascibilem aliquis scit, nisi qui genuit. Pater scit quem genuerit, similis genitus genitori, patris consilium & sapientia, vna virtus, & vna deitas. Natiuitatem filij Dei lege propriam natiuitatem ex virgine Maria, sed natiuitas filij Dei ante principium apud patrem est. Confiteor enim vnum innascibilem, & vnum natum. Confiteor patrem omnipotentem, sine initio, sine fine, qui omnia tenet, & à nullo tenetur: omnia gubernat, & à nullo gubernatur: omnia videns, ipse autem inuisibilis est. Confiteor Iesum Christum filium Dei, cum omni consilio & virtute paternæ diuinæ deitatis. Quantam autem virtutem habet pater, tantam habet & filius. Non diminuitur genitus ab eo, qui est innascibilis. Spiritus sanctus neque natus, neq; innascibilis, non factus, neq; creatus. Si autem dixero natum, duos filios statuo ex vno patre, & non vnum ex vno, aut solum ex solo. Aut vnus pater ex quo omnia, aut vnus Iesus Christus, per quem omnia. Et si dixero innascibilem, iam non vnus pater omnipotens innascibilis, sed duos deos statuo. Et si dixero facturam, gentiliter quæro: Gentes enim facturam manus adorant, & non factorem cœli & terræ. Quod ergo habes edicere? Phantasma? Absit: Quoniam blasphemia spiritus sancti non remittetur. Quemadmodum ergo duo ligna cõiuncta, missa in fornacem ignis, & de duobus lignis procedit flamma inseparabilis, sic de patre & filij virtute procedit spiritus sanctus, ipsam virtutem deitatis habens, sicut beatissimus Paulus posuit, dicens: Mediator Dei & hominum B homo Christus Iesus. Non Deus Dei mediator: vnum enim vsq; ad trinitatem, sed accipiens corpus de virgine Maria, induens veterem hominem, qui ceciderat per inobedientiam, mediator factus carne par virtute, hoc est, Iesus Christus. Quando autem adsumpsit apostolos, sicut Euangelista testatur, ascendit in mõtem excelsum, & transfigurauit se coram illis: & ecce nubes splendida cooperuit eum. Nubes verò splendida virtutem patris in eo ostendit, sicut quidam per vaniloquia docent, dicentes, quomodo tres personæ in vna virtute, sic tria vocabula, sed vnus Deus. Tria vocabula vnius vocis nomen patris, & filij, & spiritus sancti. Iterum illi diuidentes virtutem & deitatem trinitatis, dicunt: sicut Imperator, præfectus, & comes. Absit. Non trado ego hanc doctrinam, aut istã expositionem, sed magis anathematizo. Scriptum est enim in diuinis præceptis: Visibilia huius mundi inuisibilibus comparantur. Terrenus enim Imperator de tribus constat, sed vnum est imperium. Si deposuerit diadema à capite suo, Cæsar est, & non Imperator. Quòd si deposuerit purpuram, præfectus est iam vir solus. Si qui blasphemant spiritum sanctum, non sunt Christiani, sed sunt Iudæi: Nam Iudæi vnam personam adorant: Nos autem profitemur: sicut Imperator terrenus & cœlestis homo in purpura, & purpura in homine, corona autem capitis continet purpuram & hominem, vnum imperium virtutes ostendit: sic pater in filio, & filius in patre: Spiritus autem sanctus, coniunctio, deitas, virtus, & vnitas trinitatis.

Gentes.

Spiritus sancti processio cuiusmodi.

Matth. 28.

Nubes splendida quid signet.

Roman. 13. Cæsar ab Imperatore quõ differat.

k D. ATHA.

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, de fide sua, ad Theophilum.

## Liber I.

### ATHANASIVS.

Redere iubemur in Dei patris omnipotentiam, & filij eius Iesu Christi, & spiritus sancti indiuisam quidem & inseparabilē trinitatē: Hæc enim & Prophetæ cecinerunt, & dñs tradidit, tenuerūt & docuerunt apostoli. Hæc redemptio mundi est, hæc salus ecclesiæ est, hæc fides nostra est & vita, vt traditam nobis vnam substantiam, tres personas subsistentes, perfectas, æquales, coæternas confiteamur, & firmam fidei confessionem in finem vsq; teneamus illæsam. Et hoc est qđ Græci ὁμοούσιον vocanti id enim quod subsistit non habet aliunde, sed suum est, à sese est. Cætera verò quæ sunt, quod habent, acceptum habēt. Idcirco ad Mosen Deus loquitur, dicens: Ego sum qui sum. Et rursum dicens filijs Israel: Qui est, misit me. Erant vtiq; tunc angeli, throni, dominationes, cœlum, terra, vel mariæ. Sed quia illa sola est infecta natura, & in tribus personis deitas vna subsistit, idcirco ait: Ego sum qui sum. Quisquis aūt tres ὑποστάσεις dicit, id est, tres substantias, is sub nomine pietatis tres naturas conatur adserere. Et si ita est, cur ab Arrij parietibus separemur perfidia copulati? Ille enim gradibus diuinitatem diuidit, & Deum ex Deo, id est, filium ex patre ita confitetur, vt ex Deo factus sit, non de Deo natus. Qui si natus est, vnius substantiæ est; si factus est, verus filius non est. Et si verus filius nō est, nec verus Deus: Aut si verus Deus est, & de patre nō est, duo sunt habentes singuli & voluntates proprias, & imperia diuersa. Sed dominus noster Iesus Christus in Euangelio suo vnū se eum patre, & ex patre esse testatur, cùm dicit: Ego ex Deo exiui. Et rursum: Ego in patre, & pater in me. Item: Ego & pater vnum sumus. Et: Qui me videt, videt & patrē. Siquidē hæc ideo sunt scripta, vt vera eius diuinitas nō negetur. Sed illa forsitan tibi vsurpas, quę propter incarnationē eius scripta sunt, vtputa: Qui me misit, maior me est. Et: Non veni facere voluntatē meā, sed eius qui misit me. Et: Filius à se nihil potest facere. Et: Non est meū dare vobis, sed qbus paratū est à patre. Et cætera his similia. Quæ oīa nō infirmāt filiū, neq; deprecīāt, sed à patre distinguūt, & eius humilitatē & incarnationē ostendunt. Sed nec illa fidelē animā scandalizent, qbus dñs esurisse, dormisse memoratur, lachrymasse, tristasse vsq; ad mortē, passionē quoq; & crucē: siquidē ad id sunt scripta & facta, vt & tolerantiæ exempla præberent, & vera eius incarnatio nosceret. Nam in eo q esurisse dñs dicitur, veri corporis adsumptionem intellige. In eo aūt q quinq; panibus, & duobus piscibus qninq; milia hominum satiat, verā eius diuinitatē cognosce. Certè cùm dicit: Ego sum panis qui de cœlo descendi, non cadit in sensum nostrū, vt panis esurire credatur. Sic & de somno eius intelligendū est. Quoniā sicut per somnū corporis veritas cognoscit, sic per illud q statim ventis & fluctibus imperat vera eius diuinitas approbatur. Nam & q lachrymas super Lazarum fundit, phantasmatis suspicio tollit: lachrymæ ēm veri corporis sunt humores. Cum aūt dicit Lazare exi foras, & statim ille qui iam fœtebat, aperiente se terra, viuus emergit, magnæ eius diuinitatis indiciū est. Iā illud qđ ait: Tristis est anima mea vsq; ad mortem, ex hac Lazari suscitatione intelligi potest quō debeat accipi: quia non vtiq; metuebat diuinitas mortem, quæ verbo mortuos suscitabat, sed humanum

Arrij gradus facit in diuinitate.

Vita Christi exemplū est nostræ.

Ioann. 6

Lachrymæ Christi.

A manum affectum per triſtitias animæ indicabat. Crux æquè, paſſio, ſepultura, vno vel altero dicto dñi diſcutiuntur, quo minus ei impotētia vel infirmitas adſcribatur, cùm dicit ad Iudæos: Soluite tēplum hoc: Vtiq; corpus ſuum dicebat & ego in triduo ſuſcitabo illud. Item ait: Poteſtatem habeo ponere animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumere illam. Si corporis ſui ſuſcitat templum, ſi poteſtas eſt ponendi animam per paſſionem, & ſumendi per reſurrectionem, ceſſet in Chriſto infirmitatis opinio, vbi tantæ poteſtatis ſublimitas declaratur. Omnia ergo piè intelligenda ſunt. Omnia ergo honorificè tractanda ſunt. Vtrūque in domino confitendum eſt, & forma Dei, in qua ſemper fuit: & forma ſerui, quæ accepta eſt propter ſeruos. Credenda eſt & paſſio ſecundum carnem, & impaſſibilitas ſecundum diuinitatem. HAE. Deus pater ex voluntate genuit filium, an ex neceſſitate? ATH. Nec ex voluntate, nec ex neceſſitate: quia Deum nulla manet neceſſitas. Sed & mihi interroganti: Deus bonus eſt an nō? Vtique bonus. Voluntate an neceſſitate? Si voluntate, maior iam & prior voluntas eſt ex qua bonum. Si ex neceſſitate, maior neceſſitas, & deus infirmior habetur. Qua de re filius ex patre non ex voluntate, ſed ex ſubſtātia natus: quia ſupra voluntatem & neceſſitatem eſt id, quod eſt deitas. HAE. Denuo te interrogo, pater & filius quid eſt? ATH. Deus & verbum. HAE. Ergo non ſimplex, ſed compoſitus eſt, quia ipſe eſt, & verbum. ATH. Deus operatur, an non? & quæ facit, voluntate facit, an non? HAE. Vtiq; volūtate. ATH. Ergo ipſe eſt & voluntas, & cōpoſitus ſecundum interrogationē tuam, non ſimplex. HAE. Sed Deus in æternitate manens, ſolus æternus eſt. Omnia etenim qui ſemper eſt, ſed non eſt omnia multa, ſed vnum ac ſimplex hoc quod ſemper Deus eſt. ATH. Et ideo ſeparari impoſſibile eſt vnum ab vno. i. filium à patre, vel patrem à filio propter identitatem deitatis, dico ego & pater vnum ſumus. Dum ego & pater

B non ſolitarius intelligitur: Neq; quod vnum ſumus, diuerſum ſentitur. Dicimus ergo, paternam deitatem nunq̄ alienam fuiſſe à propria generatione. Et ideo nobis paterna deitas pro tempore quidem intelligibilis efficitur, ipſa verò nec tempori, nec nouitati ſubiacebit: ne inanis vel ſuperflua, aut certè proficiens paterna deitas reperiatur. Libera etēm ab omni exordio, ab omni cōpoſitione, ab omni qualitate, ab omni quantitate. Sed cùm genitus appellatur, nihil aliud q̄ patrem & filium ſignificare monſtratur: Nihil enim tam impium, q̄ filium Dei appellare, & Deum verum negare: q̄ patrem loqui, & ſine generatione patrem confiteri. Quodcunq; etenim non ita extiterit, vt Deus exiſtere debeat, Deus credi non debet. Ego ſum qui ſum, non ſum mutatus. Et ideo q̄ diuinum eſt, immutari non poteſt, ne non ſit quod ſemper eſt. Immutatur aūt à ſua ſimplicitate, ſi no uellus pater eſt, ſi ab æternitate cū ipſo eſt, & in ipſo filius nō eſt, & eſt mutabilis ſi non natura, ſed voluntate poſt naturam genuit filium. HAE. Sed ſolum ſapientem & potentē patrē credi debere. ATH. Si cùm & filium ſimul cum patre veneraris, patri detrahis, qui ſimul cum ipſo minus ſapientem veneraris. Qui ſi igitur minus ſapientē decernis, vtiq; nec Deum, nec filium Dei adſerere debes. Quod ſi plenè ſapientē adſeris, rectè Deum vel filiū definis. HAE. Sed filiū à patre mutari manifeſtū eſt, patrē verò à filio mutari nō poſſe, ATH. Si ita eſt, quæro vtrū pater imperfectū filium genuerit, ſuſpectumq; de miſeria, cui deinceps non tam genitoris officio, q̄ magiſtri imperio rudimenta ſapientiæ impartire dignaretur? Eſt ergo quod vel Deus pater perfectè ſapiēs docere debeat. Eſt & q̄ Deus filius imperfectè ſapiens diſcere poſſit, & quō omnia quæ pater habet filij ſunt, ſi non perfectè ſapit, vel plenè poteſt? Quomodo in filio omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ deprehenduntur? vel Deus ſuper omnia nominatur? HAE. Sed ſolum Deum patrem ſine initio, ſine origine, ſimplicem quoq;

Ioann. 2.

Patrē nec voluntate nec neceſſitate genuiſſe filium.

Diuinum mutationum expers eſt.

& indeterminabilem cognosci debere. Operationem vero eius, id est, filium, ne C
que sine initio, neq; sine fine intelligi oportere, maximè cùm omne opus & initium sustineat, & fine carere non possit. ATH. Hoc enim & nos confitemur. Est enim indeterminabilis, simplexq; natura. Quod ergo incompositũ simplexque manet, nullis legibus determinari potest. Sed respondemihi interroganti: Vtrum est Deus, quem sine initio & fine semper fuisse cõmemoras, ita indeterminabilis: Statuis quippe, vt nihil ei non solum secundũ naturam, sed ne secundum actionem naturæ accedere possit, ita vt nec nouellus pater, sed nec initiabilis genitor declaretur, vt verè indeterminabilis, & non proficiens cognosci possit. Proficiet vtiq; si ad actionem nouellæ generationis procedere festinat, quominus ex hac cognoscere valeat, aliquando semet patrem futurũ. Nobis verò sufficit is, qui in principio erat, & apud quem erat, quoniã Deus apud Deum erat. Quòd si non natura filius, nec recte pater & filius pronũciatur, quia nec genitor, nec genitus insinuatur. Quòd si plenitudo diuinitatis secundum Paulum in filio habetur, cur Deus plenitudinis negatur? Et si in eo omnes thesauri sapientiæ Coloss. 2
& scientiæ abscõditi habentur, cur Deus ignarus pronunciatur? Et si verbum in principio, & apud Deum, & Deus habetur, cur Deus naturalis non creditur? Absit auiẽ à fide apostolica, vt in filij generatione aut augeatur diuinitati quod pater est, aut minuatur ne pater sit. Sed nec natus profectionem sustinuerat, sed nec generatus diminutionem patiatur. HAE. Quomodo autẽ natiuitatẽ sem- Actorũ 8
piternitati coniungis, dum natiuitas posterior sit à sempiternitate? ATH. Re vera quasi prius conceptus de semine, aut coagulatus in ventre sit, cùm scriptura dicat: Generationẽ aũt eius quis enarrabit: Nam & generãti calũniam facis, quasi ei accesserit vt generaret. Quòd si accessit illi quod antè non habuit, imperfectus inuenitur? si non accessit, sempiternus cum sempiterno in sempiternitate
fuisse reperitur. De sempiternitate filij audi per Dauid filium ad patrẽ verba fa- D
cientẽ: Et ego semper tecum: tenuisti manum meam dexterã, & in voluntate tua Psalm. 72
deduxisti, & cum gloria adsumpsisti me. Item Dauid: Tecum principium in die Psal. 109
virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferũ genui te. HAE. Ingeniti nomen patris, & filij geniti appellas. Quid de spiritu sancto dicturus, qui vtique in tertio gradu ponitur, in scripturis genitum eum cõfiteris, aut ingenitum appellas: Si genitus, iam non est vnigenitus filius, eò quod sit & alter natus de patre. Si non est natus, est vtiq; & alter ingenitus. Etiam non est vnus Deus pater ex quo omnia, sed duo sunt patres. Quòd si neq; natus de patre est spiritus, neq; non genitus, superest vt creatura dicatur. ATH. Si scripturas domini, vel dominum loquentem in scripturis credideris, nunquam creatorem creaturis comparabis, cùm legeris: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris Psal. 103
eius omnis virtus eorum. Item ipse Dauid: Emittis spiritum tuum & creabuntur. Audi & patrem loquentem: Spiritus ex me prodijt. Item ipse per Iohel Prophetam: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et dominus in Euangelio apostolis dicit: Mittam vobis à patre meo paracletum, spiritũ veritatis, hic de patre procedit, & de meo accipit. Sufficeret quidẽ fidelibus hoc ipsum credere, quia filius genitus est. Spiritus autem de patre procedens est, cuius proces- Processio spũs sancti incognita est hominib9
sio qualis aut quanta sit, nulli conceditur scire: sicut & de filio dictum est: Generationẽ eius quis enarrabit? Sed arctius propter incredulos requirendum est, & interroganti mihi respondeo. HAE. Respondeo. ATH. Certè confiteris Deum esse & creatorem. i. conditorẽ rerum omnium, & ab eo conditum, nihilve mediũ. HAE. Quid confitear quod ambigi non potest? ATH. Cõuertibile oẽ conditũ, quia initiũ habet, & fine nõ caret. Incõuertibile & incõmutabile omne quod æternũ est nec initiũ habere, nec finem confiteris? HAE. Vtiq; sic

aio,

A aio, quia sic habet. A TH. Creator creaturis commiscibilis, an non? HAE. Cõmunicat quidẽ creaturæ semet, miscetur tamen nunq̃, ne mutabilis & cõuertibilis & corruptionis particeps esse reperiatur. A TH. Rectè dixisti. Et quomodo legis: Ite baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & sancti spiritus, si creatura est spiritus sanctus? Quõ creatori vnitur in nomine, in virtute, in redẽptione, in sanctificatione, & quod tu in tertio loco nominari putas, in primo id Petrus Apostolus collocat, qui trinitatem gradibus non diuidit, numerum nescit, sed tertium primum ponit, cùm dicit Ananiæ: Quare compleuit Satanas cor tuum, vt mentireris spiritui sancto? Et post paululũ: Non es hominibus mentitus, sed Deo. Ergo qui spiritui sancto mentitur, Deo mentitur: quia spiritus Deus est. Audi & Paulum Apostolum dicentem: Nemo enim scit quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui est in eo. Qui vtiq; si esset creatura, vt credi studes, quid in creatore esset, scire non poterat. Vnde idem Paulus: Quis enim cognouit sensum dñi, aut quis consiliarius eius fuit? Si ergo de patre procedit spiritus sanctus, vt legimus, si liberat, si sanctificat, si consolator est, si bonus est vt Deus, sicut scriptum est: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: si abluit, si iustificat, si is qui eum blasphemauerit, sicut scriptum est, non habet remissionẽ, neq; in hoc seculo, neq; in futuro, quæ vtiq; nulli nisi Deo propria sunt, quid ergo amplius quærendum de illo est vel dubitandum? Cùm per operum magnitudinem quod est, ipse manifestat: Non vtiq; alienum esse patris & filij maiestate, qui non est ab operum virtutibus alienus: frustra illi nomẽ diuinitatis negatur, cuius potestas non potest abnegari. Est & illud, q̃ omnis creatura capax est diuinarum virtutum, & eget gloria Dei: Spiritus enim capabilis est, non capax, & nullius eget, sed egentibus se largiter infundit. Nam de filio scriptum est: Vngẽtum est uum nomen tuum. Item de spiritu sancto Deus loquitur: Effundã de spi- Ioelis 2.
B ritu meo super omnem carnem. Vbi aliquando legisti: Effundam angelum, vel aliam quamlibet cœlestium creaturarũ, sicut de spiritu? Legimus repletos quoq; fuisse apostolos spiritu sancto, & quam terrarũ partem ob ędificationem ecclesiæ vnusquisq; agebat, cum singulis vtiq; totus erat. Angeli cum singulis singuli sunt, & dum mittitur, dũ ibi est, alibi vtiq; deest. Spiritus cum omnibus vbiq; totus est, quod non nisi solius Dei est. Adoremus ergo patrem, adoremus & filiũ, adoremus & spiritum sanctum, vna eademq; veneratione. Si ille nobis cum patre & filio confert remissionem peccatorum, sanctificationẽ, & vitam perpetuã, simul vtiq; cum patre & filio referamus & gloriam. Aut si non est cum patre colendus & filio, ergo nec confitendus in baptismo est. HAE. Paulò ante confessi sumus ambo, Deum patrem inuisibilem, incomprehensibilem, immutabilem, sine fine sempiternum. A TH. Sic habet. HAE. Et quomodo de eius substantia filium confiteris, qui sæpe à patribus visus est conuertibilis atq; mutabilis? Et in varijs figuris singulis quibusq; sæpe demonstratus. Qui si de ipsa substantia esset, carnis vtiq; adsumptione nec visibilis cerneretur. Quin potius in ea æqualitate qua pater est, permansisset, ex cuius substãtia erat: quia quod de patre est, nec videri, nec mutari, nec conuerti posse credendum est. A TH. Hęc est causa erroris, hæc origo hæresis Arrianæ, dum non intelligunt virtutem Dei, neq; tanti sacramenti dispositionem agnoscunt, quibus in primo respondendum est) filium Dei non ita visum, vt Deus erat, sed vt homo capi poterat. Deinde hoc esse potentiæ Dei, vt cum singulis prout voluit reuelari dignatus est, habitum mutaret, non substãtiam verteret, nec proprietatem qualitatis amittẽs, sed iuxta meritum videntis temperamentum maiestati adhibuit. Ipse tamẽ, vt semper idem est, in substantiæ suæ proprietate permansérit, sicut scriptum est: Mutabis eos, Psalm. 10
& mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Nam & angeli

Actorũ 5

2. Corin. 2.

Psal. 142

Origo hæresis Arrianæ.

in figura hominum sæpe visi, tamen aliud non sunt quàm quod esse se norunt, neque substantiam mutant, cùm formam corporis humani sumunt. Quanto magis autor angelorum non mutabitur, qui angelis vt hoc facere possint sua liberalitate concessit? Vides ergo dispositiones rerum futurarum, quæ suis quibusq; temporibus complendæ erant in eo per imaginem patris præostensam, non tamen ipsum Deum, vt est propriè, visum. HAE. Quid de incarnatiõe dicturus, & eius mutabilitatem qua ratione excusabis non intelligo, siquidem legimus: Verbum caro factum est? Tunc vtiq; virginis vterum oppleuit. Tunc aliud quàm quod venerat natum est. Vnde iam commixta substantia statũ vertit, ordinem perdit in mutatione ipsa: de Deo homo, de spiritu caro factum est. Et vtique translatio omnis interiectio est pristini status. Idcirco filium ex alia substantia credendum non dubium est, quæ conuerti, & mutari, & videri potest. Quia hoc de patris substantia credi fas non est, qui ait: Ego sum, ego sum, & non mutabor. Et filius in Euangelio: Deum nemo vidit vnquam. ATHA. Commixtio quidem siue concretio naturæ mutatio est. Mutatio naturæ translationem facit. Et translatio perdit quod erat, & incipit esse quod non erat. Hoc natiuitas Christi non habet, Gabriele angelo teste, qui de Mariæ possibilitate conceptus scisciatus respondisse Euãgelista refert: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Qui vtiq; nec in vtroq; dicto cõmixtionem, sed superuentum spiritus sancti, & obumbrationem altissimi nominauit. Legis: Verbum caro factum est. Quomodo autem sit factum mens vtiq; nostra non attingit: quia quod credimus excedit mẽtem nostram: sed fide attingimus. Et si hoc modo totum tenemus, fide quod credimus: etsi mente non totũ complectimur. Scire ergo debemus, quid, & quantum sensu attingere nobis concessum sit, quid fide suscipere. Nam legimus: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Quomodo filius hominis, qui in terra loquebatur, esse dicebatur in cœlo? Et quẽadmodum inde descendisse refertur, qui nec ibi factus, nec adhuc ascenderat? Quia nondum passus resurrexerat. Sed quia Deus verbum hominem adsumpturus descenderat, homo diuinitati copulatus, illuc ascendit, vnde caro vtiq; non descenderat, sed verbum. Sed & dominus ad Ioannem loquentem in Apocalypsi legimus: Ego sum primus & nouissimus, & viuus fui & mortuus, & ecce viuus sum in secula seculorum. Si primus, quomodo nouissimus? si viuus, quia ipse est vita omniũ, quomodo mortuus? cùm vita mori non possit? Quòd si mortuus, quomodo vel Deus, vel vita dicendus est? Et vtiq; non tenebit perfectam veritatem qui squis aliquam veritatis excluserit portionem. Sed vt qui creatoris tui & redemptoris causaris incarnationem, tuæ, si potes, antè inuestiga natiuitatis rationem. Certè fateberis hominem ex duabus substantijs subsistere, anima, & carne. Et tamen non duo, sed vnus dicitur homo. Et cùm vnita sit eius natura, incõmiscibiles tamen substantiæ permanent. Si ergo ita in homine à Deo collatę immiscibiles permanent substantiæ, quid de creatoris tui incarnatione sentire cogaris aduerte, qui vtiq; dignatione homini admiscetur, non cõmiscetur. Et verbum caro sic factum, hoc est, vnigenitum Dei filium sic factum esse hominis filium, vt neutro in alterum verso, sed vtroq; in sua substantia permanente, sic Deus in homine pateretur humana, vt in seipso integra diuina seruaret, non vt conuersione, aut mutabilitate aliqua cœperit esse quod non erat, sed vt potentia diuinæ dispensationis verbum patris nunquam à patre discedens, homo propriè fieri dignaretur, incarnatusq; sit vnigenitus secreto illo mysterio, quod ipse nouit. Nostrum nanq; est credere, illius nosse. Ac sic ipse Deus verbum totum suscipiens quod est hominis, homo sit. Et adsumptus homo totum accipiendo quod Dei est, aliud quàm Deus esse

Ioann. 1.

Luca 1

Ioannis 1

Ioannis 3

Apocal. 1.

non

A non possit. Non ergo de visibilibus coniectura facienda est, quasi æqualibus inuicem creaturis putemus Deum hominemq; commixtum, & tali confusione carnis & verbi, quasi aliquod corpus effectum. Absit ita credere. Huiusmodi enim commixtio partis vtriusq; corruptio est. Deus enim capabilis, non capax est: penetrans, non penetrabilis: implens, non implebilis: qui vbique totum simul est, & vbique diffusum est, per infusionem potentiæ suæ dignanter naturæ est immixtus humanæ. Non humana natura naturæ est mixta diuinæ. Caro igitur profecit in verbum, non verbū profecit in carnem. Verissimè ergo verbū caro factū est: sed vt diximus, solū propriè personaliter, nō cum patre aut spiritu sancto naturaliter quia vnigenitus Dei filius, Deus verus, qui cum patre & spiritu sancto vnus est in natura, alter est in persona. Non enim ipsum patrem dicimus esse quē filium. Nec iterum eundem filium dicimus esse quē patrem. Aut rursus spiritū sanctū patrem vel filiū nuncupamus, sed distinguentes personas cum proprietatibus suis patrē Deū, patrē propriè nominamus: Et filiū Deū, filiū propriè dicimus, & spiritum sanctū Deum, ipiritū sanctum propriè cōfitemur. Et cùm ter numero dicimus Deum, non tres deos credimus, sed vnū in oīpotentiæ suæ trinitate perfectū. Idcirco vna persona accipienda est, carnis & verbi vnū eundemq; Deū & hominē, inseparabilē semper geminæq; substantiæ, verè semper omnia gessisse quæ sunt hominis, & verè semp; possedisse quæ Dei sunt. Quoniā etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, viuit ex virtute Dei. Quapropter nō pertimescimus secundū hominē Deum natū, eundēq; secundū hominē Deū passum, Deū mortuū: sed gloriamur dicere Deū natū, eundemq; secundū hominē passum. Qui cùm in forma Dei esset, nō propter se, sed propter nos formā serui suscepit, & semetipsum exinaniuit. Quō exinaniuit semetipsum: dum forma Dei formā serui accepit: dum principaliter dñs ea quæ sunt famuli dignā

B ter adsumit: dumq; per indulgentiā & miserationē nostri gerendo, inferiora se videlicet vel agendo, verbū caro factū euacuatur in persona, quod possedit in natura. Et in verbo humanitatis habitu factus obediens in homine, illud in se per humilitatē & obedientiā naturæ nostrę restituit, quod per inobedientiā perierat in Adā. Et in carne mortuus, qui semper viuit in spiritu. Viuificans cum patre omnia, iam nunq; de cætero moriturus. Is suscitatus à patre in carne, & fit nobis primogenitus ex mortuis, qui est vnigenitus Dei viui, ac diuersa secula propter nos pauper in tempore, indigens in homine, nobis accipit, q; abundans sibi semper habebat in patre. HAE. Firmata in corde meo non nesciasuperiora rationabiliter & verè exposita, sed ad cumulū fidei quæso exponas: cur personis & nominibus diuidūtur, cùm sit vna substantia patris, & filij, & spiritus sancti? ATH. Ignoras quia pater Deus vnus est, & filius vnus Deus, & spiritus sanctus vnus Deus est: Vnitum nomen est, quia vna est eorum substantia. Vnde & Ioānes in epistola sua ait: Tres sunt qui testimoniū dicunt in cœlo, pater, verbum, & spiritus. Et: In Christo Iesu vnum sunt, non tamen vnus est, quia non est eorum vna psona. Nunq; aliud sentiendū est, q̄ pater verus vnus qui genuit, idē non sit qui & genitus ab ipso est. Et filius vnus qui nō genuit, pater non sit. Et spūs sanctus, qui nec pater, nec filius alter sit in persona: præterea qui nec gennit, nec natus referatur. HAE. Quare nominas significanter? ATH. Proculdubio pater verè genuit, hoc primū nomen est eius. Filius verò de eo natus est, hoc vnicum nomen est ei. Spiritus aūt sanctus qui de patre processit, naturale nomen est ei. Dum ergo nomina in personis distinguūtur, propria nomina ostēduntur. Dū secundū deitatē refertur, vnitum nomen in his indicatur: quia substantiuus est pater, substantiuus est filius, substantiuus est & spiritus sanctus. Sit ergo nobis secundum salutaris baptismi confessionem fides integra trinitatis, sit vna de-

uotio pietatis, nec more gentiliũ potestatũ diuersitatis opinemur, sed potius per C
fectã trinitatẽ adorãtes & magnificantes, sicut in mysterijs ore nostro dicimus, ita cõscientia teneamus: Sanctus, sanctus, sanctus, Deus omnipotens: Ter dieẽs, sanctus, vnam omnipotentiã confiteris. Vel illud Apostoli: Vnus spiritus dñs Iesus Christus in gloria Dei patris. Vnum aũt quia vna est religio, vna glorificatio trinitatis. Et deinceps pacem dilectionemq; sectantes, semper nouis operibus abundemus, vt audiamus ab Apostolo: Gratia domini Iesu Christi & dilectio Dei, & communicatio spiritus sancti cum omnibus vobis. Amen.

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIni, de professione regulæ catholicæ, cum increpatione hæreticę, ad Theophilum.

## Liber I.

ATHANASIVS.

PRopter quod impensissimè obsecro tuã sublimitatis gloriã, vt elõges à sensibus nostris hęc eradicãda atq; cõburenda semina zizanię, & quantũ distat oriẽs ab occasu, tantum recedat à cordibus nostris hęc in superiori libro præscripta à nobis adulterina hæreticorũ confessio. Vnde puto hic iam nullã ignorantiæ fuisse derelictã excusationẽ inter viã lucis, & viam tenebrarũ. Ergo vbiubi placet quisquis es proficiscere. Sanè nõ sumus æmuli in sacramento diuino celando, sed magis hortamur, vt in via benedictionis vniter ingrediẽtes inueniamur. Vnde prius nobis maxima cura fuit docẽdi de tam admirabili regalíq; decreto, in quo omnibus gentibus præmiũ vitæ æternæ promittitur, dicente dño: Euntes baptíptizate oẽs gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Verè ego in hoc satis admiror, & in stupore mentis diutius intẽtus collaudo tantã sacratissimæ trinitatis gloriã in duodecim penitus verbis distinctionum breuiter fuisse expositam. Verè in hoc edicto vnitũ deitatis nomen patris, & filij, & spiritus sancti antè præmissum est. Verè in hoc sacratissima trinitatis nomina in personis tãtum distincta sunt. Verè nec lex, nec Prophetæ tã absolutè [ tam arcanũ mysterium reuelauerunt. Verè super oẽm custodiendam diuinitus [ dispensationẽ hoc maximè custodiendũ est. Verè super hoc non est quod addi, & ab hoc non est q̃d minui. Verè in hoc dominũ baptismi præceptũ addere vel minuere blasphemũ est. HAE. Si hec sic se habent, vt de regula scripturarũ mihi declares [ impensissimè obsecro. ATH. Scito prius in hac scripturę [ sententia argumentũ fidei esse expositũ, cum increpatione nocturni superseminãtis zizaniã. O plena præstigijs obsessa mens Hæreticorũ à diabolo: cur in nomine patris, & filij, & sancti spiritus baptizas, & vnitũ deitatẽ blasphemas: Cur nomina tantũ patris, & filij, & spiritus cõfiteris, & [ vnitũ nomen abnegas: Cur indicatur vnitas, si in patre, & filio & sancto spiritu nõ est vna atq; eadẽ ipsa æqualis plenitudo diuinitatis: Cur ad nostrũ intellectũ pater significat de vnigenito filio suo: ex vtero ante luciferũ genuite, si vos eum facturã esse testamini: Cur vnus in vno est, si diuisa natura est: Cur ego & pater vnum sumus, si non est in his vna virtus sapientiæ & diuinitatis: Cur omnia mea tua sunt, & tua mea sunt, si nõ est in his [ vna deitas, siue vna operatio facturæ: Cur verũ patrem blasphematis, cùm filiũ eius verũ creaturæ suæ comparatis: Cur ipse clamat: Ego in patre, & pater in me, si diuersa vel excisa in

al. hoc
al. dispositionem
al. impensius
al. frequentia
al. vnitatis
al. vnius diuinitatis

A sa in his natura est? Cur qui me vidit, vidit & patrem meum indicat, si non est in his vna inuisibilis imago naturæ veritatis? Cur legitis? Seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, si eum de ipsa vnita deitate patris, & filij esse non accipitis? Cur legitis Vas electionis dixisse: Omnes vnum spiritum potauimus, si eũ vos de vnita vera natura discernitis? Cur hic aduocatus spiritus veritatis à Deo patre processit & venit, si vos eum in alia substantia esse adseritis? Cur hoc vnitum nomen diuinitatis celebrari, & honorificari inuenitur in gentibus, ſ si in ipso nomine trinitatis baptismum vniter non celebratur diuinitatis? Cur tres vnum sunt, Ioannem Euangelistam dixisse legitis, si diuersas naturas ſ in personis esse accipitis? Cur vnum donum baptismi secundum stilum scripturæ esse dicitis, si discrepantes naturas ſ in patre & filio, & sancto spiritu esse præscribitis? ſ Cur secundum traditionem baptismum celebratis, & in confessione vnitum sempiternum nomen trinitatis blasphematis? Hypocritæ, quomodo accipitis ex spiritu qui nascitur, spiritus est, si & spiritus paracletus Deus esse negatur? Hypocritæ, quomodo in spiritu adorare oportet, si Deus spiritus esse negatur? Hypocritæ, quónam modo susciptis? Hæc omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens vnicuiq; sicut vult, si eum de vnita deitatis operatione secernitis? Hypocritæ, quomodo accipitis dictum fuisse: Idem spiritus, idem & dominus, idem & Deus, si eum vos verum Deum de vera vnita natura in omnibus mirabilia operãtem non susciptis? Hypocritæ, per quem subministratur sermo sapientiæ, siue verbum scientiæ, siue fides, siue gratia sanitatũ, seu operatio virtutũ, seu prophetia, seu separatio spirituũ, nisi quoniam de vnita plenitudine est? Hypocritæ, discite vnam esse operationem patris, & filij, & sancti spiritus, dum opera quæ operatur pater, ipsa opera vniter demonstrentur esse & filij, sic & sancti spiritus. Ita & filius quod operatur, hæc ipsa opera reparantur ad patrem, ad principalem spi

B ritum, hæc ipsa opera vniter declarentur esse & patris, & filij. Vides vnitam esse eorundẽ operationem in ſ vna natura deitatis? HAE. Rogo, vt hæc dicta de autoritate adhuc scripturarum mihi edisseras. ATH. Quæso iam quoties tibi indicatum est: Ite baptizate omnes gentes in nomine patris & filij, & sancti spiritus? Aut si hæc contradicenda existimas, eòq; in vnum donum baptismi operationes nomine deitatis vniter in trinitate non contineãtur, cur tu hoc nomine deitatis sublato, patris, & filij, & sancti spiritus, baptizas dicendo: Baptizo te in patre, & in filio, & sancto spiritu, & non in vno nomine? Vt hoc modo artificioſẽ possis vnitũ nomẽ eorũ tacitè in deitate nõ nominare, vel abnegare, sed & nomina in personis tantũmodo eorum velis adsignare. Quia si sic erat celebrandum baptisma, obtinuerat Arrianorum adsertio, qui sic sentiũt, vt vbi nomina in personis indicant, ibi simul in ipsis nominibus, & singulas vel diuersas substãtias esse pronuncient, vt vnitatem in concordia tantum charitatis esse adsignẽt, & non potius in vnita plenitudine diuinitatis. Et quid ſ amplius ad hæc? vt vnitatis Dei patris nomen & filij, & sancti spiritus, quasi adoptiuum nuper accessisse ſ profiteantur, vt hoc nomen videatur esse ex nihilo, aut ex altero, vel de tempore? quod absit. Nam verum nomen deitatis vbi nominant, ad vnam tantũmodo personam patris hæc dicendo adscribunt, vt veram vnitatem diuinitatis diuidant, qui vbi nomina ſ tantum in personis deberent discernere, ibi simul cum ipsis nominibus & tres naturas diuersas distinguunt? quod absit à nobis, ne istã blasphemiam admittamus, cùm vnum nomen deitatis in trinitate vniter dictũ accipiamus, per quod & remissa peccatorũ baptismo operante in nos ſ suscipimus, nomina verò tantũmodo in personis perfectè distinguamus. Rogo, vbi vinculũ fidei inuenitur apud eos, si substantiæ vnitatis nomen in trinitate nõ tenetur? Rogo, quemadmodũ in singulis personis singulas vel diuersas plenitudines

al. vtiq; manifesta quia in ipso nomine trinitatis baptismum vniter celebratur diuinitatis
al. eos
al. per illos esse adscribitis
al. Cur recte regulã baptismi celebratis
al. deitate communi
al. plus
al. pronuncient
al. potius
al. suscepisse inueniamur

dines esse adscribitis, dum vnita natura sit in hac ipsa plenitudine diuinę trinitatis? Rogo, quō tres vnum sunt, si diuersa in vtrisq; est natura diuinitatis? Rogo al. qño al. fortitu dinis ⌈ quemadmodum septiformem hunc spiritum sapientiæ, & intellectus, spiritū consilij & ⌈ virtutis, spiritum scientiæ & pietatis, spiritum timoris domini conse qui merentur, quem de vnita plenitudine diuinitatis consistere non confitetur? Actorū 5. Rogo, non legistis Apostolum Petrum claues regni cœlorum habentem, Ananiæ dixisse: Quare Satanas impleuit cor tuum ad mentiendum spiritu sancto? Et sic prosecutus est: Non es hominibus mentitus, sed Deo, si vos eum Deum verum esse negatis? Rogo, si Deus non erat, vt dicitis, hic paracletus spiritus, cur Actorū 13 sibi tantam autoritatem præsumebat ad discipulos, dicens: Segregate mihi Paulum & Barnabam, quos elegi in opus ministerij, in quo adsumpsi eos. Vides qa Deus est, qui segregauit, & qui elegit in opus ministerij, in quo & adsumpsit eos? Rogo, quemadmodum hæc vnita plenitudo diuinæ trinitatis à vobis diuiditur, cùm vnus in vno, aut certè vnus in vtrisq; consistere inter se declarentur? Rogo, vbi vna fides esse ostenditur, si sempiterna trinitas apud eos ⌈ vniter esse al. æqualr nō accipitur? Cur legitis, ex ipso, & per ipsum, & in ipso, si vnitatis nomen in deitate trinitatis diuiditis, & vnitam operationem eorum in factura esse negatis? Rogo, non legistis Apostolum dixisse: Ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur, id est, ex Deo patre, & coram Deo sancto spiritu, in Christo filio Dei testi- Gene. 1. 2 monium prædicamus? Cur legitis Historiographum Moysen indicasse: Et di- al. si vnitatis naturæ nomē operatur, cur in trinitate esse non creditur. xit Deus, & fecit Deus, & benedixit Deus, si hoc vnito nomine ⌈ diuinitatis vniter operatum fuisse non accipitis? HAER. Itaque quemadmodum multifariè vnitum nomen trinitatis mihi palam feciſti: si ergo & omnia vniter sic hi fecerunt, hæc dicta de autoritate iure confirmes postulo. ATH. Audi nunc vnum de multis pertinens exemplum. Memento post hanc tantam satisfactionem, al. trinitatis. hucvsque erit finis sermo dicentis. Si tamen adhuc nihil te commouet de his, D quæ superius secundum scripturæ rectissimæ lineam ad ordinem tibi diligenter exposui, optime Theophile, vt cognoscas horum verborum, de quibus iam superius eruditus es, veritatem. Ait Psalmographus, imò præsagus spiritus per Psalmohraphum: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis vir Psalm. 32. tus eorum. Vtique verbum filium declarauit: dominum autem patrem eius iudicauit, & spiritum oris eius, spiritum principalem esse demonstrauit.

al. in al. in eis esse Vides quàm breuiter ⌈ per singulas significationes ⌈ in personis inesse distinxit, id est, verbum & dominum, & spiritum, & vnitam operationem in his esse ostendit. Nam si te adhuc in aliquo ambiguitas tenet, eadem ipsa repeto. Vbi ait verbum, non sonum vocis inconsubstantiuum esse accipias, quem si validus quis emiserit, solet resonare echo: cuius tantum in phantasia auditus est resonantis, sed factum nullius. Sanè de hoc verbo domini nostri patris, qui est salus nostra, sicut vbiq; diuinæ scripturæ testantur, filius Dei Deus est substantiuus, per quem omnia facta sunt. Ergo quia dixit: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, cognosco hoc verbum substantiuum non aliunde, quàm de patre propriè natum fuisse, sed & spiritu oris eius (eum spiritum dixit) qui de se ipsa ⌈ vnita substantia processit, sicut cautum inuenimus. Nō ex alia natura, quàm de ipsa, ac per hoc vnita est patris & filij ac spiritus sancti substantia, quam Græci dicunt ὁμοούσιον. Sed & vnita est eiusdem trinitatis operatio in factura.

al. dekate

D. ATHA.

A

# DISPVTATIONIS ATQVE CONTROVERSIAE SVPER FIde catholica, inter diuum Athanasium prius diaconum, deinde quoq; Archiepisc. Alexandrinum, & Arrium, coram Probo iudice gentili a Constantino imperatore delegato habitæ, Præfatio.

VVm in manus strenui lectoris, beatissime Papa Materne, liber iste à catholico sacerdote, & probatissimæ vitæ beato Athanasio cõtra hæreticos, id est, Sabellium, Fotinum, & Arrium disputatus peruenerit, ilicò respondebit. Et quomodo fieri potest, vt cum sancto Athanasio successore beati Alexandri episcopi habuerit Arrius conflictum, cùm constet eũ sicut in Ecclesiastica historia legitur, turpissima morte, id est, exemplo Iudæ traditoris domini nostri Iesu Christi fuisse fusum, vt q̃d fœtida mente conceperat, fœtido terminaret fine. Sed si illud recolat, quod in Chronica sua beatæ memoriæ Sulpitius Seuerus posuit, dicens: Duo Arrij tanq̃ duo ser pentes ex vno ore sibilabant, duos Arrios fuisse euidenter reperiet. Vnde intelligitur, aut cum Arrio superstite, non cum illo q̃ fusus est, aut cum aliquo Arriana, sanctum Athanasium iniisse conflictum. Quapropter oportet opus, vt credimus, à domino impletum, à catholicis sæpe relegatur, vt cognoscant qualiter hæreticorum possint vitare venena, & fidem suam absq; vlla hæsitatione, domino auxiliante, valeant custodire.

Duo Arrij

B

## DISVTATIONIS INTRODVCTIO, ORIGInem eius, & Arrij perfidiam declarans.

DVm apud Nicenam vrbem, à trecẽtis decem & octo episcopis, ex euangelicis apostolicisq; doctrinis, spiritali vigore præditis, fides ecclesiæ confirmatur, ibi Arrij perfidia, Constantino imperatore præsente detegitur. Et cum eius perfidiæ dogma eorundem episcoporum sententia refutatur, Arrius ab ecclesia separatur, ne tam impia doctrina diu in ecclesia latens, cunctorum inficeret mentes. Sed vbi imperator comperit integram ab Episcopis fidem Ecclesiæ, vt est ab Apostolis tradita, sanctius confirmari, præcepit eundem Arrium vt rebellem sacræ fidei exilio relegari. Sed sicut Euam serpẽs in paradiso dolosis persuasionibus laqueauit, ita quoque Constantiam Germanam eiusdem principis, per quendam satellitem, Arrij perfidia irretiuit. Et latuit in ea diaboli virus, donec tempus erumpendi quo eam impleuerat, inueniret. Igitur quum in vltimo sui obitus die frater visitatione eius perfruitur, statim ab ea innocenti fratri veneni pomum verbo porrigitur. Et ilico, exemplo primi hominis, nescius in pertransgressionis viam dilabitur, qui viperinis expostulationibus sensum accommodare videtur. Arrius ergo, qui dudum ab eo tanquam sacrilegus fuerat relegatus, ad necem fidelium animarum ex exilio reuocatur, & fidem suam principi callidis seductionibus pandens, frustra se affirmabat ab episcopis fuisse damnatum. Ea scilicet causa, idem imperator præcepit apud Alexandriam synodum congregari, vt si vera eius adsertio doceretur, venia post sententiam subsecuta, Ecclesiæ redderetur. Et vt omnes de eius correctione gaudentes existerẽt, & exinde ad dedicationem Hierosolymi-

Nicænum concilium

Arrius exulat.

Gene. 3

Constantia Arriana.

Constantinus fit Arrianus.

Arrius ab exilio reuocat.

Synodus Alexãdrina.

Constantinus moritur. Constantinus imperium init.

rosolymitanæ ecclesiæ pacatius pergeretur. Denicq; cùm causæ eius ab episcopis diutius contrectarentur, idem Constantinus imperator in suburbano quodam cui Nicomedia nomen est, finali ordine trigesimoprimo imperij sui anno diem clausit extremum. Quam ordinationem prædicto satelliti tradidit Constantio reseruandam. Qui dum post sui genitoris obitū aduenies susceptisset imperiū, sicut à Constantino delegatum fuerat, ab eodem Constantino testamento contradicit. Qui ob huius rei gratiā, in tanta apud eum idem presbyter familiaritate est habitus, vt non iam presbyter, sed pater imperij vocaretur. Et qui ob imperādum imperator fuerat eleuatus, sub huius presbyteri imperio videbatur additus. Ad cuius iussionem Arrius est in ecclesiam reuocatus, cuius doctrinam rudis princeps impijs sensibus retinens, fidem catholicam respuit, & à paternis traditionibus sacrilego more desciuit. Qui temporibus suis non leuem ecclesiæ dei vel sacerdotibus insecutionem intulisse videtur. Quo etiam tempore plurimos martyres, multosq; confessores fecerit. Alios quoq; effossis oculis, ac poplitibus amputatis, semiuiuos reliquit. Nonnullos verò rabido furore arreptus insaniæ, proprijs sedibus relegando damnauit: In quibus domini dictum videtur esse cōpletum: Si me, inquit, persecuti sunt, & vos persequentur. Hic igitur priusquam Arimino vel Seleuciam ex vniuerso orbe dolo congregaret domini sacerdotes, totum vnum facere cupiens quendam iudicem, nomine Probum, sua autoritate suffultum, arbitrum inter eundem Arrium atq; Athanasium adesse præcepit. Illum vtique, quem fidelem in regno suo, & omnium mundanarum litérarum artium q; præ cæteris hominibus probauerat eruditum. Qui omnibus curis publicis procul amotis, iniuncta sibi omni celeritate, maluit adimplere, vt iussis imperialibus pareret, & fidem veracissimam suo examine comprobaret. Hic itaq; cùm apud Laodiceam vrbem Syriæ secundo Constantij imperij anno venisset, pro tribunali in auditorio sedens, turbis hinc atq; inde astantibus, Arrium atq; Athanasium his alloquitur verbis.

Constantinus persecutor fidelium. Ioann. 15.

Probus iudex.

C

D

# DISPVTATIONIS PRAEDICTAE LAODICEAE HABITÆ initium, in qua interloquuntur Probus index, Athanasius, Arrius, & interdum qui hæc traduxit autor.

## PROBVS.

Altercationis fidei initium. Epistola imperatoris recitatur.

CLoriosi ac pijssimi imperatoris Constātij epistola sacra cōmonitus, præcepi inter vos negociū fidei ventilari. ATH. Et quis tā vecors audeat principalia præcepta renuere? PRO. Ergo venerandi Augusti sacra legatur epistola. AVT. Et recitata est: Constantinus, Constantius pius, perpetuus victor ac triumphator semper Augustus, Probo iudici salutem. Diuino munere paternum adeptus imperium, illud est nobis primitus enitendum, vt hæretica conuersatione deleta, sacræ nostræ fidei coniunctus orbis gaudeat vniuersus. Quoniam, quia peruerso itinere conuertit impium, saluat animam eius, & suorum multitudinem peccatorum cooperit. Et quoniam nunc plerosq; reperimus huius sceleris socios, hanc perfidiam ritu sacrilego percolentes, asserentes se integram fidei regulam retinere, qui non solum homines impia seductione fallēres, verum etiam & ingenitæ maiestati iniuriam irrogantes, & filij creatam substantiam eius diuinitati

A nitati iungentes. Monemus itaq; vt nostræ maiestatis autoritate percepta, inter Arrium venerabilem presbyterum, & Athanasium eiusdem autorem erroris diaconum, huius negocij examen facias ventilari. Præcipuè suadens, vt animi peruersitate deposita, veræ fidei ac probatæ colla submittant: ne nostræ mansuetudinis ac pietatis præcepta, solita temeritatis audacia contemnentes, ad grauem nos concitent iracundiam. Et licet huius fidei munus necdum perceperis, sapientia tamen qua præ cæteris polles, cuncta te credimus posse sine cuiusquam susceptione personæ, fideliter definire, Deo plus quàm homini placiturum. (Et alia manu.) Optamus te bene valere. Datum Constantinopoli sub die XII. Kalendas Ianuarij. PRO. Venerandi principis sacra, quæ lecta est, gestis indatur. AV. Et adiecit. PRO. Prospiciens in idolorum cultura nullam veri numinis maiestatem cõsistere, Christianis memetipsum dogmatibus subijcere volo, quibus adstruitur vnus & verus Deus esse, qui vniuersa, quæ videntur, & quæ non videntur, virtute verbi sui creauit. Et quoniam cùm plures Christiani nominis titulo censeantur, à veritate eius fidei procul aberrare dicuntur, diuersa ac varia dogmatis instituta sectando, scire nunc magnopere desidero, quæ sit recti dogmatis fides, cui remotis dubietatibus, ambagibusq; omnibus, tenaciter inhærere queam, ne erroris cæcitate exui cupiens, maioribus tenebrarum erroribus implerer, si passim, & sine vllo examinis discrimine alicuius sectæ, quæ primo occurrerit, imitator existam. Quæ vtrum praua sit nec ne, an veritate suffulta, ignoro. Et ideo, si placet, imò quia placere debet, vnusquisq; vestrum in conspectu nostro fidei suæ sententiam pandat, vt examinatione habita, quæ firmior cunctis & verior reperta fuerit, huic omnes iure credamus, & huic indubitãter spreto falsitatis errore, obsequamur. AR. & ATH. Quomodo tanti mysterij secreta committere possumus, & rei inexpertæ arbitrum collocare, cùm necdũ

B gentilitatis maculam veri dogmatis perceptione ablueris? PRO. Hoc est vtiq; quod totis viribus cognoscere cupio, quod sit rectum & veridicum dogma, in quo me oporteat occulti mysterij sacramenta percipere. Neq; enim modò mihi profunda mysteriorum arcana patefieri desidero, sed illa nunc flagito demonstrari, quæ in vestra fide extrinsecus habentur & publicè prædicantur, id est, q vnus idemq; verus Deus, visibilium & inuisibilium conditor sit rerum. Et quia hoc vos vno ore profiteri non nescio, quæ causa extiterit, vt in tam varias diuidamini sectas, & quæ sunt vera, & quæ sunt falsa, intelligi à nobis omnino non possint, priusquam vestro certamine digno patientiæ moderamine habito, quid sit congruum, diligentius cognoscamus. ATH. Cùm sis omni literarum genere imbutus, & philosophicis disciplinis admodum eruditus, mirari vsq; quaq; non debes, plurima penes nos & varia nouitatum dogmata extitisse, cùm apud vos tot sentẽtiarum nouitates emerserint, quot penè nomina ipsorum continentur autorum. Nam cùm tres sint in mundo religiones, Iudæorum, Paganorum, & Christianorum, multis & longè discretis sententiarum diuersitatibus vnaquæq; religio à seipsa discedens, in varias propriè institutionis sectas diuisa est, dum vnusquisq; suauitate recentioris sententiæ, non veritatem, sed veritatis similitudinem præferentis, illectus, antiquitus à patribus traditam lineam derelinquit, eo irremediabiliter per auia prauè oberrans, quo nouitate pro vetustate vtitur, tanq; antiqui limitis, & à patribus traditi viam incedens. Aut enim multum sentit, & minus credit, & ideo medium & rectum iter incedere nescit. Hæc idcirco præfatus sum, vt tibi clarissima veritatis explorandæ indicia demonstrarem, vt agnoscere facillimè queas, illum prauitatis errore inuolui, qui prisca apostolicæ fidei fundamenta deserens, ipse sibi pro suę voluntatis arbitrio fidem, quam sequi debeat, somniat. AR R. Optimè, Athanasius errorem perfidiæ, in abiectis

Finis epistolæ. Probus se fidei addicit.

Non mirũdum de diuersis infide opinionibus. Religio triplex.

Apostolica doctrina præfertur nouæ.

2. Timo. 6 & nuper inuentis rerum nouitatibus consistere profitetur, Apostolico in hoc ipsum congruente testimonio, quo ait: Profanas autem vocum nouitates euita. Vnde obsecro, vt ab hoc inquisitionis tramite non recedas, diligentius atq; attentius inuestigando, quis nouo, quisve antiquo vtitur fidei sacramento. PRO. Vt hæc quæ adseritis facilè innotescant, & ad lucem veritatis, remota omni ambiguitatis caligine, veniant, antiquę fidei regulam pandite, & ita vt est ab apostolis tradita, nostris auribus intimate. ARR. & ATHA. simul. Credimus in Deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius dominum nostrum, & in spiritum sanctum. Hæc est fidei nostræ regula, quam cœlesti ma

Regula fidei.

Marc. vlt. gisterio dominus tradidit apostolis, dicens: Ite, baptizate omnes gentes, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. PROB. Magno miraculi stupore attonitus hæreo, tres à vobis deos prædicari conspiciens, à quibus ad vnius Dei singularis potentiæ maiestatem confugiendum esse credideram. Vnde, quæ sit huius rationis fides, vel quid ista trium rerum, triumq; vocabulorum nomina indicent, nos breuiter informare dignemini. ARR. Non quòd tres deos in fidei numero professione fateamur, sed credere nos in patrem, & filium, & spiritum sanctum fideliter confitemur. PROB. Satius fidem vestram exponite, & quę vel qualis sit in eadem vestra credulitate, declarate. ARR. Ego enim confite-

Arrij fides or, ingenitum patrem, ante omnia tempora filium ineffabiliter genuisse, per quem, & in quo, visibiles creaturas, atque inuisibiles fecit. Qui nouissimis temporibus propter humani generis salutem, à patre missus, verum hominem in mundo gestauit, atq; inuiolabiliter de Maria vitgine sine humani pudoris permixtione suscepit. Qui cùm sit creaturæ suæ dominus, non tamen potest genitori suo, aut in omnibus conferri, aut in aliquo coæquari. Quem & Deum, & sui originis profitemur autorem. Nec tamen ideo duo dij, quia & hic Deus, nec ideo non Deus, quia solus pater Deus. Sicut non ideo non bonus, quia solus pa- D
ter bonus, cùm sit & filius non solum bonus, sed & bonorum creator. Sed sicut ei non adimitur ne bonus sit, quum solus pater ipsius filij professione sit bonus, sic ei non aufertur vt Deus sit, quum solus pater sit Deus. Et sicut bonitas filij non præiudicat singularitati paternæ bonitatis, sic eius deitas non officit patri, ne vnicus ac singularis sit Deus. Et hoc modo vnum Deum profitemur, non negando, vt dixi, filium Deum, sed penè solum patrem vnius diuinitatis autorem constituentes. ATHA. Bene patrem filium ineffabiliter ante omnia tem
pora genuisse Arrius sua professione diffinxit, sed vtrum filium ex ipsa pa-

Fides Athanasij. tris essentia vel natura, vel aliunde genitum velit adserere, hæc interim sua prosecutione reticuit. Ego enim patrem, & filium, & spiritum sanctum vnius esse substantiæ, vniusque naturæ confiteor. Ita vt non ex nihilo, neque ex aliquo, sed de patre filium, & de patre spiritum sanctum credam procedere. Et licet tres in sua proprietate subsistentes profitear esse personas, horum tamen natura vna est, vnaq; diuinitas comprobatur. PRO. Quanquam hæc varia & longè dissimilis sententiarũ vestrarũ diuersitas, magnã confusionis caligine mentibus nostris incutiat, tamen vt cito his ambagibus exuamur, & quæ sit veræ fidei professio cognoscamus, dignamini euidentioribus scripturę diuinæ testimonijs adsertionum vestrarum sententias cõmunire. Et ne longo orationis ambitu ipsius permixtæ disputationis confusione procul euagemini, singulatim fidem vestram, vt dixi, edicite. Sed nunc Arrius prosequatur, & suã fidẽ veridicis

Deus simplicis est naturæ. testimonijs astruere non grauetur. ARR. Quoniam me primitus congredi præcepisti, respondeat Athanasius, vtrum simplicis naturæ sit Deus. ATHA. Quis hoc impius negauerit? ARRI. Respondeat vtrum etiam omnia quę de Deo dicuntur, secundum essentiam accipienda sunt. ATH. Non temerè pronuncia-

A nunciauerim, vniuersa quæ de Deo dicuntur secundum essentiam debere accipi, propter nonnullos relatiuos nominũ casus, secundũ vsitatũ humani sermonis eloquiũ probatos, qui non propriè de Deo, sed personis & temporibus, vel quibuscunq; rerum generibus coaptantur. Id est, cum se nescire vel se iterum cognouisse fatetur. Aut cùm rerũ à se factarũ pœnitudinẽ gerit, & nunc se iratũ, nunc placatum ostendit. Quæ omnia, si secundũ essentiã volumus accipere, passibilem sine dubio & improuidã diuinam profitebimur esse naturam, in qua aut ignorantia, aut ex tempore orta cogitatio cadat, quam & tristitia pœnitendo conficiat, & lætitia subleuet vegetando. Quod quid aliud erit, nisi mutari ac perpeti, & instabili mobilitate huc illuc; defluere. Vnde manifestissimè comprobatur, non omnia de Deo secundum essentiam debere intelligi, sed aliquanta dispensationi respondentia, non naturæ eius conuenientia certò certius profitemur. PROB. Licet sufficienter & doctius, laudabiliterq; responderis, non omnia de Deo secundum essentiam dici, latius tamen hæc abs te audire desidero, cùm tui loci disputationis tẽpus adfuerit. Nunc interim (vt antè fassus sum) Arrius, vt cœperat, prosequatur. ARR. Si ea, quæ in principio prosequutus sum, diligenter aduertas, illic omnem fidei nostræ credulitatem inuenies. ATHA. Subsistere ante secula filium, veraciter Arrius profitetur. Quod autem de patre natus sit, sono tantummodo vocis, & simulata verborum confessione, non veritatis professione confidit, dum eum à paternæ naturæ substantia separat & conditione naturæ, non dispensationis ratione patri subiectum adfirmat. PRO. Clarissimum fidei vestræ indicium date, & quemadmodum credatis recenti prosecutione signate, quo possit ad normam propositæ confessionis disputationisq; materia coptari. ATH. Ne vos grauem oratione longissima sensus, fidem meam breui sermone concludo. Patrem, & filium, & spiritum

B sanctum deitate, potestate, magnitudine, natura vnum esse protestor. Nec aliquid in hac trinitate nouum extraneúmve, ac si antea non fuerit, postea verò adiectum sit, adsero, sed, vt dixi, vnius eam naturæ, vniusque substantiæ credo. ARR. Sicut tres personas in sua proprietate manentes, ita tres substantias esse patris, & filij, & spiritus sancti confiteor. Alia enim patris, alia filij, alia spiritus sancti substantia. Nec potest vllo modo ingenitæ substantiæ, aut genita filij, aut creata spiritus sancti conferri natura. Vnde nec in potestate æquales, nec magnitudine similes, nec natura consortes, à nobis fidelicõfessione creduntur. PRO. Si hoc totum est, in quo à vobis inuicem dissentire videmini, id est, quòd vnus diuersas, alius trinitatis vnam dicit esse substantiam, id nunc disputationis ratio poscit, vt adsertiones vestras non subtilitate argumentorum de industria dialecticæ artis venientium, sed simplicibus & puris diuinæ scripturæ documentis robustius fulciatis. AR. Credo q memorabilibus prudẽtiæ vestræ sensibus Athanasij prosecutionem nequaq; subtraxit obliuio, qua id elegantius perorauit illum debere prauitatis errore notari, qui noua & inusitata verborum commenta sectatur, adijciens apostolicis dogmatibus, quod ab eisdem constat traditum non fuisse. PROB. Ita memini. ARR. Ergo Nicæni concilij decreta lectione pandantur, & agnosces Athanasium, vel eius autores, apostolicam fidem nouorum adiectione verborum eatenus corrupisse, eosq; qui antiquis patrum inhæsere doctrinis, ambitione regia vsi, censuerint feralibus relegandos edictis. PROB. Si præsentis negocij ratio postulat, vt decretum Nicæni recitetur concilij, hoc quoque Athanasius sua prosecutione designet, vt ex vtriusq; voluntatis assensu, si quid illud offert extrinsecus, recitetur. ATHA. Causæ congruit, vt rerum gestarum lectionis copia non negetur. PROB. Ergo vt desiderat præfati decreti lectio ventiletur. AVT. Et lectum est ita: Credimus in vnum

Non oĩa Deo attributa, essentię eius cõgruunt.

Pater & filius & spũs sanctus vnũ sunt.

Arrij hæresis.

Nicęni cõcilij decreta super fide catholica.

Deum patrem omnipotẽtem, visibilium & inuisibilium factorem. Et in vnum C
dñm nostrum Iesum Christum filium dei, natum ex patre vnigenitum, hoc est,
de substantia patris, Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo ve
ro, natum non factum, vnius substantiæ cum patre (quod Græci dicunt ὁμόσιον)
per quem facta sunt omnia, siue in cœlo siue in terra. Qui propter nostram salu-
tem descendit, & incarnatus est, homo factus est, passus est, resurrexit tertia die,
in cœlos ascendit, inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiritũ san-
ctum. Eos aũt, qui dicunt, erat quando non erat, & anteq̃ nasceretur non erat,
quod & de non extantibus vel ex alia substantia aut essentia, dicentes mutabilẽ
aut conuertibilem Deum, hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

Sugillare infamare ὁμόσιον consubstãtialis.

ARR. Peruides virorum optime Probe, istius decreta concilij, in suggillatio-
nem apostolicæ fidei, ausu temerariæ adsumptionis fuisse conscripta. Quid erũ
opus erat nouum hoc ὁμοούσιον vocabulum antiquis dogmatum regulis inseri?
Nunquid enim apostoli, vel eorum discipuli, atq; omnes per ordinem succesſo-
res, qui vsq; ad illud tempus viuentes in Christi confessione ὁμόσιον vocabulum
ignorabant? Impietatis sacrilegium in fidei veritate secutos esse dicemus, pro eo
scilicet, quod huius nominis notione priuati, sine ipsius prædicationis adsertio-
ne perrexerunt ad Christum. Si enim à nobis, vt isti penitus mentiuntur, noua
introducebatur contra apostolorum statuta doctrina, quid vtique conueniens
erat, nouæ à nobis ingestæ doctrinæ antiquis apostolorum obuiare doctrinis,
& nouitatem vetustati præscribere, non vetustatem nouitate peruertere? Vt qd
mihi hoc nomen sequendum imponit? Vt quid me ad huius rei nouitatem vio-
lentius trahit? Vt quid hoc apostolicæ fidei adiicit verbum, cuius nec prophetæ
quidem, nec apostoli vspiam faciunt mẽtionem? Quod illud quæso nomen est,
sine quo fides integra esse non possit, sine quo Christiani Christianæ religionis
abdicantur honore? Vnum enim è duobus in hac causa sequi necesse est. Si vera D
est ὁμοούσιον adsertio, falsa erit apostolorum prædicatio, quæ sine hoc nomine lon
ga per tempora floruerat. Si verò apostolica fides huius nominis expers vera est,
licuit & est, hæc sine dubio falsa erit, quæ antiquæ fidei nominis nouitatem ad-
iecit. Reuolue cuncta noui & veteris testamenti volumina, vtrũ alicubi ὁμόσιον
inditum paginis poteris reperire. PRO. Quid his refertur? ATH. Nomi-
nis tantum offenderis nouitate, an etiam ipsius rei virtutem, quæ hoc est sortita
vocabulum, refugis? ARR. Quid dicas, non satis intelligo. ATH. Quoniã
res antiqua nouum nomen accepit, non vocabulo nouo nouæ rei virtus accessit,
hoc vtiq; requiro, vtrum res quæ antiqua est, simul à te cum nominis nouitate
damnetur? ARR. Res loqueris tortuosas, & omni stultitiæ miraculo dignas.
Si enim ὁμόσιον nouum nomen est, non dubium quin & res noua sit, quam si-
gnificare videtur. ATHA. Ergo pariter rem nomenq; condemnas? ARR.
Ita planè. ATHA. Igitur si demonstrauero rei antiquæ, & ab apostolis tradi-
tæ nouum nomen attributum fuisse, victum tandem fateberis? An etiam sic rẽ
antiquam simul cum nominis nouitate condemnas? ARR. Hoc non often-
des. PRO. Et quæ ratio causæ flagitabat, vt res antiqua nomen acciperet no-
uum? Nunquid enim priusq̃ huius nominis vocabulum sortiretur, sine nomi-
nis proprietate manebat? Hoc mihi nullã rationis consequentiam habere vide-
tur. ARR. Optimè. ATH. Ecclesiastice semper moris est disciplinę, si qñ hę
reticorum noua doctrina exurgit, contra insolentes quæstionum nouitates re-
bus immutabiliter permanentibus, nominum vocabula immutare, & signifi-
cantius rerum naturas exprimere, quę tamen existentium causarum virtutibus
congruant, & quæ magis eadem antiquitus fuisse demonstrent, non ortus no-
uitatem mensurent. Et vt quod dico, planius fiat, vtor exemplo in ipso Christia-

Vocabuli immutãdi ratio.

næ re-

A ..ę religionis prędicationis nuncio. Omnes qui credebant dño nostro Iesu Christo, non Christiani, sed discipuli tantummodo nominabantur. Et quia multi nouorum dogmatum autores extiterant, doctrinæ obuiantes apostolicę, omnes sectatores suos discipulos nominabant. Nec erat vlla nominis discretio inter veros falsosq; discipulos, siue qui Christi, siue qui Dositę, siue Theodę, siue ludę cuiusdam, siue etiam Ioannis sectatores, qui se quasi Christo, ecclesiæ fatebantur, quin potius vno discipulorum nomine censerentur. Tunc apostoli conuenientes Antiochiam, sicut eorum (Luca narrante) testantur acta, omnes discipulos nouo nomine, id est, Christianos appellant, discernentes à communi falsorum discipulorum vocabulo, vt & diuini per Esaiam oraculi sermo impleretur, quo ait: Seruientibus verò mihi, vocabitur nomen nouum. Hanc ergo ab apostolis traditam, nouis vtendi nominibus formam, ecclesia tenens contra diuersos hæreticos, vt sanè fidei ratio postulabat, diuersas edidit nominũ nouitates. Deniq; patri nouum innascibilitatis nomen ecclesia imposuit. Cùm enim Sabelliana hęresis genitũ ex virgine patrem voluisset adserere, ingenitum contra hanc confitendo ecclesia tradidit patrem. Vtiq; in diuinis scripturis ingenitum nusq̃ legimus patrem. Potest ergo Sabellius audaciam suam in huius calumnię obuertere quæstionem, & simili vt tu propositionis genere vti, quo dicat: Cur diuinis scripturis sine vllo prospectu pudoris violentiam facitis, profitẽdo innascibilem patrem, quod scriptum ostendere valetis? Item, quia eum non solum genitum, sed & passum impio dogmate idem Sabellius profitetur, vobis in vnum conuenientibus, inter cæteras quas promulgatis fidei sanctiones, dixistis patrem impassibilem esse, quod religiosè sancteq; vos statuisse probamus. Sed hoc itidem ille proclamat. Ergo vsquequo vestræ licentiæ audaciam protendetis profitendo,
B quod scriptum non legitis, impassibilem patrem, quod nec prophetæ tradiderunt, nec symboli autentici tradidit autoritas, sed hoc & vestra temeritate præsumptum. Rursus prosequuntur ijdem ipsi, qui Syrmio conuenerant. Et hanc religiosæ confessionis fidem, de filio statuistis, Deum eum dicentes ex Deo, lumen de lumine. Iam hic Fotino, qui ex humanæ generationis natura initiũ tribuit filio, quanta calumniandi occasio pateat, ipsum te quoq; metiri non pigeat. Cur em̃ non similes querimoniarũ causas intentat, cur non simili vociferatione ipse quoq; insaniat, dicens: Quid dicitis, quid statuitis, quid sequendum vestro iudicio posteris traditis, confitendo filium Deum ex Deo, lumẽ ex lumine? Ostendite mihi vtrũ in eadẽ filij Dei forma, id est, in autentico symbolo, quòd apostoli tradiderunt, hoc scriptum legeritis. Sed contentus sum, cùm ibi scriptum non fuerit, saltem mihi de prophetis legatur, de apostolorum literis ostẽdatur. Quis has vocum tulerit nouitates? Quis hoc rudis admittere sensibus patiatur, quod neq; prophetę, neq; apostoli tradiderunt? Item similem patri filium multis & creberrimis conciliorum vestrorum decretis statuistis. Exurgat nunc Eunomius, qui dissimilem cõfitetur, & dicat: Vbi hoc legistis, vbi hoc reperistis, vtrũ ne pater aut filius hac de se vsus est voce? Ergo tu Arri, qui me hodie tali constringis articulo, vt ὁμόσιον propriè positum in scripturis ostendam, aut facere contra insolentes & furtiuas hæreticæ intelligentiæ prauitates, quędam confessionis nomina non temerè præsumpta, sed ex consequenti ratione collecta, fidei autoritatibus fuisse inserta, ita vt tot nouorum verborum religioso intellectui extiterint absolutiones, quot fuerint quæsitæ vel subministratæ perfidiæ occasiones. Aut si id fateri nolueris, tuis tecum obiectionibus agam. Ostende mihi, non ex coniecturis, non ex verisimilibus rebus, nõ ex ratione vicini sermonis, non ad intelligendum prouocantibus rebus, non ad profitendum pietate fidei suadente, sed pura & nuda verborum proprietate, ostẽde scriptum ingenitum,

Christiani nominis origo

Esaiæ 65

Innascibilitas patri dicitur.

Pater impassibilis dictus

Fotini hæresis.

Eunomij hæresis.

aut impassibilem patrem, verum Deum ex Deo, lumen de lumine, aut patri filium similem esse. Nolo mihi dicas, hoc fidei ratio poscit, hoc pietas docet, ad hãc me nominis professionem scripturarum consequentia prouocat. Nolo, inquã, mihi talia obtẽdas, quia & in me similia de ὁμοσίου probatione espuis proferentem. Sed fero in manibus diuorum voluminum codices, & eodẽ sono, ijsdemq; syllabis prædictorum vocabula nominum indita lege. Aut ostende scriptum filium patri similem, aut fatere dissimilẽ. Quo hinc erumpas, quo rursus euadas? ne tuis te obiectionibus implicitũ propositionis nexus enodãdi tibi facultas nulla suppeditet, aut concede mihi ex consequentibus probare ὁμόσιον, i. vnius substantiæ fidem, aut si concedere nolueris, neganda sunt tibi vniuersa, quæ ipse fateris, quia ea nudè posita inuenire nusq; vtiq; poteris. PRO. Si ecclesiasticę consuetudinis mos est, vt aliqua verborum vocabula pro coercendis hæreticorum motibus, in fidei autoritate nuda ponantur, quæ tamen ratione consequentium rerum existentiũ vestiantur, dũ eorum veritas, ex qua originẽ sumunt, diuinis contineri literis inuenitur, quid dicis Arri, concedis ὁμόσιον, sicut Athanasius dicit, de diuinis scripturis per cõuenientes professionum qualitates probari an nõ? ARR. Iste nescio qua syllogisticæ artis versutia, obiectionem mẽã conatur eludere. Ego ẽm hoc mihi ostendi desidero, vtrum ὁμόσιον in dominicæ sit lectiõis autoritate conscriptũ, & ideo aut propriè positum legat, aut ab eius confessione recedat. PRO. Vides quemadmodũ in te, tuã referat quęstionem, & ijsdem te quibus vteris, constringat articulis, professionis tuæ manifestiore, vt ipse exigis, documento. Aut ei de canonicis literis nudè positum ostendas innascibilem, aut impassibilem patrem, aut Deum ex Deo, aut lumen de lumine, aut patri filium similem esse. Quæ omnia, si propriè posita minimè demonstrare valueris, negãdi tibi necessitas imminebit, cui discrimini illa, vt videtur mihi, sola poterit ratio subuenire, vt cõcedatis vobis ea, quę in cõcilijs vestris nudè sunt posita, de scripturarũ fontibus emanasse. Nã hoc cõtentionis vitio deputabitur, vt documentũ nudi sermonis exigas, cui fidei sensum scripturis copiosius noueris redũdare. Sensum igit quęre, vnde vocabuli huius natura traxit originẽ. Et cùm sensum inueneris, nomẽ te inuenisse pariter nõ dubites. ATH. Quantiscunq; rationibus agat, nullatenus põt ab hac intẽtione remoueri. Nouit ẽm certissimè, quia si ad hoc fuerit, remota huius nominis intentione descensum, vt ex consequentia scripturarum vnam esse patris & filij substantiam, quod est ὁμόσιον, doceatur, facillimè se posse superari, & ideo diffidentiæ ac timoris periculo auectus, nudi sermonis flagitat documentum. Sed suis est iterum professionibus constringendus. Exigis à me, vt vnam patris & filij substantiam, id est, ὁμόσιος scriptum ostendam. Tu autem tres vsias, id est, tres substantias confiteris. Ostende igitur mihi, vbi legisti tres vsias. Si enim ego vnum hoc est, ὁμόσιον, ideo negare debeo, quia hoc vnde scriptum non inuenio, tu quemadmodum audes tres vsias confiteri, quum hoc scriptum nusquam poteris demonstrare. PROB. Si extat aliquod ex autoritatibus diuinis documentũ propriè & specialiter positum, quo approbetur patris, & filij, & spiritus sancti tres οὐσίας, tresq; vt fateris esse naturas, proferatur, quo possit Athanasius à confessione vnius substantiæ, quod est ὁμόσιον, declinare. Cũ ẽm τρισόσιον propriè in scripturis ostenderis positum, apparebit Athanasium temeritate pertinacissimæ obstinationis in ὁμόσιον confessione hactenus perdurare, quod propriè positum non potuit demonstrare. Si verò nec tu ipse tres οὐσίας demonstrare valueris, pari mihi conditionis necessitate astrictus esse videris. ATHA. Doceat tres οὐσίας propriè positas, & facio vnius substantiæ, quæ est ὁμόσιον, cessionem. ARR. Si tres sunt pater, & filius, & spiritus sanctus, necessariò tres sunt substantię, in quibus vnaquęq; per

ὁμόσιον quid.

Arrij argumentũ.

A sona seperatim & distinctius, propriè cognoscatur. ATH. Hic nulla prosunt argumenta, hic veritas ex consequenti ratione colligitur, testimoniorum propri etas flagitatur, lege specialiter τριάσιον positum, & noli coniiciendo dicere, si tres sunt pater, & filius, & spiritus sanctus, necessariò sunt tres substantiæ, quia & ego simili coniectura possum veracius opinari, si vnum sunt pater & filius, quia ipse ait: Ego & pater vnum sumus, quomodo non est vna substantia? Sed hanc disputationis viam ingredi penitus noluisti, dum à me specialiter positū ὁμάσιον demonstrandum exigeres testimonium. Simili ratione, tres οὐσίας specialiter & propriè positum sitas doce. Si enim ideo ὁμασίς vocabulum negare debeo, quia hoc scriptum nudè demonstrare non valeo, necessariò tunc τριάσιον fateri debeo si propriè positum, hoc te ostendente cognouero. A R R. Subsistit propriè pater, an non? A T H A. Nisi mihi tres οὐσίας propriè positas legeris, nullum tuis interrogationibus dabo responsum. Quis enim non videat, quò tua tendat obiectio? Vis enim argumento callidæ interrogationis diuersas approbare patris, & filij substantias, sed hic argumẽtis non opus est operiri, vbi manifestior testimonio proprietatis trium substantiarum exigitur documẽtum, sed si à proprietate testimoniorum aut rerum consequentia transire desideras, hoc ipsum publicæ conscientiæ innotescat, non te potuisse tres οὐσίας propriè positas demonstrare. Et quum vtrinq; hoc articulo solueris, obiectionibus vel interrogationibus tuis satisfaciam necesse est. P R O. Quantum vestræ disputationis intentio monstrat, nec tu ὁμάσιον, nec iste τριάσιον propriè & specialiter positum valetis ostendere. Vnde ne puerili concertatione in rebus superfluis diutius immoremini, ab hac exactione documenti tandem vtrique desinite, ὁμάσιον aut τριάσιον de scripturarum autoritate colligite. Non enim fas erit, de nominis appellatione dubitare, quod testimoniorum copiosa congestio firmius poterit robora

B re. A R R I. Quoniam hoc tua decreuit sententia, debere nos rationum persuasionibus ex rerum consequentium causis prædictorum nominum virtutes colligere, nec id Athanasio videatur difficultate nudi me demonstrandæ veritatis vocabuli proprietaris documenta quæsisse, ita faciam, vt tui est decreti sententia promulgatum. Ego enim compendio magis vti volebam, ne longius orationis intentio euagata, ambiguis sensibus veritatem obumbret. ATHAN. Non potest fides venire in dubium, quæ veritatis fulta præsidio, crassiora mendaciorum nubila, fulgidæ claritatis lumine dissipat. Non enim potest proprijs carere viribus, quæ non eget extrinsecus suffragiorum adminiculis adiuuari.

## IN DIE SEQVENTI.

Sequentis diei disputatio.

PRobus iudex dicit: Quoniam vos iniri fœderis pacta indeclinabili sententia seruare non dubito, quibus id vobis inuicem concessisse videmini, aut vnius substantiæ, vel trium substantiarum professionem, ex diuinarum consequentium literarum luculento disputationis examine comprobetis, omissa scilicet quæstione puri vocabuli, atq; propriè positi, exigatis iam nunc, & ipsius placiti ratio poscit, vt cuncta humanæ argumentationis cauillatione remota, de sacris diuinarum autoritatum voluminibus, patris, & filij, & spiritus sancti, aut vnam, aut diuersas proferatis esse substantias. Ad quam rei probationem, non tantum (vt opinor) mea, sed cunctorum penè mortalium mens ita est pendula expectatione suspensa, vt si tanti negocij merita paterentur, sine vllius diei conferendi ratione, vel alicuius momenti intercapedine, ad summam veritatis atq; ad calcem manifestissimæ notionis desidere

ret pertinere. Vnde ne tam religiosa fidelium,& veritatis cupida frustretur intentio, omni lenocinio luxuriosæ orationis exploso, de re, de causa, de competentibus, de necessarijs agite rebus, omnem, vt dixi, verborum ambitum, & procul à causa euagantes locutionum phaleras, leporemq; sermonum cautius euitantes, vt disputationis vestræ narratio, veritatis magis, quàm cothurnato mentis ornetur eloquio. ATH. Licet etiam dudum crebrò ac sæpius de vnitate substantiæ citra acta disputauerim, measq; disputationes scripto mandauerim, quibus à me in hac disputatione aliquid amplius addi possit, tamen quia hęc extrinsecus nullo eminus aduersante dicta sunt, necesse habebo hæc eadem rursus repetere, & in hac publicę actionis examine comprobare, quo possit tui iudicij sententia comprobare. PROB. Si non fuerint Arrij replicationibus tenuata, tunc vestra poterit firmari sententia. ARR. Vt quid hæ fraudum tendiculæ proponuntur? Vt quid in primordio nefandæ assertionis iudicis sententia prouocatur? Agamus primum quod nobis agendum necessitas demonstrandæ veritatis imponit. Inculcetur humano auditui fidei nostræ professio, percipiant indicia, quibus modis, quibusq; rationibus, quibus denicq; documentis nostra fulciatur assertio, & tum demum promulgationem sententiæ, quæ in nostro vticq; nequaq̃ pendet arbitrio, de iudice postulabimus. PROB. Præfationis meę nuper in hoc actionis principio habitæ, & sponsionis vestræ dudũ præteritis gestis insertæ, meminisse oportet. Quibus id peroratum est, vt omissis superfluis, ad arcem negocij debere descendi, quod debetis tandem aliquando actitare. ARR. Doceat patrem, & filium, & spiritum sanctum vnius esse substantiæ, vnius potestatis, vnius dignitatis, vnius gloriæ, vnius maiestatis, vnius virtutis, vnius honoris, quod satis improuidè, nimisq; incauta professione solet populus iactitare. ATHAN. Profiteris filium verè de patre natum, an non? C

ARR. Profiteris ipse patrem alicuius deriuationis vel diuisionis vitio subiacere non posse, an non? ATHA. Valde profiteor. ARR. Ego quoque profiteor filium ex patre natum esse. ATHAN. Id esse, arbitraris natum ex patre, quod etiam de patre? ARR. Sufficit tibi quòd ex patre dixerim natum, quod etiam facillimè ostendo. Quid callidis veteris argumentis? Cęterũm de patre natũ nusq̃ mihi interim ad prędens occurrere potuit. Ex patre verò scriptum esse recolo, Ioanne apostolo dicente: Qui diligit patrem, diligit eum, qui natus est ex eo. ATH. Ergo nihil interesse putas, vtrum ex ipso, an de ipso natus dicatur? ARR I. Si mihi demonstrare volueris, propriè positum filium de patre natum, tunc quid inde sentire debeam, æstimabo. Verùm quia in plerisque exemplaribus variè positum esse non nescio, vt in ijsdem locis, quibus de ipso legitur, in alijs codicibus ex ipso legatur. Sed vtrum hoc interpolantium fraude, an huius rei significatione, id est, vt hoc sit ex ipso, quod etiam de ipso faciũ sit, non satis video. Nec hoc nostrę fidei aliquod potest adferre prędudicium. D

Filius de patre natus

ATH. In hac tua prosecutione diligenti admodum cura exposita ratione aduerti. Sed quod tantum nostræ dixeris, & non vtrorumque designaueris fidei, non posse præiudicium in his verbis adferri, satis miratus sum, & arbitror quod fidem tuam munire festinans ita posueris, sperans me exinde leuiter sine aliquo documento posse transire. In Euangelio quoq; de patre dominus dixit: Spiritus est. Et vt se de patre natum ostenderet, ait: Quod natum est de carne, caro est, & quod natum est de spiritu, spiritus est, quia Deus spiritus est. Ego de Deo patre exiui. Ecce filium de patre natum, ipso filio docente, ostendi. ARR I. Satis callidis & suspicios is veteris disputationibus, quo dicas quòd ad fidei meæ munitionem hoc dixerim. Sed vt de sensibus tuis omnis suspicionis ambiguitas auferatur, vt superius fatus sum, vtrorumq; fidei, siue ex ipso, siue de ipso

natus

A natus dicatur, nullum potest penitus adferre in aliquo præiudicium. ATHA. Generans pater Deus ex se, id est, de seipso filium, hoc genuit quod est ipse, an aliud aliquid? ARRI. Hoc vtique quod ipse est genuit, quia Deus Deum genuit, lux lucem genuit, perfectus perfectum genuit, omnipotens omnipotentem genuit. ATHANA. Ergo non extrinsecus, neque ex nihilo, neque ex aliqua præcedente aut subsequente materia, sed ex seipso genuit. Et non aliud, quàm id quod ipse est, genuit. ARR. Alius alium genuit. ATH. Et nos confitemur quia alius alium genuit, id est, pater filium. Sed sic de seipso, id est, de eo, id est, quod ipse est, genuit, quia alterius substantiæ, vel diuersi generis filius esse non potest, ac sic vnius atque eiusdem cum patre substantiæ erit. ARRI. Si nosses in quantos perfidiæ errores, vnius substantiæ professio vergat, nunquam profecto inter patrem & filium huius nominis faceres mentionem. Nec disputationem tuam, quibusdam interrogationum gradibus incisam, tali conclusisses articulo, vt ad hunc impiæ professionis deduceres finem. ATHA. Quod sit impium atque sacrilegum, diuersas patris, & filij, & spiritus sancti profiteri substantias, & quod pium sit atque religiosum vnius eos, religiosæ ac piæ substantiæ confiteri, scias me, ô Arri, penitus ignorare non posse. Et hoc nō humana opinione collectum, nec coniecturis & argumentis inuentum, sed cœlestis doctrinæ magisterio traditum demonstrabo. PRO. Prius mihi vim qualitatemq; rerum adsignate, tum demum poterit demonstrari, vtrum patri, filioque conueniat. ATHA. Substantia quidem duobus appellationum generibus distinguitur. Et est quidem vnius generis qualitas hęc, quæ existentis naturæ essentiam indicet. Aliud verò est substantiæ genus, quo ille, qui habet ab his, qui non habent, deriuatur. Et vt planius fiat quod dico, manifesta expositione adsigno. Verbi gratia: Homo generis sui ac naturæ substantia est. Rur-
B sus si quid illi est, quod extrinsecus est, id est, in materia auri, vel argenti, aliarumq; specierum possidendarum, substantia eius dicitur. Et cùm eiusdem vocabuli vna videatur appellatio, duas tamen res significare videtur. Sed nos de illo substantiæ genere disputamus, qua vnaquæq; natura, ob id quod est vel subsistit, substantia nuncupatur. Et quicquid ex se de seipsa genuerit, non aliud esse potest, quàm id quod ipsa est. Denique homo pater generans filium sui generis, id est, suæ substantiæ hominem generat, quia homo hominem generat. Et rectè suæ substantiæ hominem generat, quia veritas nouitatis substantiarum diuersitatem non recipit. Diuersitas autem substantiæ est, vt exempli gratia dixerim, si homo pecudem gignat, vel si cuiuslibet generis pecus, alterius generis pecudem generet, id est, si bos generet asinum, vel si ouis generet capram, quæ quoniam in diuersitatem generis pergit, monstruosa generatio erit, suæ naturæ proprietatem minimè seruans. Rursum in elementorum qualitatibus, quæ sit substantiarum diuersitas vel proprietas, operæprecium est aduertere. Verbi gratia: Vniuscuiusque ignis vel luminis natura, id ex se, quod ipsa est, ministrare videtur, vt lux fulgorem, vt ignis incendium, & in hoc officij sui genere subsistens, substantiæ suæ intemeratam videtur seruare naturam. Si verò lux ex se tenebras gignat, mutationi obnoxia erit, alterius à se generis materiam tribuens: quia in hoc immutabilitatis suæ illibatam poterit seruare substantiam, si hoc quod ipsa est, ministret ex sese. Cæterùm, si, vt dixi, id quod ex sese tribuit, aliud erit, quàm ipsum quod tribuit, tunc alterius substantiæ dici poterit, quod omnino naturarum omnium qualitas, vel ordo, vel ratio non admittit. Age nunc, si videtur iam à terrenis ac visibilibus, in superiora mentis oculum erigamus, vt ex his, quæ facta sunt, infectæ virtutis substantiam cognoscamus, apostolicæ autoritatis edocti magisterio,

Alius alium genuit, de pater filium de eo quod ipse est, genuit

Substantia dupex.

Alibi ab eo quod est.

sterio, qui ait: Inuisibilem diuinitatis virtutem, per ea quæ sunt, intelligi debe- C
Roman. 1 re. Dixit Arrius: Ergo filium ex patre natum esse, & Deus Deum genuit, lux lu cem, in qua professione vnum erit de duobus proculdubio retinendum. Aut enim ex seipso generans, id quod ipse est, genuit, & ob hoc filius vnius cum patre substantiæ erit, aut si alterius à se generis Deum genuit, vera natiuitas dici non poterit, quæ proprietatem substantiæ generantis seruare non potuit. Et eò disputationis ratio deducitur, vt aut omnino natus non sit, aut degener natus sit, quod vtrunq; fateri perabsurdũ & impiũ esse videtur. PRO. Si quid sibi contra hæc Arrius cõpetere nouit, edicere non moretur. ARR. Simplicis atq; immutabilis naturę Deum esse non reor Athanasium ignorare, qui si, vt idem adseruit, de sua substantia generauit, mutabilis proculdubio erit. Necesse est enim, ex sese generando, aut partem substantiæ per deriuationis generationem perdi disse, aut diuisionis vitium perpeti potuisse. Ego enim Dei patris substantiam, neq; ex se aliquid dedisse, neq; in partium qualitates deriuatam fuisse, neq; accessionis vel detractionis, aut aliquid huiusmodi, quod sit passioni obnoxium sen
Deus passioni non subiacet. sisse, vel sentire potuisse confiteor. ATH. Sed neq; nos passionum conditionibus diuinam credimus subiacere naturam, sed impassibilem patrem impassibiliter ex seipso, id est, Deo, Deum, quod ipse est, filium generasse fideliter confitemur. Nec nos diuisionum, vel deriuationum, ac partium cunctarum q; rerum, vel passionum genera, quæ inani solicitudinis timore auectus obijcere voluisti, à professionis veritate deflectunt, vt negemus Deum ex seipso ob hoc generare non potuisse, ne videatur his passionibus subiacere. Quid igitur religiosius, quidve sanctius, ac diuinis sit magis congruum legibus, æqua obsecro vos ô auditores iudicij lance pensate, erigite mentis oculos, & terrificum futuri examinis diem metuentes, quid magis catholicæ & apostolicæ veritati congruat, religiosa mentis intentione respicite, vtrum fateri omnipotentem Deum impassibi D
liter, ex seipso filium generasse, an illud potius opinari debeamus, ne passionis vitio subiaceret ex seipso, id est, ex sua substantia filium generare non potuisse. Ego enim id astruo, id clarissima vocis professione asseuero, q; sicuti Deus impassibilis, ita & omnipotens est. Credo ergo eum de sua substantia potuisse filium generare, nec tamen alicuius passionis vitio subiectum fuisse, quoniam diuisio ac deriuatio, contractio, accessio, fluxus vel si qua similia huiusmodi esse
Deus non circunscribitur figuris corporalibus, nec lineamentis. possunt genera passionum, corporeis & contrectabilibus, atq; ex diuersitate cõpositis conueniunt rebus. Deus verò, qui nullis corporeis schematum circunscribitur signis, nec aliquibus distinguitur membrorum lineamentis, vitio subiacere potest passionis: Et rectè in eodem generationem profiteor, quia genuit, & rectè impassibiliter nihilo minus confiteor, quia passibilis nunquam fuit. AR. Num igitur, quia in Deo omnipotente negari non potest, idcirco ea cum perpeti non posse fatendum est, quæ omnino incorrupta eius diuinitatis substantia non recipit: Vnde valde inhonestum, & satis impietate plenum esse videtur, vt per vnius professionem substãtiæ, nec patrem propriè subsistere, nec filium in sua proprietate extare credamus. Illuc enim nefandæ perfidiæ huius vergit intentio, vt permixtis & in vnius rei copulationem è diuerso collectis atq; consubsistis patris & filij personis, in sua (vt dixi) proprietatis singularitate minimè subsistere valeat. Illud etiam nimis horrendum, & procul à fidelium mentibus emouendum, in hac tua professionis perfidia continetur, inuiolabilem patrem de sua substantia generando, corruptionis ac diuisionis vitium declinare minimè potuisse. ATHA. Veritate diuinæ generationis, velut modis insolubilibus arctius obligatus, per (nescio quæ) nefandæ intentionis molimina, quæ diuinam certum est carere naturam, euadendi suffugium queris. An corruptionem incor-

A incorrupto, passionem impassibili, impotentiam obijcis omnipotenti. Sed hæc crebrò ac sæpius repetens, nullatenus diuinæ maiestatis reuerentia à tam nefandis obiectionibus arceris. Sed quantum video, sine vllo pudoris intuitu, iniuriam venerandę filij natiuitati obuius properare contendis. Sed te effrenatius euagantem, & velut vndoso æquoris gurgite naturali quadam licentia fluctuantem, diuinæ autoritatis testimonia coercebunt, & inter certos diuinæ professionis limites coarctatum, legalium constitutionum metas egredi non sustinebunt. Inculcat igitur humanis sensibus sacro illo professionis suæ oraculo diuina maiestas, ac se filium de occultis substantiæ suæ arcanis ineffabiliter genuisse testatur, & dicit: Ex vtero ante luciferum genui te. Vnum est ergo in hac diuinæ professionis contestatione tenendum. Aut de sua ineffabiliter substantia filium incorruptibiliter genuit, aut ne corrumperetur, omnino non genuit. Sed ego hanc integræ fidei partem eligo, quę me religiosum contestanti de se Deo suadeat famulari, ne vlla humanæ passionis obstacula, ex infidelitatis sacrilegio defendat. Nullatenus enim potero reuocari, vt meritò nõ credam Deũ generare potuisse, ne humanę consuetudinis more corruptioni potuerit subiacere, cùm hoc mihi satis esse non dubitem profitendũ, de Dei substãtia natum esse, quem constat de patris vtero processisse. A R R. Quãtum tuæ prosecutionis intentio monstrat, compositũ nobis & corruptioni obnoxium vis introducere Deum, qui etiam in eum corporalem vteri appellationem accipere non metuis. Necesse ergo erit, vt aut membris compositus sit, si vterũ habet, aut corruptioni, vt dixi, obnoxius, si de sua substantia generauit. A T H. Rectè hoc me sensisse argueres, si ego Deum habere vterum, propria temeritatis præsumptione, sine vllo legis diuinæ testimonio affirmassem. At cùm ipse Deus ad refellendam credere nolentiũ insaniam, hoc de ipso pronunciare dignatus sit, quo

Psal. 109

Deus sine corruptione genuit.

B euidentius per vteri nũcupationem, non extrinsecus, non aliũnde, sed de seipso, id est, de sua substantia se filium generasse doceret, cur mihi vitiosæ credulitatis notã infigis, cùm potius Deo dicere possis, si habes vterũ, cõpositus eris, si de teipso genuisti, corruptioni obnoxius eris. Nam ita Dei vterus sine aliqua mẽbrorũ compositione accipitur, sicut oculi, & manus, & pedes sine vllis distinctionũ lineamentis merè referuntur. Sicut ergo oculos, quia omnia videt: aures, qa omnia audit: manus, quia omnia operatur: pedes, quia vbiq; est: ita vterum, quo de ipso ineffabiliter genuit, accipere debes. Nec te oportet infideliter opinari, quia & si de seipso genuit, corrumpi vtiq; non potuit, quem vt omnipotentem & incorruptibilem generare potuerit, & ne hac ipsa generatione corrumpi potuerit, fideliter conuenit profiteri. Nam si mirabiliter ex virgine contra rerum naturam incorruptibiliter creditur natus, quanto magis ex patre credendus est incorruptibiliter genitus. Si enim substantialis natura virginis, quæ ex seipsa vtiq; corruptibilis naturę conditione, passioni & corruptioni potuit subiacere, intemerata pudoris integritate, & infractis virginalibus claustris, mirabili incorruptionis integritate filium genuit, cur non magis, vt dixi, Incorruptibilem Deum, genito ex se incorruptibiliter filio, corrumpi non potuisse credamus: Et vt nouum atque infandum monstruosæ opinionis genus damnabile metuis fateri, virginem partu non potuisse corrumpi, & formidare Deum, ne corruptionis vitio subiaceret, si de sua substantia generaret. Volente igitur Deo, corruptibilis naturæ virgo sine vllo pudoris damno filium generauit, & ipse qui incomparabiliter cunctis naturis incorruptibilior permanet, hoc sibi præstare non potuit, vt de sua substantia filium incorruptibiliter generare potuerit? Ergo qa Deum de seipso filium generasse, & diuinarum scripturarum restantur eloquia, & in sua id Arrius superiori prosecutione fassus est, iudica virorũ optime Probe, quis

Vterus oculi, ac manus dei

Christus sine corruptione ex virgine natus.

be, quis magis cum diuinis conueniat scripturis, vtrúmne ego, qui ob hoc vnius C
substantiæ cum patre filium esse confiteor, quod videlicet ex ipso & non aliunde dignoscitur natus, & ob hoc rursus incorruptibiliter genuisse profiteor, quia excellentissima diuinæ maiestatis substantia, per suam ineffabilem potentiam corruptioni subiacere nullatenus potuisset. An iste qui in tam ancipitis intelligẽtiæ discrimine positus, quo fidei suæ pedem referat nescit. Nolens enim confiteri Deum de sua substantia incorruptibiliter genuisse, in ea confessionis necessitate attrahitur, vt neget omnimodo genuisse. Sed hoc ipsum negare obuiantibus vndiq;, & clara vociferatione exclamantibus, siue propheticis, siue apostolicis vocibus, nunquam sine dubio poterit. P R O. Quicquid in hac prosecutionum vestrarum adsertione agnoscere potui, vltima examinis nostri sententia retinebit. Nunc verò, si qua vos adhuc de diuinis scripturis fidei vestræ congruentia superesse putatis, proferre dignamini, quo facillimè queamus processu disputationis, quid veri ratio contineat indagare. A R R. Quòd tam breuibus & exiguis quęstionibus in omni illa disputationis meæ narratione vsus sum, Christiani pudoris ac verecundiæ fuit, vt disputationis nostræ trames leuibus inchoaretur initijs. Sed quia video Athanasium, perspicuæ veritatis robustissimam firmitatem quibusdam arietantium impulsionibus quatere, aerius contra eum & validius opinor dimicandum. Dic ergo patrem & filium vnius esse substantiæ. Sed illa intemerata ineffabilisq; essentia, quæ pater est nec redundans vnquam, in se ipsa fuit, vt meritò, quia exuberatione quadam, sine damno sui in eadem substantia genuerit filium, cùm eius essentię, quę alijs omnibus infinita atq; immensa sit & incorporea, nihil esse possit exuberans. Siquidem determinatorum sit exuberare, quod est quasi extra se effluere. Deus autem qui vniuersa complectitur, nihil extra se habet, aut quod effluere potest, aut infinitus est, quo poterit redundare, tunc quid effluere eorum est, qui accipiunt incrementa. Qui si accipiunt aliquando, necesse est vt semper accipiant, & nihilo minus pari exuberatio nesemper & generent. Si autem incrementa non accipit, quod ipsi etiam fatemur, nec effluit nec redundat, quod æquale cum patre esse dicatur, cùm filium genuit ex sese, substantiam vtiq; diuisit in filium, & paternam tantummodo ante substantiam pro rata parte secretam à sese, ac resectam, filium nominauit, tantumq; sibi detraxit pater, quantum in filium contulit, quo tamen ipso quicquid est filius, aut hodie caret pater, & perfectus non est, aut eo si non indiget, quasi superfluò abundauit. Quod vtrunq; in Deum non cadit, cùm & in hoc ipso quidem patris & filij nomen esse non possit, vbi non habita generatio est, sed potius facta discissio. Tũc quidem necesse est, omne quod diuidi potest, posse corrumpi. Quæ si vt manifestum est, in Deo esse non possunt, cur non potius voluntatis & charitatis esse filium confitemur? Quæ quidem voluntas Dei in hominibus quidem non libera est, nedum in Deo aliqua lege teneatur. Qui si non est filius voluntatis, superest vt coactus Deus quasi aliqua lege naturæ filium edidisse videatur. In qua quidem generatione id genitum quod erat pater, quędam patris pars filius nominatur, incertumq; est, quid pater, quid filius debeat nominari, cùm in duas partes Dei sit diuisa substantia. Illud verò, quod quasi ad proprietatem substantiæ naturalis demonstrandam paterni oraculi testimonium protulit, vt meritò patrem ex eo quod ipse est, filium generasse credamus, quia dixit: ex vtero ante luciferum genui te. Quàm id absurdum, quàmq; inceptum sit, apertissimè demonstrabo. Siquidem non solum aliquanta in ordine rationabilium creaturarum consistentia, sed insensabili elementorum qualitate substistentia de Dei vtero legimus processisse. Ait enim: Quis est pluuiæ pater, vel de
Esaiæ 1 cuius vtero procedit nix? Num igitur, quia hæc rigentis & torpidi elemẽti qualitas

Aries machina bellica.

Arrij argumentatio plures substantias probans.

A litas diuino legitur vtero procedere, idcirco vnius eiusdemq; cum eo creditur esse substantiæ: Aut quia rursus homines Deum legimus genuisse, vt ipse ait: Filios enutriui & exaltaui. Et iterum: Primogenitus meus Israel est. Ac rursus: Omnis qui natus est ex Deo, non peccat: idcirco rectius opinabimur homines cũ Deo vnius esse substantiæ: Aut quia idem apostolus totius creaturæ vniuersitatem generali pronunciatione comprehendens, ex Deo adserit esse, dicens: Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ob hoc prudentius cõsciemus, vniuersitatem creaturæ hoc esse quod Deus est, aut vnius cum eo esse substãtiæ, quod videlicet ex ipso legitur substitisse: Sic ergo & filium cùm ex Dei patris vtero processisse fatemur, non ad indicium vnius naturę, sed ad inuestigabilium secretorum arcana multum competenter debemus accipere. ATH. In ludis theatralibus hi qui figurarum varietate mutantur, diuerli quidem alij apparẽt oculis intuentium. Nam idem ipse qui aptatæ imaginis specie rigidius quõdam incesserat, iterum vultu in hoc ipso aptato, alterius mẽbrorum motibus ludens, in mollitiem resoluitur fœminarum: ita nunc videtur mihi Arrius, quæstionũ imaginibus immutatis, velut diuersa inijciens similitudinis varietate formari. Nam hoc quod dudum comptis & breuissimis disputationum obiectionibus intentauerat, sub alterius prætextu imaginis, iterum ac sæpius repetens, à proprietate quæstionis illatæ omnimodo non recessit. Neq; enim, quia nunc latius & diffusius perplexa verborum ambage seriem propositionis extendit, idcirco aliud egisse videndus est, quàm superius conuincitur actitasse. Dixit enim ob hoc patrem & filium vnius non posse esse substantiæ, quod eadem paterna substantia, nec exuberatione amplissimæ deriuationis in augmenti copiam effluere possit, vtpote, quæ nullis metarum terminis aucta, finalibus nequeat modis arceri, quoniam eius est exuberationis copia redundare, qui certò, vt diximus,

B concluditur fine. Nec rursus, velut integram & intemeratam portionis defectionem aliquam pertulisse. Sed hæc omnia passionis genera diuinæ naturę nõ conuenientia, iam superius calumniosus magis q̃ verius dinoscitur intimasse. Quibus nos religioso fidei intellectu, competenter constat dedisse responsum. Neq; enim exuberatione substantiæ redundantem filium dicimus, neq; rursus defectæ naturæ portiunculam nominamus, sed perfectum patrem, perfectum filium, non ex his, quæ in eo superfluis exuberationibus redũdabant (quod dictu nefas est) sed ex seipso, id est, ex eo, quod ipse est, impassibiliter, indiuisibiliter, incorruptibiliter, sine diminutione, sine discissione, sine affluentis copiæ redundatione, sine vllo omnino passionis genere ineffabiliter credimus natum. Et idcirco fatemur vnius esse substantiæ, quia non aliunde, non ex nihilo, nõ ex subiacentibus vel præcedentibus materiarum qualitatibus, sed propriè Deum de Deo, lumen de lumine, virtutem de virtute, sapientiam de sapientia, extitisse fideliter fatemur. Nam si alterius ac diuersæ substantiæ, vt Arrius arbitratur, filius esset, non diceret, sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Nam sicuti est pater, ita & filius. Et si idem habentes se, vnius sunt proculdubio substantiæ. Neq; aliud est viuere patris, & aliud viuere filij, sed hoc est viuere, quod & esse, id est, non aliud est ipse pater, aliud vita eius, sed vita essentia. Alioqui compositus videbitur, ex diuersitate subsistens, si aliud ipse, aliud vita eius significare videatur. Quia ergo apparet vitam patris, hoc esse quod ipse est. Sicut enim habet vitam in se, sic dedit filio habere vitam, id est, sic est esse filij, sicut est esse patris, non dubium est patrem & filium vnius essentiæ atq; vnius esse naturæ. Nam & quod ait: Sicut nouit me pater, & ego noui patrem, vnitatem proculdubio voluit indicare substantiæ. Quia secundum superioris disputationis intelligentiam, non aliud est nosse patris, & aliud esse, hoc i-

Exodi 4. 1. Ioann. 3

Filius nõ ex substantia exuberante aut defecta genitus est

Filius vnius substantiæ cũ patre

Ioann. 5

Viuere & esse in deo idem sunt

Vita patris & pater vnum sunt

m ipsum

Ioannis Io

ipsum enim, quod est, nouit, & quod nouit, est: quia nõ aliter nouit, & aliter est, C

Nosse & esse patris vnũ sunt. Notio in Deo essentia est.

& quia filius sic nouit patrem, sicut pater eum nouit. Notionem vero, in Deo essentiam esse diximus, non dubium, quòd sicuti est pater, ita & filius, ac si diuersitatem non admittat, resq; vno ac simili modo subsistat. Denicq; vt hanc patris & filij vnitatis substantiam plenius noscere mus, quædam nobis diuinæ scripturæ rerum visibilium exempla posuerũt, quibus nos ad inuisibilium intelligentiam religiosius prouocarent. Nam paterni luminis splendorem, & bonitatis eius imaginem filium posuere. Non quod ad res diuinas metiẽdas corporalium satisfaciant exempla specierum, sed quia ineffabilis illa natura exprimi non potuit, quædam ex his quæ videntur, similitudinis proferuntur testimonia. Vt sicut splendor & ignis, diuersæ non sunt substantię. Vel sicut imago ab eo, cuius imago est, in aliquo differre non potest, ne fictum in se aliquid, aut diuersum retinens, perfecta & vera esse non possit, ita pater, & filius, non diuersæ, sed vnius credantur esse substantiæ. Et quia nonnulla, exempli gratia, protulit testimonia, quibus astrueret, ita esse omnia ex Deo, vt non tamen de eius credãtur processisse substantia: Interrogo, vtrum sic filium ex patre adseret extitisse, sicut vniuersa ex ipso extitisse narrant. Quid ergo dicis? Sic ne debemus accipere filium de patris vtero processisse, vel ex patre genitum esse, sicut homines ex Deo natos, vel sicut nix ex eius vtero legitur procedere, an longè aliter? Sed quęso vnũ de duobus respõdeas, aut similiter, aut non similiter dicas. A R R. Non similiter vniuersa ex Deo extiterunt, vel genita sunt, sicut filius. Aliter enim filius, aliter extitit creatura. A T H. Si filium longè aliter q̃ creaturam extitisse fateris, cur in eius natiuitatis generatione, rerum factarũ exempla protulisti? Hi em̃ qui disparibus modis proprię originis sumpsere principia, non æquo intelligẽtię sensu cõparari mihi videntur. Quod, quia illuc prosecutionis tuæ intẽtio vergit, ap

Fotini hæresis.

paret te Fotiniani dogmatis errorem sacrilegum defensare. Nanq; & ipse cùm D
filium Dei de patre genitum abnegaret, atq; talibus testimoniorum documentis coarctaretur, quibus luce clarius demonstratur filium Dei, Deum verè, & propriè de patris substantia genitum, illuc impietatis suæ molimina vertit, vt ijsdem modis, eodemq; rationis ordine, filium de patre adsereret natum, sicut homines per adoptionis gratiam, in diuinæ generationis prolem legimus consecratos. Quò tu quoq; licet alijs viarum indicijs gradiens, ad eundem tamen infidelitatis compitum peruenisti, adserens non ob hoc de illa ineffabili patris substantia filium natum debere intelligi, quòd ex Deo genitus, vel ex patris vtero legitur processisse, cum ratione consimili, non solum homines ex Deo natos, verũ etiam insensibilium elementorum qualitates paterni uteri generatione processisse legantur. Et licet etiam prosecutionis tuæ narrationes vnius sermonis pronunciatione dissolueris, quòd dixisti longè aliter filium, q̃ creaturam diuinitus extitisse, tamen quia breuitate sermonis obscurius & perplexius probati, intentionem legentium tetris quibusdam nebulis obruisti. Idcirco nunc ego lucidius & planius, quę obscura sunt, & veritatem obumbrant, in luce manifestissimẽ clarissimeq; proferam notionis. Ostendam igitur, quantum ad proprietatem diuinæ generationis pertinet, hoc esse ex Deo nasci, quod est de ipso generari. Et

Nasci ex Deo & generari ex Deo, idem sunt.

vt manifestioribus diuinarum scripturarum testimonijs vtar, euangelicũ proferam documentum, angelus ad Mariam loquitur, dicens: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et item Apostolus: Cùm autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, natum ex muliere, factum sub lege. Num igitur, quia angelus Mariam sic affatus est, vt non de ipsa, sed ex ipsa gignendum diceret filium, & quia Apostolus ex muliere, non de muliere natum adseruit filium, ob

Lucæ 1

A um, ob hoc in Christo veri hominis natiuitatem nequaquam profitebimur, aut extrinsecus, & non propriè, virginali credemus vtero processisse? Cernis igitur superfluè te in diuinæ generationis natiuitatem visibilium creaturarum exempla protulisse, cum euidentioribus testimoniorum documentis appareat, id esse ex ipso, quod est etiam de ipso generari. Vnde mirari me fatcor, cùm creaturæ nomen in filium refugias, & non factum, sed verè sicuti est profitendum, ex patre genitum credas, Fotini te quodammodo, & si non integris, verisimilibus tamen prosecutionum generibus impietatis fuisse dogmata imitatum. ARR. Quis potius Fotini sectetur perfidiam, vtrum ego, qui ea quæ filius ad demonstrandam diuinitatis suæ longè inferiorem, & non in omnibus similem naturam locutus est, secundum suam deitatem dicta accipio, an ipse tu, qui ponis cũcta humilitatis exempla, non fucatis verbis, nec simulata operis efficientia peractis, homini reputans adsumpto? Nanq; vt non solum alterum, verumetiam inferiorem patre se ostenderet, ait: Pater maior me est. Qua professione euidentius declarat, patris & filij diuersas esse substantias. ATHA. Duas profiteris in Christo esse naturas, an non? ARR. Quis hoc impius negauerit, Christũ Deum & hominem confitendum? ATH. Debemus igitur eorum quæ Christus locutus est, aliquanta diuinitati, aliquanta humanitati adscribere, an sine vllo partitionis discrimine, vniuersa aut Deo, aut homini adsignare? ARR. I. Hoc non solum irreligiosum, sed summę putabitur esse dementiæ, vt omnia eum, aut secundum diuinitatem, aut secundum humanitatem locutum fuisse putemus. ATH. Si ergo secundum professionis tuæ sententiam, aliquanta diuinitati, nonnulla verò humanitati adscribenda sunt, cur nõ hoc quod ait: Pater maior me est, humanitati, & quod ait: Ego & pater vnum sumus, diuinitati reputamus? Nanq; vt noueris, secundum id quod homo erat, eum dixisse, pater maior
B me est, ait: Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Rogo itaq; cùm filius secundum diuinitatis suæ potentiam vniuersa impleat, nec sit aliquis locus eadem diuinitate vacuus, vtpote, qui cœlum & terram atq; inferna pari omnipotentia impleat, quomodo ait, vado ad patrem, cum quo & semper erat, & à quo nunquam recesserat? Eius enim est ire, & venire, qui aliquibus locorum terminis circumscribitur, & eum in quo erat, deserens locum, ad eum vbi non erat, veniat nisi, quia vtiq; de illo, quem adsumpserat homine, loquebatur, quòd erat iturus ad patrem, à quo & venturus est iudicare viuos & mortuos. Cæterùm, verbi diuinitas vniuersa implens, nullis locorum terminis separatur, sicut nihil est vnde discedat, ita nihil est quo veniat. Et hoc modo apparet, secundum id quod homo est, non solùm patre, verumetiam angelis minorem. Nam si, secundum id quod Deus est, eum minorem accipere volueris, pari conditionis necessitate etiam angelis, secundum diuinitatis naturam minor esse videtur. Denique Apostolus ait, necnon & Psalmographus: Minorasti eum paulò minus ab angelis. Si ergo nulla ratione admittitur, vt secundum id quod Deus est, maior angelis habeatur, apparet hoc minorationis officium, non Deo verbo, sed homini reputandum adsumpto. PROB. Vt tua in omnibus fulciatur adsertio veritate, conuenit à tuis partibus, patrem, & filium, & spiritum sanctum, diuinorum testimoniorum lectione vnius approbare substantiæ. ATHA. Quoniam excellentiam tuam perspicio huic rei instantissimè ac fideliter innuere, vt patrem, & filium, & spiritum sanctum vnius esse substantiæ demonstremus, atque filium de patris substantia natum, ex diuinis voluminibus approbemus. Quanquam omnium prosecutionum mearum sententia ita se habere monstretur, vt sicuti hominum vel quorumlibet animalium

Lucæ 1

Galat. 4

Ioann. 14

Verborũ Christi quædam diuinitati, quædã humanitati conueniunt

Ibidem

Ibidem

Omnipotentia Dei oĩa implet

Christus vt homo, angelis inferior est

Psalm. 8 Hebræo. 2

in ij genus

genus suæ substantiæ similes gignat, nec homo bouem, nec bos hominem ge C
neret, sed ad suam similitudinem, id est, suæ substantiæ, vnaquæque res pro-
creetur, mirari vtique non debeo, Deum potuisse de sua substantia filium ge
nerare, cui totum posse subiectum est. Sed, vt scripturarum testimonia mea
Hebræ. secundum aliam literam. oratio peruagetur, aggredior ipsius opitulatione munitus, filium de patris sub-
stantia ineffabiliter natum esse, diuinis oraculis approbare, vt dum luculen-
to disputationis tramite, non ex argumento philosophicę artis veniente, sed,
Hiere. 23 secundum aliam literam. vt dixi, de diuinis scripturis demonstrauero documentis, tum demum Ar-
rius obmutescat, quum filium de paterna substantia genitum, legalibus elo-
quijs me docente cognouerit. Paulus Apostolus de filio ad Hebręos scribens,
ait: Quum sit, inquit, imago inuisibilis Dei, & figuram iubstantiæ eius gerens.
Hieremias quoque prudentissimus prophetarum, de Dei patris persona con-
cionatur, & dicit: Si stetissent in substantia mea, & audissent verbum meum,
auerterem eos à studijs eorum pessimis. Et vt eum de filio dixisse probaret,
subiungit idem Propheta, & dicit: Quis stabit in substantia mea, & videbit
Verbū est filius. verbum meum? Verbum enim esse filium de patris substantia Dauid Pro-
Psalm. 44 pheta testatur, dicens: Eructauit cor meum verbum bonum. Ioannes quo-
que Euangelista sciens apud patrem verbum, id est, filium in principio apud
patrem esse, & à patre verbum nunquam separatum fuisse, in principio Eu-
Ioannis 1 angelij, id est, annunciationis suæ posuit, dicens: In principio erat verbum, &
verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Item alio loco scriptura tra-
dit, dicens: Initium operis verbum. Non quòd in creatione verbi, id est, à filij
creatione cæteras cœperit facere creaturas, sed quia per verbum Dei, id est,
Psalm 32 per filium omnia creata noscuntur. Vnde Dauid Propheta ponit, & dicit: Ver
bo domini cœli firmati sunt. Et vt spiritum sanctum huius operis socium o-
stenderet, ait: Et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Multa sunt enim, quæ D
de filio scripturæ diuinæ perhibent testimonia, quòd de substantia patris, id
est, de eo quod ipse est, genitus demonstretur, de qua substantia non tantum
similis, sed coæqualis patri filius comprobatur. Hæc fides est, quam Christus
apostolis tradidit, & ab apostolis ad nos vsque peruenit. Nec possumus eam
in aliquo immutare, quàm constat nos debere ab initio, vt data est, fideliter
conseruare. ARRIVS. E superiori prosecutione mea ita exorsus sum, quòd
Athanasium perfidia cæcitatis præcipitat in profundum. Dum enim vult fa-
cundiam sui sermonis ostendere, nescius in crimen versatur scripturæ diuinæ,
eo quòd in substantia Dei coæquet filium genitori, quum ipse filius de se pro-
testetur, & dicat: Pater maior me est, & qui me misit, ipse mihi mandatum de-
dit. Et non ego veni, sed ille me misit, & non veni facere voluntatem meam,
sed eius, qui me misit: & sicut dixit mihi pater, sic loquor, & quod dedit mi-
hi, seruaui: & omnia quæ dedit mihi, nemo aufert à me: & rogabo eum, & ex-
hibebit mihi plus quàm duodecim legiones angelorum: & si hic calix non po-
test transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua: & transeat à me calix iste, non
sicut ego volo, sed quod tu: & quæ sunt ei placita, facio semper: & sedere ad de-
xteram meam vel ad sinistram, non est meum dare vobis: Et dedit illi nomen
quod est super omne nomen: Et exaltauit puerum suum: & propterea vnxit te
Deus Deus tuus: & excitauit eum à mortuis: & sedere fecit ad dexteram suam.
& multa his similia, quæ studio breuitatis omitto. Si ergo maiorem habet, si
missus est, si spontanea voluntate non venit, si voluntatē suam non fecit, si quod
ei dicitur, loquitur, si sibi data custodit, si rogat, si pro calice deprecatur, si nomē
ab alio accepit, si sedens discipulis petentibus propria potestate non tribuit, si

quæ

A quę sunt patri placita facit,& ab eo à mortuis suscitatur, æquum non videtur,vt qui de sua subiectione tanta ac talia dicit, patri efficiatur æqualis. PROB. Si aduersum tam copiosa diuinę autoritatis testimonia,quæ ab Arrio de subiectione prolata sunt,aliquid Athanasio competere videtur, edicere non moretur,su perstitione sermonis exclusa,& ex diuinis potius voluminibus, aut similis, aut dissimilis patri filius, vel coæqualis demonstretur, vt agnita veritate, quæ sanæ fidei ac rationi conueniunt,robor entur. ATHA. Quantum velit,percurrat in elatione sermonis Arrij calliditas,& sibi de autoritate diuinæ legis plaudat testimonijs, quibus videlicet nititur ab æqualitate patris filium sequestrare,& cuncta quæ ab eo prolixius inserta no scuntur, ijsdem etiam testimonijs à nobis eius intentio absq; vlla difficultate prosternetur. Christus igitur filius Dei in forma serui,quam adsumpsit ex virgine,patri dicitur esse subiectus,Apostolo Paulo nihilo minus adfirmante: Vbi venit,inquit,plenitudo temporis,misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege. Ille itaq; dicitur esse subiectus, qui sub lege ex muliere noscitur generatus,& in ea forma minorem iudicat patre, quam adsumpsit ex virgine. Nam in forma Dei patris angelicus ei chorus probatur præbuisse ministerium. Ita enim in Euangelio scriptum est: Et discessit ab eo diabolus,& venerunt angeli,& ministrabant ei. Obijcit quod voluntatem patris fecerit,& non suam. In hoc magis laudabilis huius verbi dicto debet agnosci. Quia qui patris voluntatem facit,æqualitatem ostendit, Apostolo confirmante: Hæc enim voluntas Dei in Christo Iesu. Nam quia addidit: Sicut dixit mihi pater, sic loquor. Quis hominum genus, quod rectum est intelligens, audito hoc verbo turbetur? Si enim aliter Christus quàm Deus pater loqueretur, tunc magis patri inæqualis vel dissimilis diceretur. Si verò quæ loquitur pater, ea loquitur filius, nunquam inæqualis patri, aut dissimilis inuenitur. Quod

Galat. 4 Christus deus angelis maior patri coæqualis est

Matth. 4

1. Thess. 5

B dedit mihi, inquit, seruaui,& omnia quæ mihi dedit, nemo aufert à me. Dona enim diuina hoc modo intelligenda sunt filio attributa. Dedit enim filio pater omnipotens omnipotentiam, maiestatem maiestati, virtutem dedit virtuti, prudentiam dedit prudenti, præscientiam præscienti, æternitatem æternitati, diuinitatem diuinitati, coæqualitatem æqualitati, immortalitatem immortalitati, inuisibilitatē inuisibilitati, regi regnum, vitam vitæ,& non aliam ab ea, quam habet dedit,& quantam habet tantam dedit, vel si qua alia quæ pater filio indiuisibiliter & inseparabiliter contulisse monstratur. Sed hęc omnia nascenti potius quàm indigenti dedisse probatur, cui à filio dicitur: Omnia mea tua sunt,& omnia tua mea sunt. Si ista omnia quæ perhibetur pater filio contulisse, alia in eo,& alia videntur esse in filio, mendacem sine dubio facimus filium, qui dicit sua esse quæ patris sunt. Sed si in his quæ dixit, mendax filius inuenitur,& Euangelista, qui dicit æqualem se faciens Deo, omni veritate falletur. Ac si ita erit, vt nec pater filio integrè, aut veraciter aliquid contulisse monstretur. Sed si vera sunt, sicuti sunt, quæ pater inseparabiliter & indiscretè contulit, conticescant dementium hominum linguæ, quæ nituntur filium à paterna substantia separare. Rogat filius patrem, vt hominem verum se gestate contendat. Nam vt diuinitatis suæ intimaret potentiam, mari imperauit & ventis, & quinque milia hominum de quinque panibus saturauit. Calicem passionis, vt homo tristis accepit, vt Deus autem fontem aquæ viuæ salientis in vitam æternam credentibus propinauit. Accepit nomen, vt in hoc nomine cœlestia & terrestria & infera eum adorent. Exaltatus est de imis ad superiora, id est, de carne humanæ fragilitatis, ad eum conscendens, sedet ad dexteram maiestatis, vt eum non dubitet humana infirmitas sequi, vbi caput suum viderit gloriari. Vnctus est, vt chrismatis ipsius vnctione malo prioris hominis delicto purgemur. Excita-

Quę pater filio dederit

Ioann. 5

Cur filius patrem rogaux

Nomē Iesu

m iij tus à

tus à mortuis est, vt nos exẽplo suæ resurrectionis, à mortis aculeo liberaremur. C
Sed & discipulis petentibus, non se posse dare testatur, ne inter eos diuortiũ nasceretur. Nam qui ait: Nõ est meum dare vobis, ipse iamdudum discipulis duodecim iudicandi tradidit potestatem. Quæ sunt patri placita fecit, quia contraria facere nescit. Nam qui ait: Veni non vt faciam voluntatẽ meam, sed voluntatem eius, qui me misit, Dixit, vt faciam voluntatem tuam Deus meus volui, & volũtariè lætificabo tibi. Qui ait: Pater maior me est, dixit: Ego & pater vnum sumus, & sint in nobis vnum, sicut ego & tu sumus vnũ, & omnia mea tua sunt, & tua mea sunt, & creditis, quia ego in patre, & pater in me est: & quæ pater meus operatur iustissimè, & ego operor: & sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat: & qui me videt, videt & patrem, quia ego & pater vnum sumus: & qui me odit, & patrem meum odit: & clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te: & ego te clarificaui super terram, & manifestaui nomen tuum hominibus. Et vt omnis humanæ cauillationis quiescat intentio, Ioannem Euangelistam cuius superius vsus sum testimonio, proferam testem, qui ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ. Si hæc tantæ diuinitati conuenientia quibus patrem & filium vnum esse docuimus perfidis non sufficiunt, alia si videtur, superadijciam. PRO. Si huic tam validæ & certæ persecutioni Arrius nisus fuerit obuiare, certum est eum non rationẽ sequi, sed verborum irrationalium campos effrenatius euagari, qui vsq; nunc triũ substantiarum rationem, vt superius fassus est, sicut Athanasius vnius permultis docuit documentis, per (nescio) quam nebulosam caliginem circumiens assertionem suam nequiuerit demõstrare. ARR. Nunquid quia ex diuinis oraculis Athanasius, nescio quibus iam articulis filium vnius substantiæ & patri coæqualem esse, ausu temerario nisus est affirmare, & spiritum sanctum, qui patris vel filij minister est, ijsdem debet æquali confessione conferre, cùm ipse filius dicat ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & mittam vobis spiritum veritatis, & spiritus à me procedet, & quem pater mittet in nomine meo, & pater ad mortuorum ossa dicit: Dabo spiritum meum in vos, & viuetis. Nunquid is, qui à patre mittitur vel procedit, ijsdem debet æquari, cùm propheta in Psalmo de eo testatur, dicens: Ecce dominus formans tonitruum, & creans spiritum, prorsus nũ quam mihi vlla ratio poterit persuadere, q̃ creatura poterit coæquari creatori, aut vna cum eodem possit potestate potiri. ATH. Si iudicis clementia permissum tribuit & largitur, ex diuinis autoritatibus etiam spiritum sanctũ non creaturam esse, sed Deum & creatorem cum patre, & filio breuiter demonstrabo. PRO. Vt tua professio cõtinet, approba breuiter quod ratio exigit documentum. Non ex argumento sermonis, sed ex diuinarum scripturarum testimonijs, spiritum sanctum patri vel filio coæqualem esse, aut sicut ipse fassus est Deum, vel creatorem communi operis esse ostende. Vt dum hæc veridicis testimonijs approbaueris, Arrius à sua intentione verę fidei professione conuictus, abscedat. ATH. Priusquam spiritum sanctum Deum esse perdoceam, eundẽ creatorem esse cunctorum verbis legalibus approbabo. Scriptum est enim: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et in Solomone: Et ipse, inquit, creauit ea per spiritum suum. Et in Psalmo: Emitte spiritum tuũ & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Et in libro Iob: Spiritus diuinus est, inquit, creauit me. Et in libro Iudith: Tibi, inquit, seruiet omnis creatura tua, quoniam dixisti, & facta sunt, misisti spiritum tuum, & ædificauit. Tantæ enim potestatis, vel creationis spiritus sanctus ostenditur, vt ipso cooperante corpus domini Iesu Christi, qui nobis in sacramento fidei datus est, in vtero virginis formaretur, Euangelista dicente: Ne timeas Ioseph accipere Mariam coniugem tuam.

De spiritu sancto an coæqualis sit

D

Spũs sanctus non est creatus, sed Deus.

Spiritus sanctus creator est

A am. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Et item: Priusquam, inquit, conuenirent, inuenta est in vtero habens de spiritu sancto, non quòd saluatoris nostri pater dicèndus est spiritus sanctus, vt duo credantur patres, sed quòd cum patre & filio idem spiritus sanctus cooperarius & vnius potestatis est, cum ijsdem socius inuenitur, domino affirmante: Ite, inquit discipulis, baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Ergo si minister est (vt tua sacrilega continet professio) quousque eo in sacramento fidei nihil confertur credentibus. Nam sicut dominus apostolos ad prædicandum destinauit, pari etiam modo spiritus sanctus facere declaratur. Ita enim in Actis Apostolorum reperimus scriptum. Porrò enim cogitante de visione, dixit ei spiritus sanctus: Ecce viri quærunt te, exurgens vade cum eis nihil dubitans, quia ego misi eos ad te. Et iterum: Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus quo ad sumpsi eos. Et iterum: Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus constituit episcopos. Nam etsi vniuersa cum patre & filio, vt superius ostensum est, procreauit, in quo minoris vel ministri personam, vt ipse fateri non metuis, tanta maiestas habebit. Sed & Deum esse, sicut promisisse me memini, his testimonijs approbabo, Dauid Propheta dicente: Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Nulli itaque dubium est, quòd omnes Prophetæ, non nisi per spiritum annuncient vel loquantur, sicut in Euangelio scriptum est: Cum venerit, inquit, spiritus ille sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ipse vos docebit, & ventura annunciabit vobis. Et item per prophetam dñs dicit: Noluerunt audire sermones meos, quos mandaui in spiritu meo per os Prophetarum priorum, dicit dominus. Sed nolo pastifera prata, diuinę legis testimonio percurrentes, longius à nostra propositione euagemur ad id, quod promisimus, reuertamur. Ad Hebræos quoq; Paulus gentium prædicator scri-

B bens, ait: Testificatur autem nobis spiritus sanctus, & hoc est testamẽtum quod disponam ad eos post dies illos, dicit dominus. In Actis Apostolorum, ad Ananiam dixisse Petrum meminimus, vt in subsequentibus dicit: Non es mentitus hominibus, sed Deo. Et Paulus ad Corinthios: Diuisiones autem donationũ sunt, idem verò spiritus. Et diuisiones ministeriorum sunt, idem ipse dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Ecce spiritus sanctus prædicante Apostolo, idem Deus, idem dominus declaratur. In Euangelio, sicut iam dictum est, ipse dominus dicit: Spiritus est Deus. Item ad Corinthios Paulus scribẽs, ait: Dominus autem spiritus est. Et ad Ephesios: Nolite, inquit, cõtristare spiritum Dei. Item ad Corinthios: Nescitis, inquit, quia corpora vestra templum in vobis est spiritus sancti, quem habetis à Deo? Et ostendens eum in humanis corporibus habitantem, adiungit & dicit: Glorificate ergo, & portate Deum in corpore vestro. Nam vt deus & dñs esse manifestissimè spiritus sanctus demonstretur, ad Mariam angelus dixit: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, propterea & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Ecce quãtis diuinorum testimoniorum documentis, spiritum sanctum Deum, & vnius potestatis vel societatis cum patre & filio esse docuimus, quid aliud in perfidis remaneat responsionibus ignoro. Paulus itaq; Apostolus, spiritum sanctum cum patre & filio vnã societatem habere, apertissimè demonstrauit, dicens: Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas & societas spiritus sancti cum omnibus vobis. PROB. Si post innumerabilia testimonia remansisse aliquid Arrio videtur, proponere non grauetur, quanquam (vt reor) nihil illi responsionis remanserit, qua videlicet possit Athanasium de vnius substantiæ, id est, ὁμοουσίου ratione depellere. Sed ne postmodum de aliqua oppressione causetur, à nobis nullus ei ad respondendum adi-

Spũs sanctus non Christi pater

Actorũ 11

Spũs sanctus Deus est

Actorũ 5

mitur locus. ARR. Nulli dubium est, quin magicis artibus Athanasius non desinat iudicum peruertere sensus, vt rectæ fidei tramitem erga eos, qui eam religiosè sectantur & colunt, tenere non possint. Et idcirco quod in examine tui culminis explicare non valeo, principis iudicio reseruabo, vbi veritatis indago præpollet, & magicas artes ob veræ fidei obseruantiam prævalere non posse credendum est. ATHAN. Qui suis adsertionibus adesse non possunt, quibus libet fallacibus argumentis vel cauillationibus excusationem sibi inuenire non desinunt, sicut nunc facere Arrium plenius vestra perspicit magnitudo. Mihi verò ad omnia quæ ab eo in culminis vestri præsentia posita sunt, veram fidem vendicanti, respondisse sufficiat. PROB. Imperitioris & minus de scientia præsumentis est, prauitati potius studium dare, q̃ veritati patientiã cõmodare, cùm id adsertoribus fidei conueniat, veritatem potius sequi, quàm erroris vel falsitatis compede præpediri, horum igitur mos est, qui cùm suæ perfidiæ causam ad finem vsque venire conspexerint, metuẽtes ne cunctis hominibus eorum perfidia innotescat, ad potioris se conferre præsentiam, ignorantes, quoniam & illic veritati victoria tribuitur, vbi potentiæ liberalis sententia promulgatur. Frustrà igitur Arrius videtur de nostro iudicio ad principis appellare præsentiam, cùm in conflictu certaminis, nihil aduersus se sensserit prauitatis, qui suam ignauiam, quibuslibet modis obtegere cupiens, nisus est ad principis conferre prætiam, quem constitit Athanasium, ab ὁμοσίου defensione, quod est vnius substãtiæ, diuellere penitus non potuisse. Sed (vt eius superflua decreuit intẽtio) eum ne faciat, nullo modo refrenabo. Ne victi personam non sustinens, deadempto temporis spatio glorietur. Meæ verò solertiæ erit, vniuersa quæ ab vtrisque in nostra cognitione prolata sunt, glorioso sensibus principis intimare, vt falsidicis ambagibus procul amotis, ad victoriæ palmam Athanasius, puræ fidei adsertor, valeat peruenire.

Sententia iudicis

C

D

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, de Arriana & Catholica confessione, ad Theophilum.

## Liber I.

ARriani dicunt, filium Dei non de substantia Dei patris genitum, sed extrinsecus creatum. Ego credo Dei filium de patris natum substantia, non creatum, sicut & spiritũ sanctum paracletum, qui est filij, à patre procedentem. Et ideo dico ὁμοσίῳ, ad filium patre dicente: Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te. Similiter & filio attestante: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Nam & cũ tẽpore passionis, Pilatus ab eo accusantibus Iudæis requireret, si rex esset, respondens dñs, ait: Ego in hoc natus sum. De spiritu quoq; sancto dñs dicit: Spiritus sanctus, qui à patre meo procedit. Constat ergo secundum vnam diuinitatis substantiam filium genitum à patre, non creatum. Et spiritum sanctum à patre procedentem, & totum esse filij, sicut fons de fonte est, & lumen de lumine.

Psal. 109

Psalm. 2

Ioann. 18.

Ioannis 15

Arriani dicunt non semper fuisse cum patre, aut apud patrem filium, vel spiritum sanctum. Ego credo, Dei filium, secundum diuinas scripturas, verbum, virtutem, & sapientiam patris esse. Et ideo confiteor, nunquam patri suum filium

defuisse,

A defuisse, quia nunquam ei paternitatis defuit nomen, vt non sine sapientia, sine verbo, sine virtute propria pater aliquando credatur fuisse, secundum prædicationem Euangelistę Ioannis dicentis: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt. Omnia, ait, per ipsum facta, non ipsum factum, sicut nec sine spiritu sancto aut pater aliquando, aut filius fuit. Ioannis 1

Arriani dicunt, nullam habere filium potestatem, nisi à patre aliquid acceperit. Similiter & de spiritu sancto, nisi à filio acceperit. Ego credo secundum diuinam substantiam, sicut verbum, virtutem, sapientiam, brachium, manum, ita & potestatem filium esse patris. Nam secundum ipsius domini sententiam: Quæcunque pater facit, hæc eadem similiter & filius facit. Et sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Leprosum nanq; non ex alterius imperio, sed propria mundat potestate, dicens: Volo, mundare. Sic & paralyticum apud Iudæos ignorantes Deum esse verum, cùm illi dicerent, neminē posse peccata dimittere, nisi solum Deum, manifestissimè & Deum se prodidit, & propriam ostendit potestatem, dicens: Vt sciatis autem, quia filius hominis habeat potestatem in terra dimittendi peccata, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Similiter & cœcorum examinat fidem, dicens: Creditis quia hoc possum facere vobis? Illis confessis, quod in ipsius esset potestate, sanctitatis remedium infert, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis. De passione quoque proprij corporis adsignans, quòd in sua esset potestate, ita ait: Nemo tollit animam meam à me: potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum resumendi eam. Et alia infinita. De spiritus etiam sancti potestate ipse ait: Spiritus vbi vult inspirat. Vtiq; vbi propria voluntate atq; diuinitate voluerit aspirare, non vbi iussus fuerit. Sicut & de donis gratiarum Apostolus prædicans, Ioann. 5 Matth. 9 Ioann. 10 Spiritus sancti potestas

B docet: Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Nam propria & ipse potestate & Prophetas replet, & Apostolos eligit ac dirigit, ac Episcopos, sicut in Actis Apostolorum legimus, constituit. Innumera sunt etiam alia testimonia, quę nunc longum est exponere. Et ideo sicut vna substantia, ita vnam potestatem patris, & filij, & spiritus sancti credo. Quod autem accepit filius, secundum hominem accepit, id est, secundum seruilem formam, secundum nostræ conditionis naturam, ipso domino in Euangelio dicente: Et iudicium dedit ei facere, quia filius hominis est. 1. Cor. 12 Filium accepere quædam a patre, quō intelligatur

Arriani dicunt, non totum patrem capi posse à filio, vel conspici, sicut nec spiritus sanctus filium aut videt aut capit. Ego credo, quòd sicut filius in patre est, & à patre totus videtur, ita & pater à filio totus videtur, & totus est in filio, ipso filio dicente: Ego in patre, & pater in me est. Et: Sicut nouit me pater, & ego noui patrem. Similiter & de spiritu sancto, Apostolo prędicante: quod spiritus scrutatur etiam profunda Dei. Et sicut nemo nouit quid sit in homine, secundum ipsius Apostoli sententiam, nisi spiritus hominis, qui est in homine. Ita & quæ sunt Dei nemo nouit, nisi spiritus qui est in eo. Nam & dominus in Euangelio etiam de paruulis sic ait: Quia angeli eorum semper vident faciem patris. Impium est credere, quod filius & spiritus sanctus non totum aut intueantur, aut capiant patrem.

Arriani dicunt, vnum tantum Deum perfectum, omnipotentem, incapabilem, ingenitum, interminabilem patrem solum & immortalem. Ego credo secundum diuinas scripturas, Deum & dominum patrem ingenitum, Deum & dominum filium de patre genitum, Deum & dominum spiritum sanctū à patre procedentem, & in filio manentem. Filium autem sicut in deitate nō dico minorē, ita in forma serui, quæ passioni succubuit, minoratum confiteor,

Apostolo

Hebræ. 2 Apostolo dicēte: Eum autem, qui modicum ab angelis minoratus est, videmus C
Iesum propter passionem mortis. Et ideo in tribus personis non tres deos sentio,
sed vnum Deum & dominum, substantia, diuinitate, potentia, æqualitate, atq;
perpetuitate, adoro & colo, sicut in lege præceptum est: Dominum Deum tu-
um adorabis, & illi soli seruies.

Arriani dicūt, patrem solum inuisibilē Deum, & maiorem, & ideo solum co-
lendum atq; adorandum. Ego credo secundum diuinā substantiam ac maiesta-
tem, spiritum patrem, spiritum filium, spiritum quoq; spiritū sanctum, domino
in Euangelio dicēte: Spiritus est Deus. Et ideo, vt dixi, secundum diuinā sub-
stantiam inuisibilem confiteor patrem, inuisibilem filium, inuisibilem spiritum
sanctum: & neq; maius aliquid, neq; minus in deitatis substantia credo. Propter-
ea eundem reddo honorem filio, & spiritui sancto, quem & patri, præcipiente
domino: Vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem, quia qui non
honorificant filium, non honorificant patrem. Et de spiritu sancto ipse ait: Qui
blasphemauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq;
in futuro. Propterea igitur vnum Deum in trinitate credo, diuina scriptura do
cente: Audi Israel, dominus Deus tuus, Deus vnus est.

Arriani dicunt, Dei filium secundum diuinitatis substantiam, & visibilem,
Exodi 33 & minorem. Ego credo in forma Dei, sicut superius approbauimus, inuisibi-
lem, ipso ad Moysen dicente: Nemo videt faciem meam, & viuit. Aequalem ve
rò per omnia patri, excepto eo, quòd ille ingenitus, & ille est genitus. Apostolo
prædicante de eo: Qui quum in forma, inquit, Dei esset, non rapinam arbitra-
tus est, esse æqualem Deo.

Arriani dicunt, ita filium vel spiritum sanctum ab arcanis patris extorrem, vt
Sed hoc quoquid est rei, iudicā dum tibi optime lec tor relin quimus nihil secretarum dispositionū nouerit, nisi reuelatū à patre, q̄ voluerit filio reue
lare, & spiritui, quod à filio fuerit manifestatum. Ego credo filium à patre, & pa D
trem in filio, spiritum quoq; sanctum paracletum, qui procedit à patre & filio, es
se & patris, quia & à filio procedit, sicut & in Euāgelio scriptum est, q̄ per insuf-
flationem suam dederit discipulis suis spiritum sanctum, dicens: Accipite spiri-
tum sanctum, cuius remiseritis peccata, remissa sunt: cuius retinueritis, retenta
sunt. Et ideo inseparabilem confiteor trinitatem, nec extorrem filium, aut spiri-
tum sanctum, sicut Hæretici loquuntur, à Deo patre dico, quoniam filius, qui
est sapientia Dei patris, ipse est & voluntas patris, quæ semper in ipso fuit, & est.
Ipse est magni consilij angelus, & per ipsum condita sunt omnia, sicut Apostо-
Colos. 1 lus Paulus prædicat, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt visibilia & inuisibilia. Et
Ioannes Euangelista docet, quòd oīa per ipsum facta sint, & sine ipso factū est
nihil. Nā & sicut per ipsum omnia facta diuinæ scripturæ loquuntur, ita & quæ-
cunque filius facit, ipse se cum patre facere testatur, dicens: Pater autem in me
Ioann. 14 manens ipse facit opera. Per hęc ostendens, quòd nunquam pater sine filio, qui
est sapientia, verbum, voluntas & virtus patris, aliquid aut disposuerit, aut fece
rit, nec sine patre filius. De spiritu verò sancto dubium non est, quòd nihil igno
ret, nec sit extorris à patre, cùm sine spiritu suo patrem fuisse aliquando sum-
mæ dementiæ est dicere, quoniam ipse scrutatur, secundum Apostolum, sicut
1. Corin. 2 sæpe dictum est, profunda & alta Dei. Et quòd idem spiritus filij sit, multis scri-
pturarum testimonijs probauimus: & quod totus maneat in filio: & sicut proce-
dit à deo patre, ita procedit à filio, vt tota trinitas vnus credatur Deus. Nihil ergo
est quod faciat, vel disponat pater sine sua sapientia: nihil quod nouerit, vel dispo
nat sine suo sancto spiritu, de quo Propheta sic ait: Spiritus paracletus, spiritus
sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & virtutis, spiritus scientiæ & pietatis: q̄
quæ omnia in Deo, qui est trinitas, consistunt.

Arria-

A Arriani dicunt, Dei filium non fuisse in cœlis apud patrem, tempore quo inter homines versaretur. Ego credo Deum Dei filium secundum suę potentiam deitatis in cœlo, & in terra fuisse incarnationis suæ tempore, & totum replere, Ioann. 3
nec vnquam defuisse, ipso ad Nicodemum in Euangelio dicente: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo.

Arriani dicunt, quòd filius Dei erat, quando nō erat, & antequam nasceretur non erat, & quòd ex nullis extantibus factus est. Ego credo vnam substantiam patris, & filij, & spiritus sancti. Propterea filium, qui est sapientia patris, in eo semper fuisse, & ex ipso genitum confiteor, quia nunq̄ fuit tempus, quo pater sine suo verbo, & sapientia fuisse à fidelibus credatur, nec filius sine suo aliquādo extitit patre, Euangelista dicente, & sæpius repetente: Quod in principio erat verbum, & semper erat, & Deus erat, & apud Deum erat, nec ex nullis extantibus factus, sed in patre, & apud patrem, Deus apud Deum semper erat. Spiritus quoq; sanctus & fuit, & est semper in patre, & procedit ex ipso, nec vnquam pater sine sua sapientia, qui est filius, nunquam sine suo fuit sancto spiritu.

Arriani dicunt, Dei filium passibilem, & in sua substantia mortalem. Ego credo Deum verbum, & sapiētiam patris, quia vnum cum patre est, impassibilem atq; immortalem in sua substantia. Passibilem autem atq; mortalem hominem Iesum Christum, de Maria virgine adsumptum, qui Dei verbo vnitus est, confiteor, eodem domino dicente: Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. Matth. 26
Ipso iterum dicente: Quod natum est de carne, caro est: & quod natum est de spiritu, spiritus est. Sic & Apostolus Corinthijs prædicat, dicens: Nam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute Dei. Crucifixus ergo ex infirmitate carnis nostræ, sed viuit ex sua virtute, quia filius Dei Deus, & virtus patris comprobatur. Ipse quippe via, veritas, & vita est. Ipsum etiam hominem Christum Iesum post passionem de sepulchro à Deo verbo, à quo & adsumptus est, B
sine corruptione die tertia resuscitatum confiteor, ipso ad Iudæos, secundū Euangelistam Ioannem, de templo corporis sui dicente: Soluite templum hoc, & Ioannis 2
in tribus diebus suscitabo illud.

Arriani dicunt, tres diuersas substantias, ac dispares personas patris, & filij, & sancti spiritus. Ego non diuersas substantias ac dispares personas patris, & filij, & spiritus sancti credo, sed tres personas perfectas, æquales, & æternas, vnius substantiæ, vnius potentiæ, vnius virtutis ac maiestatis confiteor: quia quod diuersum est, vnum esse non potest: & quod gradibus censetur, æquale non est. Credo ergo Dei filium, Dei verbum, Dei virtutem, & Dei sapientiam æqualē semper patri. Non enim se ipse filius vnum cum patre, nec patrem in se, & se in patrē videri diceret, nisi se sciret æqualem, nec eadem similiter faceret, quæ pater, aut etiā quæ ipse velit profiteretur, nec se à patre processisse, atq; in mundū venisse, & iterū relinquere mundū, & ire ad patrē, manere etiā in se patrem prædicaret, nisi se sciret de substātia sui genitū patris. In Euāgelio quippe Ioannis, non quia Ioannis 5
Iudæi loquerētur, sed quia ipse se filius æqualē faciebat Deo patri, quando eum Iudæi quærebant lapidare, adserit, dicens: Non solū de hoc, quia soluebat sabbatum, sed quia filium Dei se dicebat, æqualem se faciens Deo. Itaq; quòd æquale est, dispar esse non potest, vna est em̄ patris, filijq; substantia, vna virtus, vna atq; indiuidua potestas. Cū nemo, sicut ipse in Euangelio ait, de manu filij proprias Ioann. 10.
oues rapit, nec quisquam de manu patris easdem rapere potest. Et quod vnum est, diuersum esse non potest. Eodem iterum dicente, quum iam præmisisset vnam eandémque suam patris potentiam, postea ipsam substantiæ vnitatem adsignat, dicens: Ego & pater vnum sumus. Spiritus quoq; sancti ita in nullo dispar est persona, neque diuersæ substantiæ quàm pater & filius, vt ipse

idem

idem sit spiritus sanctus procedens à patre, qui est & filij: nec aliquãdo defuit patri, sicut nec filio, vt quemadmodum sine initio semper, atq; in creatione mundi cum patre fuit & filio, ipse etiam confirmauerit omnia atq; illuminauerit: ita & sacramentum baptismi, non nisi sub vnius inuocatione atque virtute, sicut nec sine patris, & filij visitatione impleatur. Nec membrum quis Christi, & tẽplum Dei, secundum Apostolum Paulum, efficitur, nisi quem spiritus sanctus & elegerit, & sanctificauerit, atq; vt Deus propria potestate, in eo quem ipse elegerit, habitauerit. C

1. Corin. 6

Arriani dicunt, post occasum mundi, regnum filij Dei finiendum. Ego adsumptum in cœlum vnitum hominem ex Maria virgine Deum credo, quem & sedere ad dexteram patris confiteor, cui omnis potestas in cœlo, & in terra datur. Ipsum quoque iudicaturum viuos & mortuos, cuius regnum nunquam finiendum esse confiteor, dicente Daniele Propheta: Aspiciebam in visionem noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem & regnum, & omnes populi linguæ ipsi seruient: potestas eius æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpitur. Filium scilicet hominis loquitur Propheta accepisse potestatem, & honorem, & regnum. Quod autem de filio hominis veraciter hæc, id est, de adsumpto homine dicta sint, ipse dominus manifestius in Euangelio ait: Videbitis, inquit, cœlum apertũ, & filium hominis sedentem à dextris Dei. Et iterum: Videbitis filium hominis venientem in nubibus, cum gloria magna, & maiestate. Similiter & angeli ad Apostolos dixerunt: Hic Iesus, qui adsumptus est à vobis, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Propterea credo filio hominis ex Maria virgine adsumpto, omnem potestatem in cœlo, & in terra datam, quam antequam à Deo verbo adsumeretur, non habuit. Nam Deus verbum, & Deus filius, qui est sapientia, virtus, potestas, & voluntas patris, omnem semper paternã habuit, & habet potestatem, ipso dicente: Omnia quæcunque habet pater, mea sunt. Et: Quæcunq; pater facit, hęc eadem similiter & filius facit. Et: Sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Ego credo Christũ Deum, Dei verum filium, & ideo Christianus sum. Ego Deum verum, & hominem verum, qui de Maria virgine natus est, confiteor, Apostolo dicente: Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Ego perfectum Deũ, & perfectum hominem eundem credo Iesum Christum, prædicante Apostolo: Secundum Christum, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ego credo vnam imaginem patris, & filij, & spiritus sancti, quia ad vnam imaginẽ diuinitatis sumus creati, dicente Deo: Faciamus hominẽ, non ad imagines, sed ad imaginem, & similitudinem nostri. Ego credo vnum nomen diuinitatis in patre, & filio, & in spiritu sancto semper & fuisse & esse: quia non in nominibus, sed in vno nomine patris, & filij, & spiritus sancti secundum domini præceptum baptizamur, & efficimur Christiani. Hæc catholica, hęc vera, hęc perfecta est fides, hoc vnum & plenum est baptismum, per quod secundum domini, vt dictũ est, præceptum baptizamur, & vna absq; vllius imminutione personæ credulitas in fide est. Vna quoque in trinitate exhibetur credulitas. Requirendum est igitur ab his, qui aduersus hanc singularem fidem contrariam faciunt quæstionem, dicentes non de substantia Dei patris genitum filium, sed posteriore tempore alienum à substantia diuini patris, minorem atque inferiorem in deitate, sed & creaturam esse loquuntur. Spiritum quoque sanctum creatum à creatura, id est, à filio, vt in toto apud eos & ipse pater sit minor, cùm sapientiam, verbum, virtutem, & spiritum eius sanctum creaturam adserunt blasphemantes. Interro

Marc. 14.

Actorũ 1

D

2. Corin. 5

Genesis 1

gandi

A gandi ergo sunt, filium Dei credant profecisse ætate, vel dignitate accessu temporum? An sicut genitus à patre est, aut, vt ipsi aiunt, creatus, ita permanet? Si dixerint ita esse, nec aliquando profecisse, vel proficere posse, requirendum est ab eis, de quo scriptum in Euangelio legatur: Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia, & gratia Dei erat in ipso. Quod nos manifestissimè de homine, qui à Deo verbo susceptus est, confitemur: qui lacte nutritus creuit, adoleuit, & vsq; ad perfectam peruenit ætatem. Plenus vtiq; homo adsumptus Christus Iesus, sapientia, quæ sapientia Dei patris filius est. Nam ipsa sapientia ædificauit sibi templum humani corporis in Maria virgine, Solomone dicente: Sapientia ædificauit sibi domum. Igitur si ille responderit, vel confessus fuerit de homine dictum, qui adsumptus est, catholicè sensit: quia qui ædificat domum, dominus est, quod autem ædificatur, & creatur, seruile est: crescit itaq; atq; ædificatur domus, qui est homo, non autem crescit Deus, qui semper est perfectus. Restat itaq; vt confiteatur verbum filium Dei, de perfecto patre perfectum genitum, & totum à toto, plenum quoq; à pleno. Quia satis contrariũ est fidei Christianæ, vt homo creuerit, Deus dicatur semper imperfectus, qui nunq; profecerit, sed semper est minor, secũdum doctorum blasphemiam peruersorum. Cerè vel post tot annorum curricula, credant aliquando eum æquari patri posse, cũ de ipso legatur: Crescebat & proficiebat. Nam de patre nusquam quod proficiat crescat, vel senescat: ergo illo non crescente, neque senescente, sed in deitatis suæ potestate propria commanente, hic qui legitur crescere & proficere, debuit iam ad æqualitatem peruenisse patris. Hæ autem humanæ comparationes in diuinã substantiam non conueniunt: quia perfectus Deus pater perfectum filium genuit, nec vnquam virtutem & sapientiam Dei imperfectam, vel minorẽ fuisse credendum est. Nam qui ita sentire præsumpserit, hoc non sine suæ salutis detrimẽ

B to facit. Tenendum itaq; & confitendum est hoc veraciter, quòd homo creuerit ac profecerit in Deum, hoc est, in Dei filium. Euangelista ait: Quia qui receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Et quoniam non dominus homo, & seruilis forma in Deum profecit, Deus autem verbum, virtus, & sapientia patris, semper fuit perfectus & æqualis genitori in substantia diuinitatis, Apostolo dicente: Qui cùm in forma Dei constitutus esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo. Qui igitur in forma Dei æqualis esset Deo patri, seipsum exinaniuit, formam serui, sicut idem Apostolus prædicat, accipiens, id est, sponte, non coactè inclinauit seipsum ad suscipiendam seruilem formam, vt vilis vel inferior forma in meliorem substantiam cresceret atq; proficeret, per eum, qui eam est dignatus adsumere, non vt diuina substantia, vel potestas in seruilem mutaretur, vel addicèretur statum, Apostolo de nostræ formæ in meliorem statum demutatione, dicente: Vt mortale hoc corpus indueret immortalitatem. Et: Sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes viuificantur. Et iterum: Nos autem, fratres, in libertatem vocati sumus. Itaq; si nos per gratiã Christi in meliorem, vt dictum est, statum, id est, in libertatem per fidem, quæ est in Christo, vocati sumus, quis Christianus autem sobriæ mentis audeat liberatorem suum dicere in deteriorem statum, vel conditionem mutatum? vt substantia diuina, quæ semper est immutabilis, in humilem humanã mq; verteretur substantiam, & fieret de Deo caro, de perfecto inferior, de æquali minor, de domino seruus, de creatore creatura, & omnipotens impossibilitatis incurreret iniuriam: & qui in substantia diuinitatis suæ impassibilis erat, fieret passibilis, & immortalis morti succumberet. Cùm hæc omnia in vna Christi persona, secundũ Apostoli prædicationem, atque doctrinam Christianam sint fide credenda, dicente eo: Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Et iterum: Secũdum

Luce 1

Prouer. 9

Humanæ comparationes diuinis rebus parũ conueniunt

1. Corin. 15

Galat. 5

Christum, inquit, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ergo Deus hominem, dñs seruum, creator creaturam, factor facturam, omnipotens inferiorem, inuisibilis visibilem, indeficiens lassum, immortalis mortalem, impassibilis passibilem, mutabilem indemutabilis suscepit naturam. Nec in humanam Deus mutatus est carnem vel substãtiam, sed in se ipse quam adsumpsit glorificabat naturam: humana verò mortalis & infirma, vt dictum est, caro atq; natura diuinam profecit in gloriam, ipso domino in Euangelio dicente de adsumpto à se filio hominis: Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificauit eum in semetipso, & cõtinuo clarificauit eum, accipe quæso pauca de diuinis scripturis testimonia, quisquis ille vis perfectus esse Christianus, & veram integram q; sequi rationem, prætermissis vaniloquijs, & superfluis quæstionibus eorum, qui à fide Christi non solum ipsi errantes exciderunt, sed & alios, sicut ait Apostolus, in errorem mittentes. Nam quòd nascitur ex tempore Christus in Bethleem, quòd in præsepio declinatur, quòd pannis inuoluitur, quòd lactatur, quòd crescit, quòd adolescit, quòd in Aegyptum fugiens asportatur, quòd parentibus subditur; quòd tentatur à diabolo, quòd esurit, quòd sitit, quòd manducat & bibit, quòd dormit, quod lassatur, quòd plorat, quòd quasi nesciens sepulcrum quærit Lazari, quòd quasi ignorare se ait diem iudicij, quòd clarificatur testimonio patris, quòd tristis, quòd trepidus ad passionem venit; quòd alapis cæditur, quòd à Pilato iudicatur, quòd flagellatur, quòd crucifigitur, quòd mixto felle aceto potatur, quòd lancea lateri vulnus infigitur, quòd moritur, quòd ligno deponitur, quòd sepelitur, quòd die tertia viuus à mortuis resurgit, quòd omnium post resurrectionem accipit potestatem, quòd quasi ignorans sciscitatur à duobus ambulantibus in via, quæ facta fuissent in Hierusalem, quòd Petrum quasi nescientes interrogat, si plus ab ipso quàm ab alijs diligeretur discipulus: Simon, inquit, Petre amas me plus his? quem tamen apostolica professio prodidit, & omnia & occulta scire. Quomodo igitur qui se loquitur Christianum, non aduertit hęc aut credit humanæ esse substantiæ, seruilisq; formæ, non diuinæ maiestatis atq; potentiæ? quia nunq; vita moritur, sed homo moritur. Nec ignorare aliquid deus verbum potest, cuius oculis omnia nuda sunt, & aperta Apostolo dicente: Viuus enim est sermo Dei, efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Non ergo Deus creatura est, sed homo. Non sepelitur Deus, qui est vita, sed caro. Neque ab imis resurgit Deus qui vbiq; est, & super omnes est, sed homo resurgit in Deum: nam quod flagellatur, & à Pilato iudicatur, homo est. Quod autẽ mundum ipse adiudicaturus aduenit, Deus & homo est. Tristem nanque & trepidum constat esse hominem, non Deum, qui est incommutabilis & inconuertibilis. Quòd autem ignorat diem, & nescit locum, nunquid credendum est, quia qui fecit dies, horas, & tempora possit aliqua ignorare? Sed ignorat homo, quod tamen non ignorat Deus, qui est ante secula, per quem omnia facta sunt. Nam sentire de Dei sapientia, quod aliquid ignorare possit, summi periculi res est. Plorat autem & lassatur vtique homo, non Deus verbum, qui est virtus patris: nefas enim est dicere, lassari Dei virtutem. Putas ne homo esurit, & sitit, an Deus qui dat vitam mundo, panis qui de cœlo descendit, qui etiam dat escam omni carni? Sed nec vita esurit, nec fons sitire potest. Tẽtatur verò à diabolo, vt homo, sed vt Deus ab angelis adoratur, cui etiam ministrant, de quo scriptũ est: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrẽtem. Hæc igitur omnia,

Humanitatis Christi quædã peculiaria

Ioannis 21

Hebręo. 4

Psalm. 103

A mnia, vt dictum est, ad seruilem, mortalem, passibilemq; naturam, quæ à Deo verbo adsumpra est, referri necesse est. Omnia enim quæ humiliter dicta sunt, pronobis ille susceþit, & pertulit, sicut Apostolus docet: Quia cùm esset diues, egenus factus est, vt illius inopia nos diuites essemus. Et iterum: Qui cùm in forma Dei æqualis esset Deo, seipsum exinaniuit formam serui accipiẽs. Sic & propheta eius in carne prænunciãs passionem, ait: Vulnere eius sanati sumus. Cùm ergo humilia, quisquis ille homo es, de Christo audis, non ea iudices de altitudine dicta diuina. Cum iniuriosa legis, secundum humilem formam crede, non secundum diuinam dominationem. Cùm verò impossibilia legis, fragilitatis esse humanæ accipe, non diuinæ potentiæ. Nec debes diuinam altitudinem ad humilem deuocare conditionem; nec nitaris potentiam ac maiestatem diuinam ad inferiora deducere, sed quæ nostræ sunt magis infirmitatis fragilisq; naturę, ad illam erigere virtutem, sicut ipse dominus ait: Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Exaltat itaq; per crucem ipse nostram in se per eius societatẽ naturam, non autem nostra per suam coniunctionem diuinam inclinat potentiam, sic nanque in alio loco ait: Venit enim filius hominis quærere, & saluare quod perierat, non amittere quod semper erat, beato Ioanne Euangelista dicente: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, omnia per ipsum facta sunt. Secundum igitur ipsius domini doctrinam, & Apostoli prædicationem salua proprietate vtriusque naturæ in vna persona Christi, id est, Dei & hominis perfectus Deus, qui clarificat, in homine perfecto qui clarificatur, credendus, colendus, adorandusq;, & Deus Dei filius, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, in cuius plenitudine pater est. Sicut enim in gloria patris filius est, secundum doctrinam beati Apostoli, ita in plenitudine filij pater est, dicente eo: Ego in patre, & pater in me est. Et iterum:

B Pater autem in me manens, ipse facit opera. Seruiendum itaque est Christo filio, quia perfectus Deus, & verus est filius: & qui fideliter seruit filio, patri seruit, & spiritui sancto, qui in eo est. Et qui adorat patrem, in ipso adorat filiũ, & spiritum sanctum, quia in patre est filius. Et spiritus sanctus à Deo patre procedit, ipso domino dicente: Ego in patre, & pater in me est. De spiritu quoq; sancto ait: Spiritus autem paracletus, qui à patre meo procedit. Et cùm filium quis adorat, in eo patrem adorat, & spiritum sanctum, quia in ipso est pater, dicente eo: Qui me vidit, vidit & patrem meum. Et iterum: Pater autem in me manens, ipse facit opera. De spiritu verò sancto sic ait: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Et: Omnia quæcunque habet pater, mea sunt. Propterea dixi vobis, quia de meo accipiet. Spiritus itaque patris spiritus filij est, Apostolo dicente: Quod autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra. Et iterum: Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Et iterum: Scio enim quia hoc mihi proueniet in salutem per vestram orationem, & subministrationem spiritus Iesu Christi. In Euangelio quoque ipse dominus ait: Paracletus spiritus sanctus, quem mittit pater in nomine meo. Et in Actis Apostolorum ita legitur: Transeuntes autem Phrygiam & Galatiam, vetiti sunt à spiritu sancto loqui verbum in Asia. Quum venissent autem in Mesopotamiam, tentabant ire Bithyniam, & non permisit eos spiritus Iesu. Manifestissimis igitur testimonijs probatur, quod spiritus sanctus, spiritus paracletus, spiritus qui à patre procedit, spiritus sit filij, spiritus Christi, spiritus Iesu. Tota enim trinitas inseparabiliter in vna substantia, diuinitate atque potentia, adoranda, colenda, prædicanda est & timenda. Fugiendum itaque est & cauendum omnibus Christianis, ne secundum errorem imperitorum hominum, quos notans Apostolus, dicit: Errantium circa fidem, induci possint, errantes,

n ij inquit,

1. Cor. 8
Philipp. 2
Esaiæ 53
Ioann. 12.
Matth. 18
Ioannis 1
Ioann. 15
Ioann. 16

inquit,& in errorem mittentes, id est, qui in trinitate sancta atque indiuisa aliquid creatum, aut inferius posteriúsve suaserint esse credendum. Quia quicquid creatum est, Deus esse non potest. Quod inferius, perfectum non est. Quod posterius, caret perpetuitate. Ac perinde in his gradibus diuinum nihil esse potest. Eiusmodi nanque doctores, vel qui eorum sequuntur doctrinã, damnat, ita scribens ad Romanos Vas electionis beatus Apostolus: Sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, vt sint inexcusabiles: quia quum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt: mutauerunt gloriam immutabilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Et iterum sequitur, dicens: Qui commutauerunt veritatem in mendacium, & coluerunt, & seruierunt creaturæ potius quàm creatori. Qui est benedictus in secula. Amen. C

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIni, contra Gentiles, ad Macharium Alexandrinæ ecclesiæ presbyterum.

## Liber I.

VEræ ac diuinæ religionis, pietatisq; cognitio, non tam humano ministerio indiget, q̃ ex seipsa hauriẽ & discẽ. Quippe, quę quotidie operibus clamat, ac per doctrinam Christi sese clariorem sole ingerit oculis. Eius tamen ardore flagrãti tibi, atq; de ea audire cupienti, pauca pro modo ingenij nostri exponere instituimus, Machari charissime. Qui cùm hanc ex diuinis libris & literis affatim haurire posses, laudabiliter tamen discendi studio, docentes alios audire maluisti. Sufficiunt quidem sanctæ, ac diuinitus inspiratæ scripturæ, ad omnem institutionẽ veritatis. Sunt præterea sanctorum patrum, magistrorumq; nostrorum, plurima ad eorum intelligentiam conscripta monumenta, quæ si quis studiosè perleget, & scripturarum addiscet interpretationem, & eam quam cupit, veritatis notionem, consequetur. Verùm, quia hæc illorum opera ad manus modò non sunt, necesse est, quæ ab illis de fidei ac religionis nostræ veritate didicimus, ea tibi insinuare pro viribus. Ne quis dogma nostrum vile, aut contemnendum arbitretur, neu irrationabilem existimet in Christum fidem, vt faciunt gẽtiles, qui detrahendo veritati, nos carpere atq; irridere non desinunt, nihil aliud obijcientes, q̃ crucem Christi, qua ex re miserandam merito quispiam illorum censebit amentiam, q̃ cùm vituperent crucem, non vident eius virtutem orbẽ implesse vniuersum, ac per ipsam Dei notitiã, diuinaq; opera omnibus innotuisse. Nunq̃ em̃ profectò irridere ausi essent adeo diuinam rem, si ipsius deitate conspicãdæ animũ dignè intendissent. Verũ agnoscerent & ipsi hunc esse saluatorẽ omniũ qui cruci fuerit affixus, crucemq; ipsam non labem humano generi, sed remedium salutemq; contulisse. Nam si per crucẽ, sublato iam idolorum cultu, om̃is dæmonum conquieuit error, solusq; adoratur Christus, ac per ipsum pater agnoscitur. Si aduersarij contraire præsumentes confunduntur, ijsq; contradicentium in dies animas inuisibili potestate conuertit, ac suæ fidei subijcit. Qua tãdem ratione suspicari iam possunt, humanum hoc esse opus, & non potius fatemur, D

Christus humani generis labem sua cruce reparauit

cum

A cum esse Dei verbũ redemptorem q; omniũ, qui subierit crucem? Idem verò patimihi videntur, ac si quis solem vituperet, cum nube tegitur, eiusq; admiretur lumen, omnẽ ab ea creaturã illustrari cernens. Nam sicuti pulchra lux est, multo tamen pulchrior qui hanc humano generi indulget sol. Ita cũ sit eximiũ & diuinum, scientia Dei repletum esse orbem vniuersum, necesse est autorem ac ducẽ tãti operis Deũ, ac Dei verbum intelligi & dici. Aggredimur itaq; facultate qua possumus, imperitiã infideliũ primo arguentes, vt deprehenso mendacio, veritas iam per seipsam eluceſcat. Bonoq; sis animo, O homo, te veritati credidisse, Christumq; cognoscẽdo nõ esse seductũ. Arbitror aũt esse conuenientissimum tibi Christi sectatori de Christo differere. Quippe huius agnitione, ac fide, nihil esse tibi clarius, nihil gratius mihi ipse persuadeo. Principio quidem nõ erat malum. Nam ne nunc quidem in sanctis est, neq; iuxta eos omnino subsistet. Cæterùm hoc postmodum homines excogitare cœperunt, atq; in seipsis exculpere, vnde & simulacra sibi finxere, quæ non sunt esse arbitrantes. Nanq; vniuersitatis conditor, & rex omnium Deus, qui omnẽ substantiam, omnemq; excedit humanã cogitationẽ. Quippe bonus ac summè bonus, per verbum suum saluatorem nostrum Iesum Christum, humanũ genus ad suã imaginẽ condidit, rerũq; omnium spectatorem, ac peritũ, per eam qua illum honorauerat, sui similitudinẽ fecit. Indulta illi etiã æternitatis suæ intelligentia, atq; notione, vt honorem sibi præstitum seruans, neq; à Dei vnq; cogitatione desisteret, neq; à sanctorũ vita contubernioq; resiliret. Sed fretꝰ donatoris sui gratia, suaq; ipsius, quã per verbũ patris acceperat, virtute subnixus, exultaret iugiter, deoq; familiarius frueretur, viuẽs felicẽ verè, & beatã, atq; immortalẽ vitã. Cùm enim nullo à Dei cognitione, & speculatiõe præpediatur obstaculo, contẽplatur quidẽ semp singulari mũditia imaginem patris, Dei verbũ, ad cuius etiam imaginem factus est, obstupescitq; vehementer. Animaduertens ineffabilem ipsius erga humanũ genus prouidentiã, sensibilibus omnibus, omnicq; corporali imagine, superior factus, cœlestibusq; & diuinis, atq; intelligibilibus, animi virtute coniunctus. Humanus quippe animus, quãdo corporibus nulla familiaritate cõiungitur, nihilq; extrinsecus habet concupiscentiæ carnalis admixtum, sed totum secum, vt ab initio cõditus est, & in se habitat, tunc sensibilia, & mortalia cuncta transcendens, in auras veræ libertatis euadit, & verbũ intuens, in eo etiam ipsius patrem videt. Atq; hac ipsius contemplatione felix, per ineffabilem ad ipsum effectum renouatur. Quemadmodum & primum hominem, qui etiam iuxta Hebræorum linguam, Adã appellatus est, tradunt sacræ literæ ab initio mentem singulari confidentia intẽtam in deum habuisse, & cũ sanctis spiritibus in illa intelligibiliũ speculatione fuisse cõmoratum, in loco illo, quẽ & sanctus Moyses figuraliter Paradisum appellauit. Sufficit quippe munditia animi, etiam Deum, per seipsam speculari. Sicut & dñs ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Sic igitur, vt dictũ est, humanum genus creator instituit & permanere voluit. Porrò homines contemptis potioribus, atq; ad ea percipienda, per socordiam non assurgentes, vicinora sibi quæsierunt. Eiusmodi autem erant corpus, & corporis sensus. Vnde & auerso, ab intelligibilibus ac spiritalibus animo, seipsos amare cœperũt, & corporiac sensibus dediti, atq; in his veluti in sua sede locati, in sui cõcupiscẽtiam corruerunt, corporalia diuinæ contẽplationi præferentes. His aũt inuersati, atque vicinora deserere nolẽtes, animã suam voluptatibus carnis conclusere, agitatam concupiscẽtijs omnibus, atque turbatam. Indultique sibi à deo honoris penitus obliti sunt. Hoc aũt etiã ex eo, q primo formatus est homine, verum licet aduertere, sicut sacra de illo tradit historia. Et ille enim q̃diu animum in Deũ, & eius contẽplationem intentum habuit, auersatus est corporis speciẽ.

*Humanũ genus ad sui similitudinẽ Deus creauit.*

*Humanæ mentis in Deum erectæ vis magna*

*Adã per speculationem cum angelis in paradiso commoratus*

Vbi verò serpentis consilio, amoto à Dei cogitatione animo, seipsum cœpit in- C
spicere, tunc iam etiã in concupiscentiam corporis corruit. Et cognouerunt in-
quit, quia nudi essent, & cognoscentes erubuerunt. Non aũt se nudos agnouis-
sent, nisi diuinarum rerũ speculatione nudati, mentẽ ad ea quæ sunt aduersa trã-
tulissent. Recedentes em̃ ab vnius & veri Dei consideratione, affectuq; in illum
vnico, in varias iam & particulares corporis concupiscentias prolapsi sunt. Dein
de, vt solet fieri, cùm in multa incidissent desideria, in eorũ iam habitum sensim
transiere, adeò, vt deserere ipsa metuerẽt. Hinc iam & formidines, & metus, &
voluptates in animã irrepsere, mortaliaq; sapere incœpit. Nolens em̃ concupiscẽ
tias relinquere, mortem metuit, ac separationem corporis horruit. Rursus eadẽ
cupiens, vt voti cõpos fieret, cędes exercere, atq; iura violare didicit. Quo autem
modo & ista faciat, rationabile videtur pro modo virium nostrarum explicare.
Abutens igitur infelix anima corporalibus particulatim actionibus, corporisq;
oblectata specie, ac voluptatẽ bonum suum esse arbitrans, falsa ac seducta hone
sto nomine abusa est, ipsumq; verum bonum voluptatem esse putauit. Veluti si
quis mente captus, gladium contra quosq; obuios expetat, idq; sanæ mentis indi
cium putet. Voluptatis igitur amore detenta, varijs hanc modis operari cœpit.
Cùm em̃ sit per naturam mobilis, & si honesta sponte sua refugit, non tamen à
motu quieuit. Mouetur itaq; non iam quidẽ ad virtutẽ, neq; ad videndũ Deum,
sed quæ non sunt versans, vires suas peruertit, abutens his ad eas, quas excogita
uit concupiscentias carnis. Est quippe cõdita libera, potestq; bona, vt eligere, ita
& auersari. Cùm igitur quod bonum est refugit, necessariò contraria cogitat.
Quiescere em̃ à motu omnino non prævalet, cùm sit, vt dixi, naturaliter mobi-
lis. Agnoscẽs verò arbitrij sui libertatẽ, cõspicit se posse in vtrãq; partẽ membris
corporis vti, sive ad ea quæ sunt, sive ad ea quæ non sunt. Sunt quippe bona, non
sunt aũt mala. Esse quidem bona idcirco dixerim, quia ex Deo, qui verè est, ex D
empla ducunt. Non esse autẽ mala, quoniam in adinuentionibus hominũ, cùm
non essent, efficta noscuntur. Nam cùm oculi idcirco dati sunt corpori, vt per e-
os intueamur creaturam, ac per huiusmodi mirabilem harmoniã agnoscamus
opificem, aures q; itidem, vt eloquia diuina & Dei leges audiamus. Manus item
vt eas ad necessaria quæq; moueamus, & in creatiõe supplices tẽdamus ad dñm.
Anima relicta bonorũ speculatiõe & agilitate, adeo motus sui ad illa iã quę sunt
contraria mouetur errãs. Deinde vires suas iungens, vt dixi, & eis malè vtẽs, ani
maduertit se etiã ad contraria quęq; mouere posse corporis membra. Atq; ideo
oculum ad videndã creaturã sibi indultũ, ad concupiscẽdum magis aperuit, ostẽ
dens se istud etiam posse, arbitransq; si tantum moueatur, suã se seruare dignita
tem, nec peccare, si quod prævalet faciat. Ignorans se non vt moueatur simplici-
ter conditam, sed vt ad ea quæ oportet, moueatur. Quocirca apostolica quoq; ad
monet nos vox: Omnia licent, sed non omnia expediunt. At verò hominum i-
gnaua temeritas, non quid expediat, aut deceat, sed solùm quod possit inspiciẽs,
contra quàm iussa fuerat agere, omnia cœpit, motuq; contrario, manus armauit
ad cædem, aures ad inobedientiam transtulit, & membra procreandis legitimè
liberis accõmodata, perpetrare adulteria docuit, ac linguam ad benedicendum,
& laudes Deo referendas conditam, blasphemijs, maledictis, ac periurijs pollu-
it, manusq; rursus ad furandum, ac sui similes homines cædendum, atq; olfactũ
quidem ad percipiendam amatorij odoris variam suauitatem, pedes verò ad ef-
fundendi sanguinis celeritatem, & ventrem ad ebrietatem, saturitatemq; inex-
plebilem mouit. Quæ profectò omnia animæ vitium atq; peccatum sunt. Hu-
iusmodi verò malorum causa, sola est bonorum auersio. Sicut em̃ auriga in sta-
dio, conscensis equis, si cõtemnat impellere ad destinatum locum, passimq; præ-
cipites

Mens ori-
bus libera
creata
fuit, vt bo
num sibi,
siue malũ
eligeret

Oculi cor
porei dati
sunt nõ ad
terrenã cõ
cupiscenti
am, sed po
tius ad o-
mniũ rerũ
opificẽ spe
culandum

Mortalis ũ
temeritas
non q̃ sibi
cõgruit, sed pot
ius q̃ cõtra
riũ est, fre
quenter
eligit.

A cipites quacunq; valet, agat equos. Potest autem quocunq; velit, ac sæpe in obuios quosq; impetum faciat, sæpe item per præcipitia impellat, agaturq; quo se currentium equorum pernicitas tulerit, atq; sic currens, arbitretur se non excidisse destinatione proposita, solũ quippe aspicit cursum, nec videt q̃ lõgè à destinato loco temerarius se tulerit impetus. Ita & anima auersata viam, quę ad Deũ ducit, & membra corporis ad ea quæ non decet impellens, imò ipsa quoq; cum subiectis membris impulsa peccat, malumq; sibi ipsa effingit, non intuens quantum à via aberrauerit, & extra veritatis destinationem se deuius error abstulit. Ad quã beatus Paulus qui Christũ circunferebat, iugiter aspiciens dixit: Secundũ destinationẽ persequor ad palmam supernæ vocationis Christi Iesu. Bonum igitur aspiciens sanctus, ac iuxta id currens malum nunq̃ faciebat. Cæterùm gentiles quidã de via aberrantes, & Christum dominum non agnoscentes, malum subsistere, ac seorsum substantiam esse definiunt, per duo ista peccantes, siue quod autorem omnium quæ sunt, Deum esse negant. Neq; enim esset rerũ dñs, siquidẽ secundum illos malum haberet per se substantiam, & essentiam suam. Siue rursus creatorẽ illum omnium esse confitentes, necessariò mali quoq; autorem fatebuntur. Cùm inter omnia, vt ipsi autumant, malum etiam sit. At istud quidẽ indignum simul atq; impossibile, nemo est qui ambigat. Neq; enim ex bono malum, neq; in eo est, neq; per seipsum omnino subsistit. Alioquí bonum non esset, si vel permixtam haberet contrariam naturam, vel causa esset mali. Porrò hæretici, quia ab ecclesiastica doctrina exciderunt, ac circa fidem naufragium fecerunt, & ipsi mali substantiam esse desipiunt, fingentes sibi præter verum Christi patrem, Deum alterũ, & ipsum ingenitum autorem mali, & malitiæ principem, qui etiã creaturæ conditor sit. Verũ hos facilè, & ex diuinis literis, & ex ipsa humana ratione reuincere possumus, ex qua ista per summam insaniam finxere.

B Dominus enim & saluator noster Christus Iesus, in suis Euãgelijs Moysi verba confirmans, ait: Dñs Deus vnus est. Et: Cõfitebor tibi domine pater cœli & terræ. Si autem vnus est Deus, isq; cœli & terrę dñs, quomodo præter hunc Deus alius est? Vbi autem erit, qui ab illis fingitur Deus, cùm vnus ille, & verus oñia impleat, quę cœli terræq; nomine cõprehenduntur? Quo itẽ pacto erit alius eorum conditor, quorum iuxta saluatoris vocem Deus ipse, & Christi pater est dominus? Nisi fortè æqualance, boni Dei creaturarũ, malum quoq; potuisse fieri dominum dicant. Sed si hoc dixerint, vide in quænam impietatis præruptа decidunt, nempe inter eos, quibus ęqua potestas est, maius aliquid aut excellentius, quo alterutrum superent, non inuenitur. Nam si nolẽte altero, alterum est, æqua amborum virtus, & infirmitas est. Virtus quidẽ, quod alterius, vt sit vterq; superat voluntatem. Infirmitas verò, quod nolentibus eis, ac præter voluntatem, vtriusque contingunt exitus rerum. Est enim & bonus præter voluntatem mali, & malus itidem præter sententiam boni. Et hoc præterea dicere ad illos possumus. Si quæ videãtur opera, mali sunt Dei creaturæ, boni quidnam opus est? Apparet quippe nihil præter solã cõditoris creaturam. Quodnam verò erit essentiæ boni Dei documentũ, si nõ sint eius opera, per quę possit agnosci? Ex operibus enim opifex noscitur. Quo autem modo erunt duo contraria inuicem, aut quid hęc diuimit, vt seorsum ad inuicem sint? Esse eñ vtrunq; simul possibile non est, quod se mutuò perimant. Nec alterum quidem esse in altero potest, ꝙ impermixta ac dissimilis sit vtriusq; natura. Tertiũ igitur quoddam apparebit, quod eos diuidat, & ipsum Deus. Sed cuius id naturæ sit, bona an mali, incertũ relinquitur. Nã amborum illud esse possibile non est. Falsa ergo illorum deprehensa sententia, veritas iam necessariò sentẽtiæ ecclesiasticæ per se eluceſcet. Malũ scilicet neq; à Deo, neq; in deo, neq; ab initio fuisse, ne vllam quidem ipsius mali esse substanti

Ex operibus cognoscimus opificem.

n iiij am.

am. Sed homines per priuationem boni sibi quæ non sunt, & quę volũt cœpisse C
confingere. Sicut enim qui sole rutilante, cunctaq; radio suæ lucis implente, clau-
sis oculis tenebras fingit iamq; velut in tenebris obtrans ambulat, & sæpius ca-
dit, ac per præcipitia incedit, non lucem esse, sed tenebras existimans, nihilq; pen-
tus videns, & se intueri videatur. Ita & anima humana, obscurato, per quem De
um cernere poterat oculo, sibi ipsi excogitauit mala, quibus dum assiduo motu
inuersatur, aliquid se facere existimans, nihil se agere, non videt. Ea quippe sibi
fingit quæ non sunt, neq; talis permanet, qualis condita est, sed qualem se ipsa vi-
tare perrexit. Creata em̃ est, vt videret Deum, atq; ab ipso illustraretur. Ipsa verò
pro Deo mortalia quęsiuit & tenebras. Sicuti & spiritus sanctus in scripturis ait,
Deus hominem fecit rectum. Ipsi verò quæ fierunt cogitationes plurimas. Ma-
liniæ ergo inuentio, & excogitatio huiusmodi hominibus, ita initio contingit,
efficiaq; est. Quònam verò pacto in idolorum insaniam delapsi sint, iam neces-
sario dicendum, vt sciant huiusmodi inuenta nequitię nõ à bono, sed à malo sum-
psisse principium. Quod aũt pessimo initio nititur, in nullo vnq̃ censeri poterit
bonum, cùm sit penitus malum. Itaq; non contenta inuentione mali, infelix ani
ma cœpit paulatim se in deteriora porrigere. Nam cùm didicisset voluptatũ dif-
ferentias, Deiq; sensim obliuionẽ induisset, corporis voluptatibus affecta suã-
uiter, solaq; præsentia & tẽporalem gloriã intuens, nihil vltra ea, quę obtutibus
subiacent esse putauit, temporalia solum & corporalia bona sua esse decernens.
Sic aũt auersa & oblita se ad boni dei imaginem conditã, non iam per insitã sibi
vim Deũ verbũ per quod facta est cernit. Sed extra seposita, quæ non sunt cogi
tatione confingit. Obducto em̃ quod in ipsa erat, vt ita dixerim, speculo, p̃ quod
solũ poterit cernere patris imaginẽ, corporaliumq; voluptatum illecebris obsito
non iam videt, quæ intelligere oportet animam, sed passim huc, illucq; circunfer
tur, eaq; sola intuetur, quæ hauserit sensibus. Et eorum opinione turbata, iam D̃
quẽ in mẽte oblita fuerat deũ, hunc in rebus corporalibus ac sensibilibus fingit,
his, quę sub aspectũ cadunt, Dei tribuens nomen. Eaq; sola glorificans, quæ ipsa
vult, quorumq; suauitate delinitur aspectu. Præcedit igitur idololatriæ causa malũ.
Cùm enim didicissent homines malum quod non erat sibi ipsis effingere, eos
itidem, qui non erant, deos sibi finxere. Ac veluti si quis profundo gurgite mer-
sus, non iam aspiciat lucem, neq; ea quæ cernuntur in lumine, quod eius oculi in-
feriora tantũ mirentur, & aquarum illi vis immineat desuper, sola verò q̃ in pro
fundo sunt sentiẽs, præter illa nihil esse arbitretur, ipsaq; sibi cõspicua dñari oñi-
bus putet. Ita & prisci illi ac stolidi homines carnalibus concupiscentijs imagini-
busq; submersi & oblitι, vera de Deo cogitare atq; opinari nequiuerũt, sed cęca
cogitatione & irrationabili furore visibilia quęq; diuinis honoribus prosecuti
sunt, creaturã potius glorificantes, q̃ creatorẽ, atq; opera magis, q̃ ipsorum auto-
rẽ, opificemq; Deũ venerantes. Sicut aũt vt à proposita similitudine non recedamus,
hi qui profundo merguntur, quanto ad inferiora descendunt, tanto vasti-
res profundior esq; tenebras offendunt, ita & mortalium genus. Non em̃ simpli-
ci idololatria cõtenti in eis perstiterunt, à quibus inchoauerãt, sed quò magis pri-
oribus immorabantur, eò vaniores sibi superstitiones adinueniebant, neque pri-
oribus exatiati, in alia rursus incidebant mala, in his quę sunt turpissima proficiẽ
tes, impietatẽq; suam in vlteriora propagantes. Hoc autem & scriptura diuina te-
statur, quæ dicit: Cùm venerit impius in profundum malorũ, cõtemnit. Mox
enim vt humanus animus à Deo exiluit, delapsi intelligentijs certis, & notioni-
bus homines, primũ cœlo, soli & lunæ, atque sideribus diuinos honores tribue-
rũt. Illos n̄ solũ deos arbitrãtes, verũ & subsequentiũ autores esse aurumãtes. In
de obscuris cogitationibus ad inferiora deuoluti, ęthera & aerem, & quę sunt in

aere,

Nequitia a malo sumpsito-riginem

Alia volu ptatibus il lecebrisq; adhærens, non videt quę nescire nõ opor tet

A aere, deos appellarunt, atq; in malitia proficientes, elementa quoq; & initia corporis substantiæ calidã scilicet, frigidam, aridam, humidamq; substantiã, deos laudauerũt. Vt aũt qui omnino ruerũt, in morem terrestris cochleę circa humũ repunt ita & pessimi impiissimiq; mortaliũ cùm cecidissent, à Dei cogitatione ac notione delapsi, iam homines quoq; hominumq; figuras, partim viuentium adhuc, partim etiam vita functorum, vt deos coluerunt. Tum verò deteriore consilio, aut cogitatu iam ad lapides vsq; & ligna & repentia, aquatilia atq; terrestria irrationabilesq;, ac feras animantes, diuinam & sacratissimã Dei appellationem transtulerunt, omnem illis honorem diuinitatis deferentes, Deumq; verum, cuius æterna substantia est, patrem Christi auersantes. Atq; vt hactenus tantum, amẽtium audacia progressa esset, neq; vltra impietati suæ adiecissent. Vsq; adeo eũ plericq; mente corruerunt, atq; animo in tantum obcæcati sunt, vt ea etiam, quæ nulla omnino ratione erant, neq; inter creaturas apparebant, sibi excogitarent, ac facerent deos. Quippe ratione prædita, irrationabili miscentes, ac per naturam dissimilia iungentes, quasi deos venerantur. Eiusmodi sunt apud Aegyptios Cynocephali, & Ophiocephali, & Onocephali, atq; apud Libycos, Criocephalus Ammõ. Alij rursus corporis partes, caput, humerũ, manũ, pedẽq; seorsum diuidentes, singula in deos retulerunt, atq; vt deos coluerunt, quasi non illis satis esset ex integro, ac toto corpore habere culturam. Alij itidẽ maiore impietatis furore causam a deo nefariæ inuentionis, malitiæq; suæ voluptatem, & concupiscentiam fecere deos, atque venerati sunt. Cuiusmodi est apud illos amor, & quæ Paphi colitur Venus. Alij quasi deterioribus ex industria studentes, ausi sunt principes suos atq; illorum liberos in deos referre. Siue pro honore principatus, siue pro tyrannidis metu, sicuti Cretẽsis apud illos opinatissimus Iupiter, & apud Arcadas Mercurius, Indosq; Liber pater, Aegyptios item Isis & Osiris, Exemplũ de Hadriano Antinoo Hadriani.

B atq; Orus, recentioris memoriæ, Antinous Hadriani Romanorum regis delicatus puer. Quem licet hominẽ nouerint, & hominem minimè pudicum, metu tamen imperantis colunt. Nam cùm Hadrianus in Aegyptum aliquando venisset, illic vitã functum suæ voluptatis ministrum coli Antinoum iussit. Qua ex re licet post mortem quoq; adamasse puerum deprehendatur, certissimum tamen contra se, atq; aduersus omnem idololatriæ argumentum, ac documentum dedit quòd hæc apud mortales haudquaquam aliter cœperit, inuentaq; sit, q̃ per concupiscentiam impatientiamq; fingentium, sicut & sapientia Dei protestatur, dicens: Initium fornicationis, idolorum inuentio. Neq; sanè aliquid est, cur admireris, aut fidem excedere, quod dicimus, putes, quandoquidem & nõ multo antè, imò nunc vsque Romanorum senatus, quotquot illis ab initio fuerunt reges, siue omnes siue quos ipsi voluerint atque decreuerint, intra deorum numerum censeri autumant, atque deos consecrant. Quos enim oderunt, eos vt hostes per naturam confitentur, atque homines vocant. Quos autem in desideriis habent, hos probitatis ac virtutis gratia, religiosè coli iubent, quasi in illorum arbitrio ac potestate sit, deos quos volunt facere, ac de concilio deorum deturbare quos volunt, quum ipsi homines sint, mortalesq; esse nemo ambigat. Atqui oportebat, vt qui deos facerent, ipsi in primis dij essent, ac diuinitate præstarent. Quod enim facit, eo quod a illo fit excellentius sit, necesse est, & qui iudicat, ei qui iudicatur necesse imperat, & qui dat omnino quod habet, largitur. Sic denique rex omnis quod sui iuris est, præstat, accipientibusq; præstãtior & maior est. Si igitur quos volunt ipsi, eos deos esse decernunt, operæ precium erat, & ipsos primùm deos esse. Sed mirabili profectò modo ipsi quum moriantur, vt homines, fallacem fuisse sententiã suam de his, quos deos fecerãt, arguunt. Porrò hic mos neque nouus est, neque à Romano senatu initiũ cœpit.

Sed

Sed porrò ante præcesserat, excogitatumq; fuerat ad inueniendũ simulacrorum cultum. Nam qui dudum apud gentiles pro dijs habiti præcipuè sunt, Iupiter scilicet, Neptunus, Apollo, Vulcanus atq; Mercurius, & ex sexu fœmineo, Iuno, Ceres, Minerua, Diana, Thesei illius, cuius in historijs gentium frequens mentio fit, decretis, vt dij dicerentur, promeruerunt. Atq; illi quidem, qui eiusmodi decreta promulgarunt, vt homines morientes lugẽtur. Quos autem decreuere, quasi dij adorantur. O incredibilem furoris amentiam, cùm autorem eiusce decreti hominem nouerint, ei quos ipse deos dici instituit, præferunt, atq; vtinam, vel ad mares vsq; solum huiusmodi vesania, stultaq; licentia processisset, & non ad fœminas quoq; diuinam appellationem deiecisset. Nempe enim & mulieres, quas neq; consilijs publicis interesse tutum est, diuinis honoribus venerantur & colunt, vt sunt quas à Theseo institutas diximus, & apud Aegyptios Isis, & puella, & adulescentula, & apud alios Venus. Aliarum enim nomina ne referenda quidem arbitror, cùm sint plena turpitudinis. Complures denique non modò veteres, verumetiam ætatis nostræ cum amantissimos quosq; amisissent fratres, cognatos & vxores, plurimæ itidem orbatæ viris, quos omnes natura prodidit fuisse mortales, hos atq; has per immodicum affectum, atq; luctum pinxere. Sicq; pictis seu fictis hostias immolauerunt. Quos secuta posteritas ob elegãtiam fictionis, artificisq; peritiam, illos vt deos coluerũt. Rem profectò minimẽ naturalem patientes. Quos enim parentes quasi dij non essent, lamentati sunt. Neq; enim si deos illos nouissent, quasi pereuntes plangerent. Huius enim rei gratia non solum deos non esse, verùm nec subsistere quidem omnino arbitrantes, eorum imagines finxere, vt quia iam non essent, illorum saltem simulacra, dum cernerent, consolarentur. His tamen stulti quasi dijs supplicant, ac veri Dei honorem imponunt. Nanq; in Aegypto modo quoq; solennis amissi Osyris, & Ori, ac Typhonis, cæterorumq; lamentatio agitur, & Dodonea æramenta, Cretensesq; Corybantes, Iouem Deum non esse, sed hominem docent, ipsumq; patre crudeli, ac filiorum necatore progenitum. Et quod omni admiratione dignissimum est, ille ipse qui apud eos sapientiæ gloria excelluit cęteris (quippe de Deo veraciter plurima in suis libris prosecutus Plato) cum Socrate descendit in Pyręum, effictam hominis arte Dianam adoraturus. Has aũt atq; huiusmodi plurimas inuentiones idolorum causas, iampridem scriptura prædocuit, dicens, Initium fornicationis idolorum excogitatio. Porrò illorum inuentio, corruptio vitę. Neq; enim fuit ab initio, neq; in æternum erit, vanitate quippe hominum venit in mundum, atq; ideo breuis illorum finis excogitatus est. Acerbo enim luctu cùm vexaretur pater, repente sublati filij imaginem faciens, eum qui tunc erat mortuus hominem, nunc quasi viuum honorauit, & subditis tradidit mysteria ac sacrificia. Inde processu temporis impia cõsuetudo roborata seruatur, vt lex. Et præceptis tyrannorum, sculptilia religiosè colebantur, quos cum nequirẽt coràm honorare, quòd longè habitarent, longinquam figurantes effigiem, illustrẽ fecere honorati regis imaginem, vt absentem quasi præsentem adulatione mulcerent. Inaugmentũ aũt religionis ignaros quoq; homines artifices prouocauit industria. Ille enim imperanti placere cupiens, similitudinem arte superans mutauit in melius. At verò multitudo illecta artis gratia, eum qui paulò ante in honore fuit hominem, nunc Deum arbitrati sunt. Ex hoc factum fuerat vitę ad infidias. Calamitati enim, aut tyrannidi seruientes homines vnicum illud atq; nulli cõmunicabile Dei nomen, lignis, lapidibusq; imposuerunt. Huiusmodi igitur initijs idolorum inuentio, scriptura teste, apud homines cœpit, hiq; illius fuere prouectus. Iam verò aduersus eam argumenta tibi inferenda necessariò sunt, eaq; non tam à remotis, quàm ab his, quæ ij de illis sentiunt, petenda. Nã si quis

eorum

Gentiles simulacrorum inuentores

Mulieres a publicis cõsilijs abdicabãtur

Ilis apud Aegyptios in forma puellæ colebatur

Fornicatio idolis inuentis procreata est

A corum,qui dicuntur apud illos dij,vt primũ ab his quę sunt infima, initiũ sumã, actus inspiciat,eos non modò deos non esse, verùm homines nequissimos,turpissimosq; fuisse cõperiet.Quàm turpe enim, q̃ fœdum est cernere apud poetas amores,atq; impudicitias Iouis,q̃ impudicum audire ipsum nunc quidem rapiẽtem Ganimedem,furtiuaq; aucupantẽ adulteria.Nunc verò trepidantem,ac pauore solicitum,ne præter sententiam suam Troiæ pereãt mœnia.Quale,inquã, est videre ipsum in morte Sarpedonis filij mœrentem,volentemq; illi ferre opẽ nec valentem,& insidias perpessum à dijs alijs, Minerua scilicet Iunone ac Neptuno opem sibi ferentibus Thetide muliere,Centimanoq; Egeone euasisse, superatum à voluptatibus mulieribusq; seruientem, atq; illatum gratia in bruta animalia quadrupedia & volatilia sæpe conuersum,ac per huiusmodi imagines periclitantem,rursusq; hunc ipsum nunc quidem insidiarum patris metu occultantem,nunc verò Saturnũ vincientem, patremq; abscindentem. Hunccine igitur dignè Deum quisq; suspicetur,qui tanta & tam inaudita scelera perpetrasse insimulatur,quæ cõmunes quoq; Romanorum leges,in quibuslibet hominibus acerrimè puniunt. Vt igitur ex multis pauca commemorem. Quis illius in Semelem,& Ledam,Alcmenam,Dianam atq; Latonam,Maiamq; & Europam,Danaen & Antiopam,stupra atq; flagitia audiens,qui in sororem suam audax facinus & scelus,eadem quippe fuit illi soror,& coniunx,non eum irrideat, & mortis sententia mulctandum censeat:Neq; enim solum adulter improbus fuit,verùm ex adulterio quoq; progenitos liberos in deos retulit, vt per huiusmodi honorificentiam nequitiæ suæ velamen obduceret. Ex his prolecto sunt Liber pater,& Hercules,& Castor,Pollux,Mercurius,Perseus,& Sotera. Quis, inquã, intuens eorum,qui dicuntur dij,inexorabilem aduersum se apud Ilium contentionem Græcorum ac Troianorum gratia,non illorum arguat infirmitatem, q̃ B per huiusmodi controuersias homines quoq; aduersum se irritauerũt? Quis vel à Diomede,Martẽ & Venerẽ,vel ab Hercule,Iunonẽ & Hypoctonium, quem deum Aidoneum vocant,vel Liberũ patrẽ,à Perseo vel ab Arcade Pallade vulneratos aspiciat,Vulcanumq; prosectum & claudicantẽ, naturę imbecillitatem non intelligat, & reprehendat, erubescatq; iã illos deos dicere? Mortales quippe ac passibiles audiens,nihil eos aliud q̃ homines infirmos fuisse cognoscet,vulneranteq; merito magis q̃ vulneratos admirabitur. Quis item adulteriũ Martis & Veneris videns, Vulcaniq; contra vtrunq; concinnatũ dolum, deosq; reliquos ab ipso ad spectaculũ sceleris accitos ipsosq; venientes, ac flagitium spectantes intuens non rideat,ipsorumq; improbitatem reprehendat? Quis itidẽ risum tenere possit,cùm Herculis aspicit ebrij Omphalesq; concubitum? Voluptatis deniq; ipsorum fœdos actus, & irrationabiles illicitasq; cupidines. Atq; ære, auro,argento,ebore,ferro,lapide,ligno,expressas fictæ ac falsę diuinitatis imagines examussim persequendas non arbitror,cùm sint res ipsę per se execrabiles, euidentissimaq; erroris indicia præferant. Quibus in rebus idcirco maximè qspiam illorum errores miserebitur, quod cum vxore sua petulanter abeuntẽ adulterum oderint, eiusce flagitij magistros deos facere non erubescunt. Cunque ipsi sororibus suis minimè iungantur, tanti reos dedecoris adorant. Et cùm fateantur puerorum violationem esse execrabilem huic sceleri obnoxios colunt. Atq; ea,quæ ne hominibus quidem licere permittunt leges, dijs suis applicare non pudet. Postremò quum ligna & lapides diuinis prosequantur honoribus, non animaduertũt se similia calcare pedibus, igniq; consumere, quorum partes diuina appellatione venerantur. Et quæ paulò ante in vsum habuere, ea p̃ summam stoliditatem sculpta colunt. Non videntes,neque prorsus intelligentes,nõ deos se,verùm sculptoris artem adorare. Quamdiu enim impolitus est lapis,rudisq;

Adulteria Iouis vesana poematibus declarata a sancta theologia inculcantur.

Hic stupratas à Ioue mulieres cõmemorat. Adulterinos filios suos Iupiter in cœlum sublimauit, vt nefandæ suæ nequitiæ velamen obduceret.

Narrat deos aceiros in Martis & Veneris ludibrium

disq; materia, ea pedibus calcant, ac ministerijs suis, & vsibus sæpe etiam viliori- C
bus mancipãt. Vbi verò artifex his peritiæ suæ rationes & commensiones ad-
diderit, & viri siue mulieris figuram in materia venusta arte formauerit, tunc
agentes artifici gratias, eos iam vt deos colũt, precio à sculptore comparatos. Sæ-
pe verò & ipse sculptor, quasi oblitus operis sui, à se conditis vota persoluit, &
quæ antè paululum expoliebat, atq; tondebat, ea post impositam extremam ar
tis manum, appellat deos. Atq; siquidem ista mirari oportebat, periti in primis
opificis ars suspicienda fuit, nec fuerant quælibet opera autori suo præferenda.
Non materia artem, sed ars materiam ex ornat
Nec enim artem materia, sed ars materiam potiùs ornauit. Longè igitur iustius
fuit artificem eos, quàm opificium colere, quod & prior erat is, qui ex arte pro-
dierunt dijs, & eos, vt voluit, fecit. At nunc peruersa ratione, ac iure violato peri-
tiam atq; artem contemnentes, ea quæ peritia & ars efficit, venerantur. Et cùm
autor huiusmodi homo moriatur, quę ab ipso facta sunt, ea vt immortalia hono
rant. Quę nisi quotidie curentur, tempore omnino per naturam deficiunt, & ob
solescunt. Quis igitur in eo quoque non illorum miseretur amentiam, quod vi-
su ipsi prediti, non videntes adorant? Et audientes non audientibus supplicant?
Cunq; sint ipsi animati & rationabiles, eos qui prorsus non mouentur & inani-
mes sunt, appellant deos. Et quod mirum sit, quos ipsi custodiunt, & in potestate
habent, eis quasi dominis seruiunt. Ac ne frustra me ista prosequi existimes, aut
Gentiles simulacris quasi dominis suis seruiebant
mentiendo quis putet, datur hæc haurire oculis, atq; in promptu volentibus, est
huiusmodi cernere. Sed præstantius id testimonium est, quod ex diuina scriptu
ra, de his mutuamur. Quæ iampridem præmonuit, dicens: Simulacra gentium
argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur,
oculos habent & non videbunt. Aures habent & non audient, nares habent &
non odorabunt. Manus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambula
bunt, non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes D
qui confidunt in eis. Ne prophetica quidem nobis deest aduersus hæc, & grauis
quidem insimulatio, dicente per prophetam spiritu sancto: Confundentur qui
finxerunt Deum, & sculpunt omnia inania, & omnes vnde facti fuerunt, ex-
iccati sunt, & surdi ab hominibus. Congregentur omnes & stent simul, & re-
uereantur & confundantur simul. Faber enim acuit ferrum, & dolabra operatus
est illud, & statuit ipsum in brachio virtutis suæ, & esuriet & infirmabitur, &
non bibet aquam. Lignum quippe eligens faber, statuit ipsum in mensura, & in
glutino compegit illud, & fecit ipsum in formã viri, & velut speciem hominis.
Statuit ipsum in domo, & quod excidit de sylua lignum, quodq; plantauit domi
nus, & pluuia porrexit in altitudinem, vt esset hominibus in combustionem, su
mensq; illud ex eo calefieret. Succendentesq; coxerunt in eo panes, & quod re-
liquum fuit, ex eo fecerunt deos, & adorauerunt, cuius dimidium igni succen-
derãt, & in cuius dimidio assatis carnibus comedit, & saturatus est & calefactus,
ait: Dulce mihi est quod calefactus sum, & ignem vidi, & reliquũ similiter ado-
rabat, dicens: Erue me, quia Deus meus es tu. Nescierunt vt sentirent, quoniam
obscurati sunt, ne viderent oculis suis, & intelligerent corde. Nec reputauit cor
de suo, neque recogitauit anima sua, neque agnouit sensu, quia dimidium eius
combussit igne, & super carbones eius coxit panes, & assans carnes comedit ac
reliquum eius in abominationem fecit, & adorant illud. Scitote, quia cinis est
cor eorum, & errant, & nemo potest eruere animas illorum. Videte & ne dixeri
tis, quia mendacium in dextera mea est. Quidni, ergo impij omnium iudicio
habeantur, quos & diuina scriptura impietatis accusat? An verò non summè in
felices sunt, qui tam apertè arguuntur, inanimata pro veritate adorare? Quæna
autem his spes, vel quæ erit venia, qui mutis & immobilibus fidunt, eáque pro
vero

A vero Deo venerantur & colunt? Vtinam enim vel absque figura deos illis finge
rent artificis manus, ne insensibilitatis euidens haberent argumẽtum. Nam simpliciore ita fortasse induxissent, vt idola sentire putarent, nisi indicia & signa sen
suum, oculos, aures, manus, nares, atque os haberent, ociosa atque immobilia, ad
sentiendi vsum, sensibiliumq; suffragium. At nunc ea habentes non habent, &
stantes non stant, sedentésque non sedent. Neque enim inest illis horum operatio. Sed vt artifici placuit, sic manent, nullumq; deitatis indicium prę se ferentes,
stolidi atque inanimes iacent, id solum consecuti humanæ artis industria, vt aliquid esse videantur. Vtinam & huiusce modi falsorum deorum præcones, poetæ, scriptorésque reliqui, deos illos simpliciter etiam scripsissent, non etiam illorum actus, quibus dij non esse arguantur, & actam fœdissimè vitã monumentis tradidissent. Potuissent quippe solo deitatis nomine veritatem quoque obrepere, imò plurimos à veritate fallendo subducere. At nunc amores Iouis, impudicitiasq; narrantes, aliorũmque flagitia, & puerorum violationes, & zelotypias fœmineas, voluptatis causas susceptas, metusq; ac formidines, & perturbationes cęteras, id in primis efficiunt, vt non modò de dijs, sed ne de hominibus quidem honestis prosecuti videantur, verùm de turpissimis, ac longè ab honestate remotis, fabulosa finxisse. Sed fortassis impij ad poetica se figmenta conuertent, dicẽtes poetarum esse proprium, quæ non sint fingere, fallasq; fabellas ad voluptatem audientium scribere. Huiúsque rei gratia, ista & de dijs illos finxisse contendent. At hæc planè futilis ratio omnium maximè illorum confutabit errores. Nam si poetæ falsa & ficta conscribunt, falsa profectò erit & ipsa Iouis, Saturni, Iunonis & Martis, cæterorumq; appellatio. Fortassis enim, vt ipsi aiunt, nomina quoque ipsa ficta sunt, neque omnino quicquam est Iupiter, Saturnus, & Mars. Sed eos quasi qui sint ad audientium voluptatem, finxere poetæ. Porrò, si quæ
B non sunt, poetæ confingunt, quo pacto isti deos, qui sint, ita venerantur? An forte dicturi sunt nomina quidem ficta non esse, gesta verò fallaciter fuisse conscripta? At istud quoque nihilo minus eos ęgrè tuebitur, estque planè imbecillis ratio. Nam si gesta mentiti sunt, & nomina prorsus ipsa mentiuntur, quorum est facta dixerunt. Si autem illorum tradendis nominibus veraces sunt, necessariò & operibus enunciandis veri fuerunt. Præterea, qui deos hos esse fabulosè finxerunt, sciunt profectò & quæ deos conueniat agere, nec hominum gesta vnquam dijs applicarent: sicuti nec ignis opus, aquæ quispiam adscriberet, quum hic adurat, illa liquidæ substantiæ sit. Si igitur digna sunt dijs opera, dij vtique, & qui illa gessere sunt. Si autem hominum sunt, & hominum turpium adulteria, & cætera quæ prædiximus opera, homines non deos esse, qui ea perpetrarunt, quis tam vecors vt non intelligat? Quippe substantijs opera congruere necesse est, vt & ex opere, qui patrauit testimonium habeat, & opus ex substantia queat agnosci. Sicut igitur, qui de ignis & aquæ substantia differit, aquam vrere, & ignem refrigerare non dicit. Qui item de solè & humo disputat, humum illuminare, solemq; herbam fructúsque ferre non adserit, quod si diceret, stolidus & dementissimus esset. Ita & Gentilium scriptores, & ille in primis poeta, qui excellentissimus omnium est, siquidem deos esse louem, ac reliquos sciuissent, nũquam profectò eis huiusmodi plenos fœditatis actus impingerent, quæ deos non esse conuincerent, sed fuisse homines, eosque parum pudicos adsererent: quod si te autore illi, vt poetæ mentiti sunt, cur & de valentia heroum mentiti non sunt, vt pro fortitudine imbecillitatem: pro imbecillitate fortitudinem fingerent. Oportebat enim, sicuti in Ioue & in Iunone fecerunt, ita & Achillem ignauum, timidúmque mentiri. Thersitæ contra vires valentiámque admirari. Vlyssis item excogitare imprudentiam, & Nestoris insipientiam fingere. Atq;

Quid poetarum proprium

Non negatur potè

et gloria, si debilẽ superet, vt probatur de Achille contra Thersitẽ

Diomedis, & Hectoris muliebria facta, Hecubę verò fortia tradere. Quippe, vt ipsi volunt, in omnibus poetæ fictione & mendacio, vti debuerunt. An qui vera de hominibus scripsere, de his qui dicuntur dij mentiri non timuerũt? Id quoque adsere quidam ex his solent, poetas cum deorum flagitia dicunt, mentiri. In illorum verò laudibus, cùm Iouem deorum patrem, & summum & olympium, atq; in cœlo regnantem scribunt, nõ fingere, sed vera prosequi solitos. Hãc autem rationem aduersus eos in primis facere non ego solum, sed quilibet facilè intelligit. Nam rursus prioribus demonstrationibus sese contra eos veritas adseret. Nam actus quidem homines illos fuisse conuincunt, laudes verò humanæ naturæ excedunt modum, ad vtrumlibet horum aduersum se diffidet. Neque enim cœlestium est proprium ista perpetrare, neq; qui talia gerunt, deos supplicari fas est. Quid ergo intelligendum restat, nisi laudes illas quidem falsas esse, atq; ad gratiam fictas? Actus autẽ ad illorum perpetuum dedecus, veraciter traditos. Atq; hoc verum esse facilè consuetudo docet. Ad vtrumlibet horũ aduersum se diffidet. Neq; enim cœlestiũ est propriè ista perpetrare, neq; qui talia gerunt, deos supplicari fas est. Quid ergo intelligẽdum restat? nisi laudes illas quidem falsas esse, atq; ad gratiam fictas. Actus autem ad illorum perpetuum dedecus veraciter traditos, atq; hoc verum esse, facilè consuetudo docet. Nemo enim ferè est, qui cùm aliquos laudat, eorum vitã ac mores insimulet. Sed potius quorum sunt fœdæ actiones, hos occulendi probri gratia, extollunt laudibus, vt harum magnitudine seductis auditoribus, illorum obumbrent, operiantq; nequitiam. Veluti si quis laudare quempiam instituens, neq; ex vitæ beneactæ merito, neq; ex virtute animi occalionem laudum vllam inueniens, alio illum extollat modo, & ei, quæ meritis suis maiora sunt, tribuat. Ita & poetæ apud illos admirabiles, reueriti turpia illorum gesta, qui apud illos appellantur dij, id nomen quod supra hominem est, illis applicuerunt, ignorantes fore, vt ex huiusmodi velamentis, non tam obumbrantur illorum humana facta, q̃ ex humanis defectibus, diuinos illos honoribus non congruere, cunctis innotescat. Equidẽ reor eis præter sententiam contigisse, vt eorum perturbationes, & gesta turpia dicerent. Nã cùm Dei appellationem neminí, vt scriptura ait, cõmunicabilem, honoresq; diuinos his, qui non dij, sed mortales erant homines, deferre studerent, magnum profectò, atq; impiũ facinus moliebantur. Quocirca inuiti etiam, veritate impellente, coacti sunt illorum exponere vitia & perturbationes, vt omnibus posthac futuris ex eorum scriptis certum capereliceret argumentum, eos non esse deos, qui huiusmodi patrassent scelera. Quænã ergo ratio, quę demõstratio huiusce superstitionis æmulis reliqua est, qua deos illos esse probari possint? Ex his enim, quæ paulò ante prædiximus homines deos, & quidem parum pudicos fuisse probatum est. Sed fortè se ab illa cõuertent, eaq; tumidi proferẽt, quæ ab illis ad vitæ vsum vtiliter inuenta leguntur, dicentes eorum gratia, ipsos etiam deos extimari, quod hominibus vtiles fuerint. Nam Iupiter quidã figulinã inuenit artẽ, Neptunus gubernatoriã, Vulcanus ferrariã, Minerua textoriã, Apollo musicã, Diana venatoriã, Iuno stolę confectionẽ, atq; agriculturã Ceres, & alias alij reperisse tradunt ab his, qui illorũ gesta scripsere. Atqui istas huiusmodi artes non illis solis, sed cõmuni naturę mortaliũ homines assignare debuerãt, in quã intendentes illas inuenisse referuntur. Quippe artem plurimi naturę imitationem esse diffiniunt. Si igitur illarum quibus studuerunt artium periti euasere, non ideo dij existimandi sunt, sed potius homines. Non eñ ex eis artes emanauerunt, sed in artibus & ipsi naturã imitati sunt. Nam cùm essent homines q̃ naturã disciplinæ capaces, iuxta hominis diffinitionẽ, quid mirum, si & ipsi humano animo in naturã suã intuentes, huiusmodi excogitarũt artes? Porrò, si ob

Artes a dijs antiquis repertæ

Ars quid.

artium

A artiũ inuentionem ipſos appellatione diuina honorandos cẽſent, quid prohibet aliarum quoq; inuẽtores artium deos appellare? Hac em̃ ratione, & illi huiuſcemodi promerent̃ honores. Nempe em̃ literas inuenere Phœnices, Heroicũ carmen Homerus, dialecticã Zeno Eleates, rhetoricã Syracuſanus corax, Apum, & ſapiariam fructum Ariſtęus, Triptolemus ſementẽ frugum, Legesq; Lycurgus Lacedęmonius & Solon Athenięſis. At verò literarũ conſtructionem numeros, menſuras atq; momẽta Palamedes repperit. Et alij alia, & varia humanæ vitę cõmoda inuenere, ſicut ipſi quoq; teſtantur. Si igitur artes ac diſciplinę deos faciũt, atq; harũ gratia ſculpuntur dij, neceſſe eſt, vt qui poſt illos, aliarũ quoq; inuẽtis claruerunt, & ipſi dij ſint. Quod ſi iſtis diuinos honores detrahunt, eosq; mortales recognoſcũt, neceſſariò Iupiter, etiã & Iuno, & cęteri, dij appellandi nõ ſunt, ſed ipſi quoq; homines fuiſſe credant̃, qui, vt prędiximus, ne honeſti quidẽ fuere. Ita ex ipſa quoq; ſculptura ſignorum nihil aliud q̃ homines fuiſſe conuincuntur. Quàm em̃ illiſiplis ſculptores imponũt formã, niſi virorũ ac mulierũ, & quæ his inferiora ſunt, mutorũ animaliũ, volatiliũ omnigenũ, quadrupedũ, iumentorum, beluarum, atq; ſerpentum? Quęq; terra, & mare, omniſq; aquarũ natura profert? Cùm em̃ ad vitiorũ ac voluptatũ ſtoliditatẽ corruiſſent homines, nihilq; amplius aſpicerent q̃ voluptates, & concupiſcentias carnis, quippe qui in irrationabilibus animũ fixerant, in his diuinitatem quoq; ineſſe cenſebãt, ac pro varietate perturbationum numeroſos ſibi finxere deos. Quàdrupedum enim imagines, atq; ſerpentum, & volatilium apud eos honorari videas. Sicuti ait diuinæ ac verę pietatis & religionis interpres: Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Dicentes em̃ ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, & mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei, in imaginem corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentum. Ideo & tradidit eos in paſſio-

B nes iguominię. Nam cùm, vt prædixi, animam irrationabiliũ voluptatũ perturbationibus ſubderent, ad huiuſmodi ſibi fingendos deos deuoluti ſunt, lapſiq; iam atq; à veritatis ſoliditate delecti, quod illis Deus aduerſatus ſit, in his volutãtur miſeri, verbiq; patrẽ Deum in irrationabilibus fingunt. Qua ex re, & hi, qui apud eos philoſophi dicuntur, & eruditi, cùm vrgeri à nobis cœperint, nihil negant hominũ, & mutorũ animaliũ formas, atq; effigies eſſe, qui apud eos videntur dij. Verũ hanc adferunt rationẽ, idcirco ſe illas imagines fingere, vt per eas ſibi Deus reſpõdeat & reueletur: non poſſe em̃ inuiſibilem aliter noſſe, q̃ per huiuſmodi ſigna atq; teletas. Alij ſapiẽtiora his, & altiora ſe dicere arbitrãtes, aiũt, adeo hęc fingi, atq; formari, vt per ea cœleſtes inuocẽtur & appareãt angeli, atq; virtutes. Sicq; apparẽtes, verã illis Dei inſinuent notionẽ. Eſſe em̃ ea hominibus veluti literas, quę relegentes poſſint per eã, quę ex illis inſinuatur, cœleſtiũ ſpirituum reuelationẽ, Dei intelligentiã conſequi. Ita quidẽ illi perq; ſanè fabuloſæ, necq; em̃ logicè dicũt. Nam profectò ſi quis eã rationem diligenti examinatione diſcutiat, animaduertet eorum opinionem nihilo minus habere falſitatis, q̃ quæ ſupra demonſtrata ſunt. Nã, vt eos percõtemur ſub iudicio veritatis, dicant quęſo, quo pacto per hæc, aut reſpondet, aut noſcitur Deus. Vtrũ per circũpoſitam illis materiã, an per inductam materię formam? Nam ſiquidẽ ob materiam, quę iam formæ neceſſitas, vt non prius etiam, q̃ iſta fingerentur, per omnem prorſus materiam apparuerit Deus, fruſtra verò templa quoq; iſti fabricati ſunt, includentes intrinſecus vnum, vel lapidem, aut lignum, aut quamlibet auri particulam. Cùm hiſce ſubſtantijs terra omnis plena ſit. Porrò, ſi ſuperducta effigies apparitionis diuinæ cauſa eſt, quid iam auro, cęteráque materia opus eſt, ac non magis per ipſa vera animalia, quorum formæ ſimulacra ſunt, Deus reuelatur? Nam clarius profectò Dei gloria iuxta eorum quoque rationem innoteſceret,

alias, Apiariorum

Philoſophi

Simulacra apud gẽtiles colebantur, sed tamen in eorum pernicie. al. execrentur

si per animata rationabilia & irrationabilia, q̃ inanimata atq; immobilia manifestaretur. Quibus in rebus, maximã impietatẽ in perniciem suam operantur. Cũ em̃ naturales animãtes, siue quadrupedes, siue volucres, siue serpentes, ob illarũ vel feritatẽ, vel immunditiã ſ exercentur, atq; aduersentur, harũ tamẽ imagines lapidibus insculptas, aut lignis, aut auro diuinis proscquunt̃ honoribus. Cũ ipsas magis viuẽtes, atq; animatas venerari, q̃ illarum effigies stolidas debuerint. At fortasse nihil horum, neq; forma scilicet, neq; materia, diuinæ reuelationis causa est, sed ars sola disciplinę coniuncta, Deum euocat. Quippe quæ sola est naturæ imitatio. Sed si disciplinæ causa sculptilia Deus impiet, quænam rursus materiæ necessitas est, cùm ars atq; disciplina in hominibus sit: Nã si disciplinæ gratia se reuelat Deus, atq; idcirco sculptilia quasi dij honorantur, oportebat homines magis, vt artis autores coli atq; adorari, quod & rationabiles sint, & artẽ intra se inclusam habeant. Enimuero ad secundam illorum altioremq; rationem, ista quoq; merito quispiam dixerit. Si hæc ob Dei reuelationem ò gentiles non facitis, sed ob præsentiam illic angelorum, quid est quãobrem statuas, per quas virtutes ipsas cœlestes inuocatis, pluris quàm ipsos angelos facitis: Cũ enim (vt dicitis) intelligendi Dei gratia sculpatis imagines, ipsisq; simulacris appellationẽ & honorem Dei circundatis, rem profectò minimè honestam facitis. Nam cùm fatemini Dei virtutem simulacrorum vilia superare figmenta, atque ideo non audeatis per ipsa Deum, sed minores inuocare naturas, ipsi eas transilientes, cuius præsentiam metuebatis: huius appellationem lapidibus ac lignis imponitis, deosq; pro lapidibus, & humana arte colitis & adoratis. Si enim ista vobis viceliterarũ sunt ad intelligentiã Dei, vt mẽdaciter dicitis, æquum profectò nõ est, signa ei, q̃ significat̃ in honore præferre: neq; em̃ si quis regis scribat nomẽ, in turo præferret regi, sed ob id facinus iudiciũ damnationis excipiet, licet literę, quę regis nomen efficiunt, ipsius arte formatæ sint. Ita & vos siquidem integra ratione vigeretis, nunquam huiusmodi diuinitatis indicia ad materiam deiecissetis, ne sculptile quidem sculptori homini anteferetis. Nam si (vt dicitis) literarũ instar ista Dei præsentiam signant, atque ideo, acsi Deum significantia diuinis dignа censentur honoribus, certè, qui ea sculpsit, eisq; effigiem dedit, rursus enim id repetam, artifex multò magis hos prometebatur honores, quippe, qui illis longè valentior est atque diuinior, quum pro eius arbitrio secta illa fuerint, atque formata. Si igitur literæ sunt dignæ miraculo, quanto ille, qui eas scripsit, propter artem, atque animæ disciplinam admiratione præcellit. Constat igitur ex his deos appellandos non esse. Rursus eos percunctari libet, qui huiusmodi vesanię addicti sunt. Cur quæso, simulacra hisce formis insculpitis: Si enim quia humana sit Deus effigie, idcirco hominis liniamenta formatis, cur mutorum quoque animantium illi figuras imponitis: Sin autem brutorum animaliũ insignitus est specie, cur illi rationalium effigiẽ imponere maluistis: Quòd si vtrũque simul est, & ex vtriusq; compositis intelligitis Deum, q̃ scilicet irrationalium ac rationalium præferat formas, quid coniuncta disiungitis: brutorum q̃ & hominum liniamẽta distinguitis: nec illum semper ex vtrisq; cõponitis. Cuius nõ sunt illa fabulosa figmenta Scylla, & Charybdis, & Hippocentaurus, & apud Aegyptios Cynocephalus latrator Anubis: Oportebat em̃ vt ipsos solos sic gemina effigie pingi, vt si forma illis vnica est, non alia quoq; in illorũ ignominiã fingi. Rursum si masculæ sunt eorum formæ, cur fœmineas quoque illis effigies addunt: Si autem fœminæ, quid falsò masculinas imponunt: Sin verò vtrunq; simul sunt, quid est quamobrem connexa disiungunt: Non em̃ hac ratione dirimi ista, sed cõiungi debuerũt, vt fierent illorũ dij Hermaphroditi. Ne non solã impietatem & improbitatẽ, sed risum quoq; cernẽtibus, tã fœda superstitio illorum

Mercurij apud Aegyptios colitur

A rum exhiberet. Certè si corporea omnino specie deum esse arbitrãtur, vẽtremq; illi & manus, ac pedes, ceruicemq;, & pectus, & genitalia humano more mẽbra circundare non verentur, vide ad quæ impietatis prærupta illorũ mens deoluta est, quæ talia de Deo cogitare nõ metuit. Sequetur em̃ necessariò, vt alia quoq; corporeæ imbecillitatis pati dicatur, si circunscribatur hominum instar varietate membrorum, vt scindi possit ac diuidi, & rursus ex toto interire. Atqui hęc, & huiusmodi in Deum non cadere, quis tam demens, quin videat? Sunt em̃ terrenorum corporum propria. Deus enim incorporeus est & incorruptibilis, immortalis, æternus, nulliusq; omnino indigens. Hęc autem & corruptibilia sunt, & corporum liniamenta, quæ & humana ope, atq; arte opus habent. Nam sæpenumero cernimus ea, cùm fuerint vetusta, renouari. Et quę vel ęui diuturnitas, vel pluuia, vel animal quodlibet fortè violauit, ea denuo fingi. Qua ex re meritò quiuis illorum carpet amentiam, qui eos prędicant deos, quorum ipsi autores instauratoresq; sunt, & quos ipsi ingenio & arte componunt, atq; ne defluant fir miter statuunt, ab eis salutem petunt, quos q; non ignorant sua indigere prouidentia & cura, de his ipsi quę sibi sunt necessaria, postulant, & quos paruis ædibus includunt, eos cœli ac terræ totius dominos dicere non erubescunt. Non aũt ex his solum impietatis illorum scelus animaduertere possumus, verùm & ex eo quod dissona sit illorum de simulacris variaq; sententia. Si enim sunt ipsi dij, vt adserunt, qui de his philosophantur, cui ex his adhærebimus, aut quem maioris autoritatis arbitrabimur, vt Deum securi & confidentes adoremus, agnoscentesq;, qui verè Deus sit, nihil hæsitemus? Non enim ijdem apud omnes appellantur dij, sed quot per orbem nationes sunt, tot ferè fingũtur dij. Et sæpe fit, vt vna regio, & eadem ciuitas, in huiusmodi simulacrorum cultu aduersum se magna seditione dissideat. Nempe enim Phœnices Aegyptiorum deos penitus

B nesciunt: Aegyptijq; itidem Phœnicum simulacra ignorant. Scythæ itidem Persarum, & Syrorum Persæ non suscipiunt deos. Pelasgi quoque Thracum sacra repudiant, Thracesq; Thebanos ritus cultúsque ignorant. Indi præterea aduersus Arabas, & Arabes cõtra Aethiopas, hiq; ipsi aduersum se de religione dissentiunt. Syri etiam Cilicum deos minimè adorant, Cappadocúmque genus deos alios nominat. Sed & Bithynij alios, & alios Armenij sibi finxere. Et quid me necesse est multa memorare? Epirotæ alios quàm qui insulas habitant, hique ipsi alios quàm Epirotæ deos venerantur. Denique omnis fermè ciuitas, omnis pagus finitimorum nesciens deos, præfert suos, hosque solos cæteris præfert. Aegyptiorum sacra, sacrilegia nihil referre opus est, cùm sint ante oculos omnium, vt scilicet aduersum se vrbes omnes de religione dissideãt. Studeant veluti dedita opera contraria sibijnuicem, qui sunt finitimi, colere. Nempe enim crocodilus apud alios vt deus adoratur, vicinis alijs abominatio existimatur. Leo item, qui apud alios pro Deo colitur, non solùm à proximis ciuitatibus minimè suspicitur, verum etiam si ab his reperiatur, vt belua immanis occiditur. Piscis etiam, quem alij vt Deum venerantur, ab alijs in cibum licenter assumitur. Hinc apud illos & bella, & seditiones, & inuidiæ occasiones, omnisque perturbatio, & voluptas viget. Quódque mirum sit, Pelasgi (vt tradunt qui ista scripsere) quum ab Aegyptijs deorum nomina cultusq; didicerint, Aegyptiorum deos ignorantes, alios quàm illi colunt. Cunctarúmque prorsus gentium, quas idolorum vesanus detinet cultus, aduersa secúmque dissidens est de religionis sententia, vt neque apud eosdem, eadem inueniatur. Et meritò id quidem. Nam quum ab vnius ac veri Dei intelligentia delapsi sint, atque à vero patris verbo saluatore omnium Christo defluxerint, mentem iure habent in multa variáque distractam. Et quemadmodum hi qui auersati solem, quum per ob

ali. Bithinici

Leo apud Aegyptios pro deo colebatur

ſcura oberrant loca, plurimos anfractus itineris circumeundo conficiũt, & cùm præſentes non videantur, eos qui non adſunt, quaſi præſentes conſpicantur, videntésque non vident. Ita & qui auerſi à Deo animæ incurrerint tenebras, animo nutante ſunt, ac ſemper ambiguot & quæ non ſunt, veluti ebrij & non videntes, conſpicantur. Sunt autem profectò iſta ſummæ illorum impietatis, perquã euidens apertũmque documentum. Nam quum ſint varij ac diuerſi per regiones ſingulas ac ciuitates dij, & alter tollat alterius deos, omnes ab omnibus vnà tolluntur. Qui enim apud alios cenſentur dij, deorum quos alij colunt, ſacrificia fiunt atque libamina, aliorũmque item hoſtias, alij pro dijs venerantur. Aegyptij bouem & apim, qui eſt vitulus colunt, hos Iouí alij litant. Etſi enim non eos ipſos, quos illi fecere deos immolant, quum autem ſimilia mactent, eadem mactare videntur. Libycí arietem, quem Ammonem vocant, Deum habent. Ac hic ab alijs in deorum ſuorum victimam ceditur. Indí Liberum patrem adorãt, ipſum ſignanter vinum appellantes, hoc autem alijs cæteri libant. Alij fontes atque amnes, & Aegyptij in primis, præferunt, ac deos prædicant. Cæteri tamen illícque ipſi religioſi cultores Aegyptij, & ſuas, & aliorrum ſordes vndis diluunt, & quod ex his reliquum fuerit, cum execratione proijciunt. Tota fermè Aegyptiorum cultura, aliarum gentium dijs ſacrificium eſt, vt ab illiſipſis rideantur, quòd non deos, ſed quæ ſunt aliorum, & ſua purgamenta & ſacrificia diuinis proſequantur honoribus. Iam verò quídam in id impietatis veſaniæque deciderunt, vt ipſos quóque homines, quorum colunt figuras atque formas, falſis dijs ſuis mactent & ſacrificium offerant. Nec animaduertunt felices eas, quæ à ſe litantur hoſtias, primitiua eſſe exemplaría deorum, qui ab ipſis effecti ſunt, & adorantur, & quibus offerunt homines. Similia enim fermè ſimilibus, imò longè præſtantiora deterioribus immolant. Animata enim inanimis mactant, & rationalia ſtolidis offerunt. Scythæ denique illi, qui tauri vocantur, deæ quæ ab illis virgo dicitur, eos qui naufragia euaſerint, & quoſcunq; ceperint Græcorum victimas offerunt. Adeo aduerſus naturæ ſuæ ſocios homines impiè ſæuiunt. Ac per id deos ſuos feros atrocésque denunciant, vt quos prouidentia marinis periculis eruit atque ſeruauit, hos illis immaniter iugulent. Hi profectò cõtra prouidentiam aperta feruntur inſania, qui illius beneficium animi ſui feritate nituntur obruere. Alij quum ex bello victores rediere, quos ceperint ex hoſtibus, in centenos diuidentes Marti, quotquot ex numero illo centenario eligunt, mactant. Neque ſanè Scytharum ſolùm id facinus eſt, qui barbarica naturali feritate aguntur. Sed ſimulacrorum dæmonũmque nequitiæ proprium eſt. Nam & Aegyptij Iunoní dudum huiuſmodi victimas cedere ſoliti ſunt. Sed & Phœnices & Cretenſes Saturnum immolatis filijs placant. Priſci quoque Romani Iouem Latiarium mactatis venerabantur hominibus. Atque aliter alij, omnèsque pariter & inquinabantur, & inquinabant. Id quidem quod cædes perpetrarent, hoc autem quòd ſua delubra hiſce nidoribus victimisque polluerent. Hinc iam profectò hominibus malí multum adiectum eſt. Cùm enim cernerent his deos ſuos oblectarí, continuo & ipſi ſeſe ad imitandum eos contulerũt, virtutis ſuæ intereſſe arbitrantes, præſtantiores, vt ipſi putabant, imitari. Vnde homicidijs ac parricidijs, omnibusque laſciuijs dedere manus. Nam omnis fermè ciuitas omnibus nequitiæ ſordibus plena eſt, dum ſtudẽt deorum ſuorum moribus ſimiles fieri. Neque inter idolorum cultores frugí aliquis ac pudicus eſt. Iſq; ſolum laudatur, qui omnes impudicitiæ ſuæ teſtes habet. Denique Phœnices mulieres, olim quum ſacra dijs ſuis facerent, ſeſe palam proſtituebant. Huiuſmodí corporum ſuorum fœdo mercimonio deam ſuam ſe placare arbitrantes, & per hæc ſcelera propitiam facere. Viri quoque ſexum ſuum abnegãtes,

Aegyptij bouem colunt

In Libya aries colitur

Scythę populi ſeptẽtrionales

C

D

nec

A hęc iam mares se esse recolentes, muliebrem molliuntur in sexum, vt ex his gratificentur, honoresq; deferant deum matri, omnesq; pariter fœdissimè viuunt; ac in deteriora quotidie certatim feruntur. Et sicut ait Christi summus ille minister Paulus: Mulieres eorum immutauerunt naturalem vsum, in eum, qui cõtra naturam est. Similiter, & mares omisso naturali vsu fœminæ, exarserunt in concupiscentia sua in alterutrum, masculi in masculos turpitudinem operantes. Enimuero illi dum hæc & his similia faciunt, confitentur eos quoque, quos appellant deos huiusmodi fuisse vita. Nam ab Ioue quidem stuprationes puerorum atque adulteria. A Venere autem fornicationem, à Rhæa impudicitiam, à Marte cædes, aliáque ab alijs didicerunt, quæ Romanæ leges seuerissimè puniunt, pudicisque omnibus in execratione sunt. An verò dignum est eos arbitrari deos, qui talia faciunt, an non magis brutis longè stolidiores? Ergóne qui eos colunt, homines existimandi sunt? & non potius, vt mutis & inanimatis multò deteriores miserandi? Nam si sensum animæ suæ cogitarent, nunquam profectò in hæc tam proni decidissent, verúmque Deum Christi patrem denegassent. Enimuero, quid illi dicturi sunt, qui istos ratione transcendunt, creaturæque vehementer affixi sunt, reueriti tam euidentia execrationis indicia, reprehensibilia ista & nefaria omnino esse, nec ipsi negabunt. Cæterùm illam sibi superesse inuictam irrefragabilémque rationem existimabunt, quod mundum ac mundi partes venerantur. Gloriabuntur enim, vt qui non lapides, non ligna, figuráque hominum & mutorum animalium, volatilium, serpentium, quadrupedúmque colant, sed solem & lunam, cunctúmque ornatum cœli: Terram item omnémque liquidam fluidámque naturam venerentur, dicentq; non esse possibile, vt quis hos nõ esse naturaliter deos veris rationibus probet. Cùm B constet omnibus, ea neque muta esse neque irrationalia, sed humanam superare naturam, quòd in cœlis alia, alia in terris sint. Libet autem ista quoque intueri ac perscrutari. Nam in his quoque veram contra eos rationem inuenire perfacilè poterimus. Verùm antequam ad argumenta veniamus, iuuat creaturam ipsam contra illos citare testem, clamantem quodammodo, & autorem opificémque suum Deum patrem domini nostri Iesu Christi apertè prædicantem, quem inepti isti sapientes auersantur, quum ab eo conditam adorẽt creaturam, ac diuino honore prosequantur. Ipsam, inquam, creaturam adorantem & confitentem dñm, quẽ illi sua causa denegant, aduersus illorum amentiã citabimus. Ita eñ homines eius partiũ admiratores, easq; deos arbitrãtes, ipsarũ ad inuicem consensus atq; vsus ritè admonebit. Nempe eñ hęc ipsa constantia prędicat, insinuatq; patrẽ verbi suũ esse opificẽ ac Deũ, dũ absq; vlla contradictione ipsius paret imperio. Sicut diuina quoq; lex admonet, dicens: Cœli enarrant gloriã Dei, & opera manuũ eius annũciant firmamentũ. Necq; verò obscura est ea rerũ fides, sed aperta valde atq; cõspicua his, qui mentis oculos non penitus excæcatos habent. Nam si quis creaturæ singulas assumens partes, eas seorsum accipiat, veluti verbi gratia, solem per se tantũ lunamq; seorsum, & terrã itidem & aerem & calidam ac frigidam, & aridam humidamq; substantiam diuidens à connexu, ac iunctura mutua, singula seorsum sumat, separatimq; dispiciat, inueniet profectò nil ex his per se sibi posse sufficere, sed omnia sui mutuo egere, & suo vicissim vsu auxilioq; constare. Nam sol quidem vnà cum cœlo omni circunfertur, intusq; continetur, illiusq; nunq; excedit orbes. Luna item & reliqua sidera lucentia testantur, quid eis auxilij à sole proueniat. Tellus item absque pluuijs fruges profectò non germinat. Pluuiæque itidem sine ope nubium, nunquam humum funderentur. Ne nubes quidem absque aere per se apparere vel constare possent. Aer quoque non à seipso, sed ab æthere incenditur, & à solis fulgore il-

Non idolorum cultus sed diuinis operibus esse debẽt addicti Christigenæ.

lustratur: & fontes & flumina nunq̃ sine humo cõsisterent. Humus itẽ nõ ex se ipsa solidata est, verũ super aquarũ substantiam firmata cõsistit contineturq̃, & ipsa intra suos terminos medio scilicet orbe connexa. Mare quoq̃, & qui extrinsecus omnem terram alluit oceanus magnis ventis agitatur, & fertur quocunque illum ventorum vehemens impulerit vis. Venti quoque ipsi, vt tradunt, qui de rerum scripsere naturis, non in seipsis, verùm ex incensione & caliditate ætheris ad aerem, in ipso consistunt aere, ac per ipsum vbique spirant. Quid de quatuor elementis dicere necesse est, ex quibus natura corporum constat, calida scilicet, ac frigida, sicca, humidáque substantia? Quis tam vecors & ita stolidus animi est, quin sciat hæc simul quidem coniuncta constare? Disiuncta verò seorsum singula sibi mutuo inferre perniciem, vincente semper quod in his abundauerit magis? Nam calidum vi maioris algoris extinguitur, & frigidum maiore vi calotis euanescit. Aridumq̃ ab humore liquescit, humidumq̃ siccatur a arido. Ita ergo quo pacto dij erunt, quæ ope sua mutuo indigent? Aut qua ratione ab his aliquid petendum est, quum ipsa ab se inuicem auxilium petant? Si enim quum de Deo agitur, is demum nullius egens, sibíque sufficiens, ac seipso plenus, in quo vniuersa consistant, quíque ipse omnibus tribuat esse diffinitur, quomodo solem & lunam, ac reliquas creaturæ partes, quæ huius modi non sunt, indigéntque foueri mutuo, deos appellare fas est? At forassis diuisa seorsũmque accepta, egena esse & ipsi fatebuntur, quum eius rei euidens probatio ante oculos sit. Simul verò connectentes omnia, & quasi magnum aliquod conficientes corpus, id totum Deum esse dicent. Nam quum constiterit totum, nulla iam singulis extrinsecus necessitas erit, Sed totum sibijpsi sufficere ad omnia adserent, qui se sapientes existimant. Atque hinc quoque conuincentur, atque hæc ipsa ratio impietatem ipsorum, summámque imperitiam non minus quàm priora declarabit. Si enim coniuncta singula totum implent, totúmque ex singulis cõstat, totum ergo ex partibus constat, & vnumquodq̃ pars totius est. Hoc autem ab his, quæ piè de Deo sentiuntur, longissimè remotum est. Deus quippe non partes, sed totum est. Neque ex differentibus constat, sed ipse autor est ſ constantiæ omnium. Iam verò inspice, quantum impietatis aduersus Deum, qui ita loquuntur, enunciant. Si enim ex partibus constat, omino videbitur sibijpsi dissimilis: quippe qui ex dissimilibus perficiatur. Nam si sol est, luna non est: & si luna est, terra non est. Si autem terra est, non erit mare. Atque ita per singula accipiens, quàm sit hæc eorum ratio impia & inepta, reperiet. Hoc vero ex humano item corpore colligens quispiam, horum merito amentiam carpet. Sicut enim oculus auris non est, neque auris manus, neque venter pectus: neque item ceruix est pes, sed horum quodque suum implet munus, & ex his differentibus vnum consistit corpus, coniunctas ad vsum sui habens partes. Disiunctas, vbi tempus aduenerit, quando natura, quę coniunxit ista diremerit, pro diuinæ voluntatis imperio. Ita (sed det sermoni veniam summus ipse Deus) si creaturæ partes in vnum connectentes corpus appellant Deum, necesse est ipsum quidem in se sibi esse dissimilem, vt supra docuimus, diuidíque rursus pro natura partium, quę vt diuiderentur, acceperunt. Præterea, ex ipsius quoque contemplatione veritatis arguenda illorum impietas est. Si enim incorporalis est Deus per naturam, nec visui, nec tactui subiacens, quo pacto Deum corpus autumant, & quæ obtutibus patent, manibúsque contrectantur, diuinis honoribus colunt? Rursúmque, si vt vera docet ratio, Deus summe potens est, nihilq̃ ipsum tenet, sed ipse tenet omnia, omnibusq̃ dominatur, quomodo qui creaturæ diuinos honores deferunt, tam stolidi sunt, vt non animaduertant ipsam ab hac diuinæ diffinitionis norma seclusam? Vbi eñ sol

sub

Deus sibi ipsi sufficiens.

al. consistentiæ

Corpus ex suis partibus constat

Alter alterius sensus non fungitur officio

A subterram abijt, lucem terra ne videatur obducit, lunamq; interdiu sol claritate
suæ lucis extinguit. Terræ item frugibus grando sæpius nocet. Ignisque si vsp-
am succensus sit, aquarum inundatione restinguitur. Atque nunc quidem hye-
mem arcet verna temperies. Nunc ver ipsum æstas non linit transgredi limites
suos, ipsámque rursus, ne suas excedat temporis metas, coercet autumnus. Igi-
tur si dij essent, par erat eos non ab inuicem separari, neque subduci, sed secum
vnà semper esse, beneficiáque pariter inferre communia. Oportebat solem at-
que lunam, & reliquum astrorum chorum, noctu atque interdiu lucere simul,
cunctáque ab illis vnà illustrari. Aestatem quoq; simul & hyemem, autumnum
& ver oportebat indifferenter eodem constare tempore. Mare miscri fonti-
bus, communéque præbere omnibus poculum. Oportebat serenum, vento-
rúmque flatus vnà fieri, ignémque & aquam simul communem, & vnum mor
talibus præstare vsum. Nullus enim ex eis, quando dij iuxta eos sunt, lædi po-
tuisset. Nihil quippe illi noxium, sed vtilia cuncta moliuntur. Cæterùm, si ista
fieri possibile non est, quod ea sibijnuicem contraria sint, quomodo sibi con-
traria & repugnantia, nec simul constare valentia, deos appellare fas est, aut di-
uinis obsequijs colere? Porrò, quæ aduersum se mutuò per naturam dissona
sunt, ea quo pacto petentibus pacem, præstabunt, aut erunt eis concordiæ præ-
sules. Igitur neque sol, neque luna, neque alia quælibet creaturæ portio: mulroq;
minus quæ in auro & lapidibus & materia reliqua sunt sculpta simulacra, ne illi
quidem, quos poetæ fingunt, Iupiter, Apollo, & cæteri dij meritò dicendi sunt,
vt vera ostendit ratio. Sed hæc partim creaturæ portiones sunt, alia inanimata
noscuntur, alia homines tantùm fuere mortales. Quocirca & huiusmodi reli-
gio, deorúmque fictio non pietatis esse, sed iniquitatis planè ac rotius impie-
tatis inuectio, ingentisque erroris argumentum, ex vnius ac solius veri Dei pa-
E tris domini nostri Iesu Christi scientia innotuit. Quoniam igitur ita se res ha-
ber, probatúmque est eam, quæ apud gentiles est, simulacrorum culturam, im-
pietatis omnino esse plenissimam, neque ad vtilitatem, sed ad summam perni-
ciem fuisse humano generi inuectam: Age iam sicuti initio promisimus, detec-
tis & confutatis erroribus, veritatis peragamus viam, conremplemúrque du-
cem & conditorem rerum, patris verbum, vt per ipsum eius etiam intelligamus patrem. Sciántque Gentiles quantum se à veritate detorserint. Ea quidem
quæ præmisimus, nihil aliud quàm error humani generis fuisse, conuicta sunt.
Porrò, veritatis via ad eum, qui verus Deus est, diriget. Ad eam verò cogno-
scendam, & exactissimè intelligendam, nullius extra nos positæ rei opem ne-
cessariam habemus. Neque sicuti Deus ipse super omnes est, ita & via, quæ ad
illum ducit, longè vel extra nos sed intra nos est, atq; initiũ à nobis inuenire pos-
sibile ducimus. Quemadmodum & Moyses docuit, dicens: Verbum fidei intra
cor tuum est. Quod & saluator sua autoritate confirmans: Regnum, inquit, Dei
intra vos est. Intus igitur in nobis fidem ac regnum Dei habentes, celeriter in-
spicere & intelligere possumus, omnium regem salutare patris verbum. Nec est
sanè, cur occasiones præferent gentiles idolis seruientes, aut alius omnino quis-
piam seipsum fallat, quasi hanc non habeat viam, atque ideo excusationem suæ
impietatis inuenisse se putet. Omnes enim profectò hanc ingressi sumus & ha-
bemus, etsi non omnes illam pergere instituunt. Sed prętergressi eam secus trã-
ire malunt, ob eas, quę se exterius pelliciunt, blandas seculi voluptates. Quòd si
quis interroget, quænam ista sit, vniuscuiusque esse animam dixerim, atque in- Deus anima rãtum intelligi ac videri potest
sitam illam intelligẽtiam. Per ipsam enim solam Deus inspici & intelligi potest.
Nisi fortè sicuti Deum negauerunt, ita animam quoque se habere impij inficia-
buntur, iustius id quidem q̃ cætera. Neque enim eorũ est qui sensu prędi ti sint,
negare

negare autorem ſuum & opificem Deum. Quod igitur vnuſquiſq; hominum C
animam, eamq; rationalem habeat, ſimpliciores quoſq; paucis docendum puto ob id in primis, quod non deſunt hæretici, qui & iſtud negent, arbitrantes nihil eſſe hominem, niſi apparentem corporis ſpeciem, vt hoc oſtenſo, apertius deinceps aduerſus idola, euidentiusq; documentum habeam. Primū itaq; illud haud exiguum argumentum eſt, rationalem eſſe hominis animam, quòd per eam ab irrationalibus differat. Idcirco enim illa irrationalia vocare conſueuimus, quòd humanum genus ratione ſit præditum. Deinde illud quoque ad hoc non parum valet, quòd ſolus homo, quæ ſunt extra ſe poſita cogitare, & abſentia verſare animo queat. Itémque ratiocinari, diſcretionisque iudicio, quod præſtet eligere. Nam bruta quidem ſola cernunt præſentia, & ad ea tantum appetenda feruntur, quæ oculis ſubiacent, quamlibet illa in poſterum noxia ſint. At homo non ad ea quæ conſpicit, impetu ducitur, ſed quæ oculus hauſerit, ratione dijudicat. Sæpenanque appetitum ratione continuit, & cogitans, denuo recogitauit, nullúsque eſt veritatis amicus, quin ſentiat differre plurimum à corporis ſenſibus intelligentiam hominum. Idcirco nempe ipſa quòd aliud ſit, efficitur ipſorum ſenſuum iudex, & quæ illi adſumunt, iſta dijudicat & reminiſcitur, eíſque quid ſit melius, indicat. Nam oculi quidem ſolius videre eſt, audire aurium, oris guſtare, narium percipere odores, & manuum tangere. Verùm quæ videre oporteat, quæ audire, guſtare, olfacere, contingere, non ſam ſenſuum munus eſt, ſed animæ, rationísque diſcernere proprium eſt. Quippe, & gladium poteſt manus accípere, & venenum guſtare os. Sed neſcit quòd iſta noceant, niſi animi dictitante iudicio. Videturque hoc, vt id interim in imagine inſpiciamus, lyræ eſſe ſimile, concinnæ, ac bene diſpoſitæ, & muſico illam cum diſciplina tenenti. Sicut enim in fidibus lyræ quælibet ſonum habet proprium, alia grauem, acutum alia, & alia medium, alia acuti tenoris, & D
alia alium, eſtque illarum indiſcreta concinentia, difficilíſque ſine arte diſcerni. Tunc enim earum & concentus oſtenditur, & recta connexio, quum is, qui continet lyram, peritè percuſſerit chordas, & congruè quamque tetigerit. Eodem modo & ſenſibus in corpore lyræ inſtar aptatis, quum illis perita mens præeſt, tunc & animæ quid agat, quídve operetur, diſcernit, & nouit. Hoc autem eſt tantum hominum proprium, hoc humanæ animæ ac rationalis inſigne, quo illa viens, à brutis animalibus differt, atque indicat ſe aliud eſſe, quàm quod in corpore cernitur. Sæpe denique homo in terra conſtitutus, cœleſtia rimatur & conſpicit. Sæpe item quieſcente corpore & dormiente, domo agitatur interius, & quæ ſunt extra ſe cernit. Profectus loco atque ambulans, & notis, & familiaribus obuians, ac per hæc diurnos actus ſuos crebrò diuinans, vt ſic dixerim, atque prænoſcens. Hoc autem quid aliud eſt, quàm rationalis anima, in qua homo cogitat, & conſpicatur quæ ſupra ſe ſunt? Sed enim illud quoque certum erit aduerſus eos argumentum, qui adhuc ſe ad ſtoliditatis & imprudentiæ plenam rationem conuertunt. Quo enim pacto, quum ſit corpus mortale per naturam, homo verſat animo immortalitatem, ac virtutis gratia, mortem ſibi ſæpe conſciuit? Aut quomodo quum ſit corpus temporale, homo tamen conſpicatur æterna, ſpretisque præſentibus, ad illa deſiderium transferat? Corpus nempe ipſum nunquam talia cogitaret, neque ea, quæ extra ſe ſunt poſita voluerett mortale enim & temporaneum eſt. Aliud igitur ſit, neceſſe eſt, quod contraria, & præter naturam corporis cogitat. Quid ergo illud eſt niſi rationalis, immortalisque anima? Ipſa etenim non intrinſecus planè, ſed extrinſecus, ſicuti lyræ muſicus, meliora corpori dictat & inſonat. Rurſus verò, qua ratione oculus quum per naturam videat,

Hominis & brutorum diſcrimen

A deat,& auris audiat,alia quidem refugiunt,alia eligunt? Quis oculum ne videat cohiber,auremq; arcet auditu? Quis gustu ad officia sua naturaliter pronum à naturali appetitu sæpius continet? Quis manum ad tangẽdum efficta m,quiddam conringere sæpius prohibet? Quis item olfactum ad percipiendos odores inhianrem,à suo interdum auertit munere? Quis ista contra naturalia corporis agit officia? Aut quomodo naturæ suæ corpus oblitum,ad alterius consilia vertitur,atq; ad illius regitur nutum? Ista profectò nihil aliud indicant,q̃ rationalem animam præesse corpori. Neque enim seipsum corpus agere solet,sed ab alio & agitatur & fertur. Sicuti ne equus quidem semet subiugat,sed à rectore vi potestatis impellitur. Idcirco denique & leges hominibus bona quidem agere, malaq; declinare iubent,brutis verò bona,malaq; discernere,datum non est,quippe quæ sunt mentis ac rationis expertia. Igitur inesse hominibus rationalem animam ex his,quæ prædiximus,constare puto. Quòd autem illa immortalis quoque sit,id quoque necessario in doctrina ecclesiastica sciendum,pro confutationis idolorum certo argumento. Porrò huius rei notio è vicino petenda est,ex agnitione scilicet corporis,& ex eo quod à corpore differat. Nam si illam ratio aliud esse quàm corpus ostendit,est autem corpus natura mortale, quum non sit anima naturæ corporeæ,necesse est hanc contra quam corpus esse immortalem. Rursum si mouet anima corpus, vt patuit,nec ab alijs ipsa mouetur,sequitur,quum à seipsa moueatur anima,etiam corpore posito,à se rursus illam moueri. Non enim anima est,quæ moritur,sed recedente illa,corpus extinguitur. Igitur siquidem ipsa moueretur à corpore,consequens esset,vt eo quod mouebat recedente,ipsa moreretur. Si autem anima mouet corpus,multo magis necesse est,ipsa se moueat. Ea verò si à seipsa mouetur,necessariò & post mortem corporis viuit. Quippe motus animæ nihil est,quàm vita ip-

B sius. Sicuti videlicet,& corpus tunc viuere dicitur,quando mouetur,& tunc mori,quum à motu quieuerit. Hoc autẽ & ex effectu eius cũ est in corpore, manifestius cernitur. Si enim & quum accessit ad corpus,ipsi quoque connexa,non ad corporis modum contrahitur,siue redigitur,sed illo sæpius in lectulo cubante,ac veluti in morte quiescente,ipsa naturali vi sua vigilans,naturam corporis transilit,& veluti eius soluta nexibus quum persistat in corpore,quæ super terram sunt,conspicatur & videt: sæpe verò & his,qui à terrenis corporibus remoti sunt,sanctis atque angelis fruitur,atque ad eos per animi mundiciam penetrat,quo modo non multò magis absoluta corpore, quando is,qui eam sibi colligauit,voluerit Deus,euidentiorem intuita est, immortalitatis notionem? Si enim etiam connexa corpori,extra corpus agebat vitam,quanto magis & post mortem corporis viuet,neque vnq̃ viuere desinet Deo iubente,qui sic illam condidit per verbum suum dominum nostrum Iesum Christum. Ideo denique immortalia & æterna sentit & cogitat,quia immortalis est. Et sicut mortalis corporis sensus non nisi mortalia cernunt,ita immortalia videntem & cogitantem animam necesse est immortalem esse ac semper viuere. Nanque immortalitatis cogitationes & intelligentiæ,nunquam ipsam deficiunt manentes in ea,veluti fomenta ignis in ea veritatem immortalitatis excitantes. Idcirco denique & diuinæ speculationis habet notionem,ipsaq; sui efficitur via,non extrinsecus,sed ex seipsa Dei verbi scientiam & intelligentiam sumens. Dicimus ergo sicut & antea diximus. Huiusmodi homines sicuti Deum negauere & inanimata venerantur,ita & rationalem se non habere animam existimantes,ex eo iam suæ dementiæ pœnas expendere,q̃ inter bruta numerantur. Atque ideo,vt inanimes simulacra vana superstitione colentes,dignos miseratione esse,alienoq; regimine. Quòd si se animam habere dicunt,ac

Legibus homines reguntur, vt bona sectentur, a malis verò refrenãtur

Motus animæ est, vita ipsa q̃ anima.

de illius

de illius ratione gloriantur, quid quasi non habeant animam, rationi contraria C
moliuntur, & quæ non conuenit sentiunt, meliores seipsos Deo quoq; facientes.
Quum enim immortali sint anima, neque sibi visibili, Deum his quæ videntur & mortalia sunt, assimilare præsumunt. Cur autem sicuti à Deo recesserunt, sic ad illum non rursus confugiunt? Possunt enim quemadmodum à Deo auersi sunt animo, & quæ non sunt, finxere deos, ita ratione mentis ascendere, rursusque ad Deum conuerti. Possunt, inquam, ad Deum conuerti, si quas induerunt totius concupiscentiæ sordes deponant, ac se tam diu lachrymis abluant, quoad omne quod alienum inhęserat animæ, deserant, ipsámque solam vt condita est, purámque nitantur ostendere, vt sic demum in ea speculari verbum patris, ad cuius imaginem ab initio facti sunt possint. Ad imaginem enim & similitudinem Dei factus est homo, vt scriptura diuina significat, quæ dicit ex persona dei: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Vnde & cum omnem adiectam sibi peccati labem ab se diluerit, purámque in se & integrã Dei seruarit imaginem, meritò iam illustrata veluti in speculo verbum inspicit imaginem patris, atque in ipso patrem, cuius est saluator imago, speculatur. At verò si minus sufficit animæ magisterium, ob ea quæ extrinsecus illius intelligẽtiam turbant, ne videat quid præstantius sit, possumus, & ex his quæ videntur, notionem Dei comprehendere: Creatura literarum instar per ordinem, & congruentia sua dominum, opificémque suum significãte & clamante. Quippe cùm sum mè bonus ac benignus Deus sit, curámque habeat conditarum à se animarum, quia inuisibilis per naturam & incomprehensibilis est, omnémque conditam substantiam transcendit, atque ideo humanum genus, consequi illius intelligẽtiam notionémque non poterat, quòd hæc ex non existentibus sint, ille autem æternam substantiam habeat, huius rei gratia Deus creaturam verbo suo ita distinxit atque composuit, vt quia ille est natura inuisibilis, vel ex operibus agnoD
sci mortalibus posset. Sæpe enim artifex ex operibus etiam cùm non videtur, agnoscitur. Sicuti autem de sculptore Phidia traditur, quòd ipsius opera ex commensione quadam, & membrorum adinuicem proportione, absentẽ quoquè Phidiam cernentibus indicent, ita & ex mundi ordine & ratione constanti, huius autor & conditor Deus intelligi debet, & si corporeo non cernitur intuitu. Non enim inuidit nobis inuisibilem naturam suam Deus, ne quis id possit obtendere, aut se hominibus omnino dimisit incognitum. Verùm, vt prædixi, creaturã ita dispositi, vt & si ipse in sua natura videri non possit, ex operibus tamen possit agnosci. Neq; ego istud à meipso nunc loquor, sed quæ à theologis viris dicta, refero. Quorum vnus Paulus ad Romanos quidem scribens, ita ait: Inuisibilia enim eius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Lycaonibus verò contestans, dixit: Et nos homines sumus similes vobis passibiles annunciantes vobis, vt ab inanibus conuertamini ad Deum viuum, qui fecit cœlum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt. Qui in præteritis generationibus permisit omnes gentes ire vias suas, quamuis non sine testimonio reliquit seipsum, benefaciens de cœlo vobis, dans pluuias & tempora fructifera, implens cibo & lętitia corda vestra. Quis enim intuens cœli ambitum, & solis ac lunæ ordinatissimum cursum, aliorumq; siderum positiones ac circuitiones, ortus atq; obitus, quæ cùm contrario motu ferantur ac vario, in ea tamen differentia similem simul omnia ordinem seruant, non intelligit ista non se ipsa fecisse, sed alium esse, qui cuncta disponat, opificem: Quis orientem quotidie aspiciens solem, lunamq; noctu apparentem, eademq; semper incrementa, & certo dierũ numero indemutabili seruantem lege, sideráque alia discurrere, cursus suos variantia, alia nunquam vagando moueri, non statim animaduertit, quæ per naturam

Vix potest quis concupiscentiæ sordibus inuolutus ad deum conuerti.

Artifex ex opere cognoscitur.

A ram contraria sunt, connecti sibi, & concinnam habere harmoniam, puta calida frigidis, & humidis sicca misceri, neque aduersum se bella seditionesq; mouere, vnumq; simul omnia perficere corpus, non consideret extra hæc esse, qui ista coniunxit? Quis hyemem veri concedere æstatiq; ver, & autumno æstatem videt, at idq; cùm ista sibi contraria per naturam sint, quippe aliud ex his frigus, aliud calorem infert, aliudq; germina nutrit, & aliud perficit, simul tamen omnia æqualem & innocuum hominibus præbere vsum, Nec statim cogitat præstantiorem his aliquem esse, qui præstet omnibus æqualitatem, cunctaq; gubernet, & si hunc minimè videat? Quis quum videt nubes in aere ferri, atq; in nubibus aquas detineri graues, non huius opificis memoria tangitur, cuius ista imperio fiunt? Quis item intuens terram ipsam natura grauissimam insidere aquis, ac supra fluidam materiam suam seruare firmitatem, non agnoscat esse aliquem, qui ista ordinauerit & fecerit Deum? Quis quum aspicit humum fruges suis ferre temporibus, & imbres cœlitus demitti, inundare flumina, fonteſq; profluere, animalia item ex dissimilibus nasci, istaq; non semper, sed statutis quæq; temporibus fieri? Quis, inquam, in his, quæ dissimilia & contraria sunt, æqualem ac dissimilem perfici ordinem attendit, nec continuo cogitat vnam esse virtutem, quæ ista distinguat atque disponat? Hæc enim per se nunquam profectò consisterent, aut apparere possent, quòd naturaliter sibi inuicem contraria sint. Nam aqua natura grauis est, & ima petit, nubes contra leues, & superna semper appetentes, & tamen graviores aquas ferri nubibus cernimus. Terra itidem grauissima est, vt ea aqua sit leuior, ab his tamen quæ leuiora sunt, quod est grauius fertur, neque dilabitur, sed stat immobilis terra. Masculus item non idem quod fœmina est. Vtrunque tamen in vnum cogitur, & ab vtriſq; generatio vna conficitur similis animantis. Atque, vt breuiter dixerim, calido contrarium est frigidũ, B humidumq; sicco repugnat, vbi ẽ simul conuenere non secũ dissident, sed consensu mirabili vnum corpus, omniumq; generationem perficiunt. Nunquam igitur quæ sibi per naturam contraria & repugnantia sunt, in vnum per seipsa coirent, nisi præstantior esset ac dominus, qui illa coniungit. Cui ipsa quoq; elementa famulantur vt domino, & promptè cedunt & semper obtemperant, nec horum quodlibet suam naturam inspiciẽs alteri reluctatur. Sed agnoscunt iam iungentem dominum, concordiam ad inuicem seruant, natura quidem contraria, sed ad regentis nutum, mirabili amicitiæ coniuncta fœdere. Nam nisi præstantioris potestatis imperio facta esset omnium vna commixtio, quomodo vel graue leui, vel humido aridum, vel rotundum recto, vel calidum frigido, vel humo humor, aut lunæ sol, aut sidera cœlo, aut nubibus aer misceri, & conuenire potuissent? Cùm sit cuiusq; ad alterum dissimilis omnino natura. Alias enim fuisset horum aduersum seipsa magna dissensio. Et cùm aliud refrigeraret, aliud vreret, & graue deorsum traheret, leue sursum econtra ferret, solque illustraret, & aer obnuberet, astra quoque aduersum se dissiderent, quod alia quidem superius, alia sint inferius posita, nox item diei nunquam cederet, sed pugnare aduersus illam ac dissidere persisteret. Porrò, si sic ista contingerent, non iam mundum compositum, sed summa confusione rerum, neq; ordinem, sed temeritatem, non constantiam, sed planè inconstantiam, non modum, sed immoderationem videremus. Vniuscuiusque enim discordia & pugna, aut omnia simul tollerentur, aut id solum appareret quod superasset. Idq; rursus confusa omnia & incomposita ostenderet. Quippe solum relictum reliquorũmque vsu destinatum, hoc omne incongruum efficeret atque inconcinnum, veluti si pes solus, aut sola manus reliqua esset, totius corporis desideraretur integritas. Nã qualis quæso, mundus esset, si solus appareret sol, aut luna sola menstruum peragerẽt

Ofa certis temporibus suũ vigorẽ exercent, veluti humus fruges, ac pluuias nubes, & sic de similibus.

cursum, si sola vox aut dies sola obtineret? Quænam rursus esset congruentia, si vel cœlum solum sine stellis, vel sole stellæ sine cœlo essent? Quid verò vtilitatis afferret, si solum esset mare, vel si sola terra sine aquis aliisq; creaturæ partibus in suo iaceret situ? Qua autem ratione, vel homo appareret in terris, vel vllum omnino animal, si elementis aduersum se dissidentibus vnum ex his obtineret, neque ad corporum constantiam sufficere posset? Non enim ex solo calido, aut solo frigido, vel humido solo vel arido quippiam omnino constaret, sed essent confusa omnia, prorsus & incomposita. Ne ipsum quidem quod superare videretur, sine aliorum opitulatione constare quiuisset. Ideo quippe modo consistunt, quòd se mutuo amplectuntur, & fouent. Quoniam igitur non temeritas, sed ordo mundo inest, neque immoderatio, sed modus, neque incompositio fœda, sed honestus ornatus, mundique aptissima omnino compositio, necesse est veniat in mentem, cogitationémque nostram is, qui ista coniunxit atque connexuit, eorumq; concordiam molitus est dominus. Et si enim minimè oculis cernitur, at ex ordine magnoq; consensu eorum, quæ per naturã contraria inuicem sunt, intelligere possumus eorum principem & ducem atque regem. Sicut enim si ciuitatem ex multis varijsq; mortalibus constantem, paruulis, magnis, opulentis, inopibus, senibus, iunioribus, maribus, fœminis, ordinatè inhabitari videamus, eosq; qui intus sunt multos licet & varios in vnam conspirare concordiam, neque diuites aduersum pauperes erigi, nec magnos cõtra paruos, neque aduersum senes iuniores moueri, sed omnes simul per summam æquabilitatẽ rueri pacem. Si, inq̃, ista videamus eiusce profectò concordiæ causam, conijcimus principis esse præsentiam, & si illum minimè cernamus. Neque enim si essent plures creaturæ principes, seruari posset hic tantus rerum ordo, sed essent confusa omnia, dum quisque arbitrio suo omnia traheret, atq; aduersus alium dissideret. Sicut enim dicebamus deorum multitudinem id efficere, vt sine Deo simus, ita fateri cogimur, multorum principatum, verum auferre dominium. Cùm enim illud sibi vicissim tollant, nullus iam erit princeps, sed principatus desideratio apud omnes prævalebit. Vbi verò princeps non est, ibi omnino desideratur ordo, sicuti contra, vnus multorum ordo atque consensus, vnum etiam indicat principem. Veluti si quis delongè audiat lyram ex multis varijsq; fidibus compositam, earumq; consonantiæ miretur harmoniam, quod non sola grauis vox perficiat sonum, neque acuta tantum, neque sola media, sed omnes pariter modo pari vnum efficiunt concentum, prorsus intelligit, non à seipsa moueri lyram, aut à pluribus iam pulsari, sed vnum esse musicum, qui singularum fidium sonum in vnam congruam consonantiam artis peritia misceat, licet eum minimè videat. Ita cùm sit omnino concinnus mundi totius ordo, neque ab inferioribus superiora, neq; à superioribus inferiora dissideãt, sed vnum simul omnia perficiant ordinem, consequens est, vt non plures intelligamus, sed vnum creaturæ totius principem & regem, qui suo lumine omnia illustret & moueat. Neq; enim plures esse creaturæ autores & principes arbitrari fas est, sed vnum eius opificem fidelissima pietate credere conuenit; hoc etiam creatura ipsa apertè indicante. Est enim id verum profecto certumq; documentum, quod vnus sit, qui hoc omne creauerit, quod non plures, sed vnus sit mundus. Nam siquidem plures essent dij, plures quoque mũdos esse oporteret, ac varios. Neq; enim deceret multos vnum fabricare mundum, neque vnum à multis fieri propter illa, quæ ex his sequerentur indigna. Primum quidem, quòd si à multis vnus fieret mundus, ille illorum sugillaretur infirmitas, quod vnum opus multi peregissent. Atque ex hoc haud breue traheretur indicium imperfectæ cuiusque scientiæ. Si enim sufficeret vnus, nequaquam plurimi singulorum supplerent

C

D

Vniuersi connexio.

Ornatus vniuersi

Adserit q; si plures dij fuissent plures etiam mundos creauissent

A plerent defectus. At verò in Deo mancum aliquid dicere, non modò impium
est, sed omne supergreditur nefas, nam & in hominibus nemo perfectum opifi
cem dicit, qui quoduis vnum opus non solus, sed multorum solatio, & ope sub-
nixus effecerit. Si autem quilibet potuit perficere totum, socialiter tamen id e-
gisse omnes referantur, ridiculum id profectò erit. Quòd si gloriæ causa vnus-
quisque operatus est, ne quasi impotēs existimaretur, huiusmodi vanitatem in
dijs dicere ineptissimum est. Deinde si quilibet ad totius opificium potens erat,
quid opus est pluribus, quum vnus ad omnia sufficiens sit? Præterea impium si-
mul indignumq; videtur, si quum opus vnum sit, autores eius plurimi, differen-
tesq; dicuntur. Est quippe naturalis ratio, vnum atque perfectum pluribus dif-
ferentibusq; præstare. Ad hæc illud quoque sciendum, quòd si à plurimis mun-
dus esset effectus, differentes vtique haberet motus, sibiq; dissimiles. Nam cùm
ad singulos autores aspiceret, varijs etiam motibus ageretur. At verò in ea diffe
rentia, sicut antea diximus, fœda esset incompositio rerūmque vaga temeritas.
Nempe enim nec nauis si regatur à multis, recto nauigabit cursu, nisi vnus sit
qui clauum teneat gubernator. Neque lyra si pulsetur à pluribus, concordem ef-
ficiet sonum, nisi vnus hanc feriat artifex. Igitur quum sit creatura vna, vnus
mundus, & eius ordo vnus, vnum quoque illine opificem & regem intelligere
necesse est. Idcirco enim & ipse conditor vnum omnino mundum fecit, ne si
multos condidisset, multi etiam putarētur opifices: sed vnius magis operis, vnus
quoque autor esse crederetur. Non tamen quia vnus est mundus (Poterat enim
& alios mundos facere Deus) sed quia vnus factus est mūdus, necesse est vnum
quoque esse ipsius opificem credere. Quis ergo erit hic talis? Necessariò enim id
quoque insinuandum atque dicendum est, ne huius ignoratione seductus quis-
piam, alterum suspicetur, & in eandem rursus impietatis foueam corruat. Arbi
B tror autem neminem de eo quisnam sit, posse dubitare. Si enim quos poetæ de-
os dicunt, deos non esse conuincit ratio: & eos qui creaturam diuinis prosequun
tur honorsibus errare ostendit, prorsūsque idololatriā gentium sine Deo esse, at
que impiam demonstrauit: his omnibus sublatis, necessariò iam restat religio-
nem nostram piam, solam, ac veram cōfiteri, eumq; qui à nobis prędicatur & co-
litur, solum esse verum Deum & creaturæ dominum, & huic subesse omnes o-
pifices. Quis igitur hic est nisi sanctissimus, & qui omnem conditam substanti-
am transcendit Christi pater? Qui tanquam gubernator optimus, sapientia sua,
& verbo, domino nostro Iesu Christo cuncta salubriter moderatur, regit, atque
disponit, facitque, vt facienda optimè ipse censuerit. Ea verò se habent optimè,
quæ & facta videmus, & fieri cernimus. Hoc enim & ipse vult. Nec est quam-
obrem quispiā his deroget fidem. Nam siquidem ratione careret creaturæ mo-
tus, & temerè hoc omne ferretur, non iniuria fortasse quisque ista non crederet.
Si aūt sapientia & ratione, & scientia constat, omniq; ornatu insignitū est, neces-
se est præsulem istum & illustratorem, non esse alium, quàm Dei verbum. Ver
bum autem dico, non quòd per singula quæ dicuntur, innectitur, simūlque pro-
cedit, quod etiam seminale verbum quidam appellare consueuerunt, inanima-
tum, nihilque cogitans, aut intelligens, sed exteriore solum arte operans, pro ar-
bitrio & disciplina volentis, neque quale est rationalis generis verbum, quod
ex syllabis compositum in aere significatur, sed boni patris & Dei omnium vi-
uum & autorem Deum ipsum verbum dico. Quòd quum aliud quid sit quæ
genita, & creata omnia, proprium ac solūpatris optimi subsistit verbum. Quod
hoc omne distinxit, atque composuit, suaq; illustrat prouidentia. Quippe, cùm
patris boni bonum sit verbum, omnium distinxit ac disposuit ordinem, con-

trarijs quidem contraria suæ maiestatis virtute connectens, atque ex his vnam congruentiam moliens. Hoc Dei virtus, & Dei sapientia est. Cœlum perpetuò vertit, terrámque suspendens, in nihilo nutu proprio & voluntate solidauit. Hoc illustratur sol, vt orbi radijs sui splendoris effulgeat. Hoc luna menstruis vicibus varia luce nitescit. Per hoc & aqua libratur in nubibus, & imbres irrigant terram, marêque suis terminis cingitur, & humus omnigenum arborum, frugum, herbarum, florum varietate distincta viresçit. Quòd si quis fortè infidelis quærit ea quæ dicta sunt, an verbo Dei sint condita, insanit quidem, qui est eiusmodi de verbo Dei dubitare audens. Potest tamen ex visibilibus rebus admoneri, euidenti satis documento, omnia Dei verbo sapientiáque consistere, neque conditum aliquid firmari potuisse, nisi verbo factum esset & verbo Dei, sicut dictum est: Verbum autem hoc non humano, vt dixi, more compositum ex syllabis, sed patris sui incommutabilis imago est. Homines enim quum ex partibus compositi sint, & ex non existentibus conditi, compositum ac solubile habent & verbum. At verò Deus, qui sempiternum esse habet, incompositus est. Idcirco & eius verbum, quod pari ratione esse habet, compositum non est, sed vnus est, atque vnigenitus Deus, qui ex patre veluti ex fonte bono, bonus prodiens, cuncta disponit, & continet. Causa verò, per quam Dei verbum condita omnia fecit, est profectò mirabilis, indicatúrque extra ea non potuisse aliter fieri. Nam conditarum rerum omnium natura, quippe quæ ex non existentibus subsistit, fluxa est, imbecillis, mortalis, si per se inspiciatur. At verò Deus omnium bonus, & summe bonus per naturam est, Idcirco & clemens est atque pijssimus. Bonus verò quum sit, nullius rei inuidia tangitur. Vnde & nemini esse inuidit, sed omnes esse vult, vt habeat erga quos benignitatè vti possit. Quum igitur cerneret omnem genitam naturam conditionis suæ ratione fluxam esse, atque dissolui, vti ne istud pateretur, totúmque hoc rursus solueretur in nihilum, & esse desineret, sempiterno verbo suo conditis omnibus, & in substantiam prouecta creatura, non eam permisit natura suapte ferri atque iactari, néve rursus periclitaretur ad inane deuolui, essentiáque priuari: sed vt summè bonus verbo suo, & ipso Deo totam simul regit atque constituit, vt verbi principatu, & prouidentia, ac dispositione illustrata creatura permanere firmiter possit, vtpote eius qui verè ex patre prodijt, verbi particeps facta, ac per ipsum vt esse possit adiuta, ne patiatur quod passa esset necessariò, nisi leuaretur à verbo, scilicet ne esse desineret. Id autem est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam per ipsum & in ipso consistunt omnia visibilia & inuisibilia, & ipse est caput ecclesiæ, sicut veritatis magistri in sanctis literis docent. Ipse denique omnipotens ac perfectus, sanctus patris sermo inuectus omnibus, & viribus suis omnibus in locis exertis, illustránsque simul omnia visibilia & inuisibilia, cuncta in seipso continet, atque constringit, nihil omnino relinquens sua virtute destitutum, sed omnia, & per omnia seorsum singula, & simul vniuersa viuificans, & perfectè custodiens. Ac principia totius substantiæ visibilis, calidum scilicet & frigidum, humidum & aridum, in vnum coacta coniungens, secum non dissidere facit, sed vnam & consonam harmoniam omnia simul efficere. Per seipsum nempe, ipsi úsque virtute, neque calidum frigido, nec sicco humidum reluctatur, sed amica & veluti cognata euasere, quæ per seipsa interim contraria fuerant. Conuenientiáque simul, & vitam visibilibus præstant, & corporibus vt sint principia, fiunt. Huic sanè Deo, Dei verbo obtemperãtia, & quæ in terris sunt, viuificantur, & quæ sunt in cœlis consistunt. Atque ideo mare quidem totũ, & magnus oceanus, motus suos intra suos terminos cohibet. Tellus

item

C

D

Verbũ patris quale

Christus caput Ecclesiæ

A Item omnis herbida varijs vestita floribus, omnigenisq;, vt dixi, arboribus compta, lætam sui faciem cernentibus exhibet. Ac ne singulis immorer quæ aperta sunt, nihil est in rerum natura, quod non in ipso, & per ipsum, & factum fuerit & consistat, vt ait inclytus ille theologus In principio erat verbũ, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est. Veluti si musicus lyra diligenter instructa, grauia acutis, & alijs media per artis peritiam iungens, vnum ex omnibus consonum efficiat melos. Ita & Dei sapientia, hoc totum acsi lyram tenens, & terrenis aeria, aereisq; cœlestia copulãs, & singulis vniuersa connectens, nutuq; ac voluntate circumagens mundum vnum, & vnum eius ordinem pulchrè atque aptissimè conficit. Ipse quidem apud patrem immobilis permanens, cunctaq; sua constantia mouens, vt suo est libitum patri. Quod enim mirabile est ipsius diuinitatis insigne, vno eodemq; suæ potestatis nutu, non ex interuallis, sed simul omnia porrecta, rotunda, superiora, media, infima, liquida, frigida, calida, visibilia, & inuisibilia, pro cuiusq; natura agit atq; disponit. Vno enim ipsius nutu & rectum recti iure, rotundúmque rotundi circumagitur lege, mediúmque, vt est, mouetur, calescit calidum, aridúmque siccatur, & omnia iuxta naturæ suæ rationem, vitam ab eo constantiámque percipiunt. Ac per ipsum mirabilis quædam & diuina profectò harmonia perficitur. Atque vt exemplo proposito res tanta possit intelligi, sit huius rei magnus quidem chorus imago. Sicut igitur constante choro ex diuersis hominibus, pueris, mulieribus, iunioribus, senioribus, vnóque chori principe significante, quilibet pro ingenio ac virtute sua se exercet, virq; vt vir, & puer vt puer, senex item vt senex, & iuuenis vt iuuenis canit, omnésque vnum efficiunt amœnum suauémque concentum. Vel sicut anima nostra sensus corporeos in puncto temporis, secundum cuiusque officium B mouet, vt præsente vna re, simul omnes moueantur. Et oculus videat, auris audiat, tangat manus, olfactus percipiat odorem, & gustus itidẽ gustet. Sæpe verò & alias corporis partes, vt pedes etiam ambulent. Siue, vt tertio ad hoc significãdum vtamur exemplo: Sicuti magna ędificata ciuitate, quæ à conditore suo principe ac rege administratur & regitur, præsente illo & imperante, & ad omnia iacente oculos, sequuntur omnes. Et alij quidem ad agriculturam, alij rigandi gratia, ad aquarum properant ductus, alius frumentatum proficiscitur, & hic ad curiam vadit, ille ecclesiam ingreditur, & iudex ad iudicandum, princeps verò ad danda iura legésque residet, pergítque continuo artifex quidem ad suum ministerium, nauta verò ad mare descendit, faber item ad suum quisque opus, ad curandum medicus, cementarius ad ædes construendas proficiscitur, & ille quidẽ egreditur in agrum, ille ex agro regreditur, alij in ciuitate versantur, alij vrbem exeuntes, in eam denuo redeunt. Hæc autem omnia principis vnius præsentia, eiúsque imperio & constituto fiunt atque consistunt. Eadem ratione, etsi exemplum sit perexiguum in omni creatura, maiore tamen mente oportet intelligi. Nam sub vno momento nutus cuiusque Dei verbi, simul hoc omne pulchrè disponitur, & à singulis quæ sunt sui muneris, fiunt, ac simul ab omnibus vnus ordo perficitur. Nutu enim ac virtute rectoris, & omnium principis diuini paterníque verbi, cœlum vertitur, astra mouentur, lucet sol, & luna suos circulos peragit, ab ipso illustratur aer, æther incenditur, spirant venti, montes in sublime porrecti tenduntur, vndis mare agitur, & quæ in ipso sunt animalia nutriuntur, terra immobilis permanens, ferendis frugibus semina suo confouet gremio, formatur homo, & viuit & moritur, & omnia prorsus animalia mouẽtur. Vrit ignis, aqua refrigerat, scaturiunt fontes, & amnes inundant, tempora transuolant, adueniunt horæ, descendunt pluuiæ, nubes implentur, grando demitti-

Similitudines apertissimæ

Mira Athanasij facundia

tur, labitur nix, & in cryſtallum glacies concreta ſolidatur, volitant aues, reptilia C
ſerpunt, natant aquatilia, nauigatur mare, humus accepto ſemine ſuis quæque
temporibus virentia profert, creſcunt arbores atque ex his aliæ vigent, fructuſ-
que ferunt, aliæ ad maturitatem prouehunt genitos, aliæ ad incrementa proue-
ctæ ſeneſcunt, atque deficiunt: & alia quidem pereunt, alia naſcuntur, & in lucē
prodeunt. Hæc autem omnia, & multo plura his, quæ pro multitudine numera
re non poſſumus, mirabilis profectò, & mirabilium effector operum Deus, dei
verbum illuminans atque viuificans, nutu ſuo mouet, ordinat, regit, vnum effi-
ciens mundum, non extra ſe inuiſibiles virtutes, aut à ſua ditione extorres di-
mittens: has enim illarum quoque conditor vna complexus, inter omnia conti-
net, ſuoq; viuificat nutu atq; prouidentia, nihilq; eſt, cur huic rationi fides dero-
ganda ſit. Sicut enim prouidentia ipſius augentur corpora, & rationalis mou e-
tur anima, rationemq; ac vitam habet, idq; probatione non indiget, quippe iſta
cernimus fieri, ita rurſus Dei verbum vno ac ſimplici nutu poteſtatis ſuæ, viſibi
lem mundum, inuiſibilesq; virtutes mouet & continer, cuiq; proprium diſtribu-
ens munus, vt diuinæ quidem illę inuiſibilesq; ſubſtantiæ, diuinius moueantur,
viſibilia verò prout cernuntur, agantur. Porrò ipſum in omnibus diuinum ver-
bum dux, & principes, & rex, atq; conſtantia omnium eſt, omniaq; ad gloriam
patris ſui operatur, quodammodo per viſibilia opera ſua nos docens & cla-
mans. Ex creaturæ magnitudine & ſpecie, creator aſpicitur. Sicut enim inten-
dentes in cœlum, & ipſius intuentes ornatum, & ſiderum lucem, cogitamus dei
verbum, quod iſta diſponit, ita neceſſariò & ipſius patrem intelligimus: ex quo
prodiens, ipſius merito interpres & nuncius dicitur. Idq; ex humanis rebus colli-
gere poſſumus. Nam ſi procedente ex hominibus verbo, fontem eius animum
eſſe cogitamus, & hauſto verbo, ſignificantem animum cogitatione videmus,
multo profectò maiore imagine, & excellentia incomparabili, virtutem verbi D
intuentes, cogitatione percipimus, etiam ipſius patrem, vt ipſe ſaluator ait: Qui
videt me, videt & patrem meum. Hæc autem & omnis diuinitus inſpirata ſcri-
ptura, apertius & excellentius prædicat, ex quibus nos quoq; diuinis literis ad-
moniti, tibi iſta conſcribimus. Eas verò tu relegens poteris, quæ dicimus, crede
re. Sermo enim maiori autoritate roboratus, certum & irrefragabile habet do
cumentum. Principio igitur ſermo diuinus de tollendis idolis, ludæorum po-
pulum præmonuit, dicens: Non facies tibi idolum, neq; omnem eorum ſimili-
tudinem, quæ in cœlo ſupra, & quę in terra infra ſunt. Cauſam verò cur ea tolli
Simulacra gentium iubeat, alio in loco ſignanter aperit, dicens: Simulacra gentium, argentum & au
rum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur, oculos habent, &
non videbunt, aures habent & non audient, nares habent & non odorabunt. Ma
nus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt. Neq; verò omi
ſit nos de creatura quoque admonere. Sed illius non ignarus pulchritudinis, ac
prouidens, ne qui fortè illius ſpecie attracti, non vt Dei opera, ſed vt Deum co
lerent, præmonuit homines, dicens: Vt ne aſpiciens oculis, & videns ſolem & lu
nam, omnemq; ornatum cœli, ſeductus adoraueris ea, quæ dominus Deus tu-
us diſtribuit omnibus gentibus, quæ ſub cœlo ſunt. Diſtribuit autem, non vt
ipſa illius eſſent dij, ſed vt eorum miniſterio admoniti, cognoſcerent Gentiles
creatorem omnium Deum, vt prædictum eſt. Dudum enim ludæorum popu
lus amplioris doctrinæ gratia reficiebatur. Quippe, qui non ſolum ex creaturæ
operibus, verùm & ex diuinis literis Dei ſcientiam hauriebat. Prorſus verò ho-
mines ab errore, & irrationabili phantaſia idolorum retrahens, ait: Non erunt ti
bi dij alij præter me. Nec verò quaſi eſſent dij alij, habendos eos prohibet, ſed vt
ne quis, à vero auerſus Deo, ſibi quæ nō ſunt deos incipiat fingere. Quales ſunt,

qui

A quiapud poetas & scriptores reliquos nominati sunt. Quos supra non esse deos ostendimus. Sed & ipsa dictio non esse illos deos manifestat, qua dicitur: Non erunt tibi dij alij, quod in futuro signatur. Quòd autem in futurum fit, tunc non est cùm fore prædicitur. An verò sublata gentili impietate deorum falsorum, tacuit diuina admonitio, permisitq; passim humanum genus absq; veri Dei trãsire notitia? Minimè id quidem, sed anticipat animum, imbuens ac dicens: Audi Israel: Dominus Deus tuus, dominus vnus est. Rursumq; Diliges dominum Deum tuum, in omni corde tuo, & in omni virtute tua. Et iterum: Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies, & ei adhærebis. Quod autem & verbi per omnia & in omnibus prouidentia & dispositio, ab omni scriptura diuinitus inspirata, testimonium habeat, sufficiunt, quæ modò dicentur ostendere, fidemq; verbis nostris facere. Sic enim aiunt viri illi inclyti, summiq; theologi. Fundasti terram & permanet, ordinatione tua perseverat dies. Et rursus: Psallite deo nostro in cithara, qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam. Qui producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum. Qui dat iumentis escam. Per quem autem dat, nisi per eum, per quem facta sunt omnia? Per quem enim facta sunt, eius necessario prouidentia cuncta reguntur. Quis igitur hic est, nisi Dei verbum? de quo & alibi dicitur: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Nanq; omnia per ipsum & in ipso facta leguntur, sicuti nos admonet, dicens: Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Ita & magnus ille per omnia Moyses in principio mundanę creationis affirmat, exponens quod dicitur, dum ait: Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem, ac similitudinem. Nam & cœli & terræ, & omnium conditionem instituens, verbo dixit Pater, Fiat cœlum, & congregentur aquæ, & appareat arida, & producat terra herbam, & omne animal. Ex quibus profectò

Ola verbo dei creata sunt.

B testimonijs, ludæos quoque meritò confutare & arguere cuiuis in promptu est qui non rectè scripturas intelligunt. Cui enim loquebatur Deus, vbi & præcipiens loquitur? Siquidem his quæ fiebant imperabat, & colloquebatur, superfluus erat sermo. Necdum enim illa erant, sed futura. Nemo autem ei, qui non est, loquitur. Neque vt fiat præcipit, & loquitur ei, qui necdum factus est. Si enim futuris imperabat, oportebat dicere: Esto cœlum, & esto terra, & procede herba, & fiere homo. At istud quidem non dixit, sed præcipit, dicens: Faciamus hominem, & procedat herba. Ex quibus ostenditur Deus ad aliquem veluti proximum de huiusmodi loqui, cum quo & colloquens faciebat omnia. Quis autem iste sit, nisi ipsius verbum? Quomodo enim dicemus loqui Deum, nisi verbo suo? Aut quis illi aderat facienti omnem substantiam conditam? nisi eius sapientia quæ dicit: Quando faciebat cœlum & terram, aderam simul cum eo. Appellatione aũt cœli & terrę, quę in cœlo, & quę in terra sunt condita cuncta cõplectitur. Præsens aũt vna, vt sapientia & verbum aspiciẽs patrem, creabat hæc omnia, & constituebat atq; disponebat, virtusq; existẽs patris, cũcta vt essent roborabat, sicut & saluator ait: Omnia quæ video patrem facientem, & ego similiter facio. Et per ipsum aũt, & in ipso facta esse omnia, sancti eius discipuli docẽt. Quodq; bonus ex bono genitus, & verus existens filius, virtus est patris, & sapientia & verbum. Neq; per participationem huiusmodi est, neq; ista illi extrinsecus accedunt, eorum instar, qui eius participes sunt, & per ipsum sapientes fiunt, atque in ipso fortes ac rationabiles euadunt, sed ipse sapientia, ipse verbum, ipse propria est potentia patris, ipse lux, ipse veritas, ipse iustitia, ipse virtus, sed & figura expressa, ac splendor & imago: &, vt breuiter dicam, perfectus vndique patris fructus existit, & solus est filius imago incommutabilis patris. Quis igitur, quis enumerans enuntiet patrem, vt eius verbi quoque virtutes inuenire

Quod vult pater etiã filius, & ꝙ filius etiã pater,

& explicare queat? Est enim sicuti patris verbum, & sapientia, ita & conditis cõ C
descendens, vt genitorem cognoscere & intelligere queãt, efficitur ipse sanctificatio, ipse vita, ianua, pastor, via, rex, atque dux, & in omnibus saluator, atque vitæ autor, luxq; & prouidentia omnium. Huiusmodi igitur bonum, & creatorem filium habens ex seipso pater, non obscurum esse mortalibus voluit, sed ex constantia vitáque omnium, ipsum omnibus quotidie reuelat. In ipso autem, & per ipsum, etiam semet insinuat, sicut & saluator ait: Ego in patre, & pater in me est, vt necessario in genitore appareat verbum, genitúsque cum patre sempiternus sit. Cùm autem hæc ita se habeant, nihilque extra illum sit, sed cœlum quoque & terra, & quæ in eis sunt ex eo pendeant, mortales tamen stolidi huius abiecta notione ac religione, quæ non sunt, illi in honore prætulerunt. Ac pro Deo, qui verè est, quæ non sunt, diuinis prosequuntur honoribus, creaturæ potius quàm creatori seruientes, rem patientes stultitiæ, & impietatis profectò plenam. Non secus, ac si quis artificis opera, non ipsum miretur artificem, opificiaque ciuitatis obstupescens, eorum conculcet opificem. Aut si quis musicum laudet instrumentum, eum verò qui id composuit & instruxit, abijciat? Stulti omnino, & mentis oculis excæcati. Quo enim pacto aliter nosse potuissent, aut ædificium, aut nauem, aut lyram, nisi hæc vel nauium faber operatus, vel architectus fabricatus esset, vel musicus composuisset? Quemadmodum igitur, qui ista voluit, insanit, omnémque vesaniæ transcendit modum, ita mihi videri solent non sano esse animo, qui Deum non agnoscentes, ipsius verbum venerari negligunt, redemptorem omnium dominum nostrum Iesum Christum, per quem pater omnia disponit & continet, & omnium prouidentiam agit. In quẽ tu fideliter ac religiosissimè credens, O amice gaude, & bono esto animo, nihil ambigens, fructum huius in illum fidei atque pietatis immortalitatem esse, ac cœlorum regnum, si modò iuxta ipsius leges anima ordinata & instructa fuerit. Sicut enim his, qui ex illius sententia conuersantur, præmium æterna vita est, ita & qui contrariam virtuti pergunt viam, confusio ingens, & sine venia periculum in die iudicij manet. Quòd licet agnouerint veritatis viam, contraria tamen his gessere quæ nouerant.

Si quis opificium, laudet etiam opificem.

Præmium bonorum est vita æterna.

D. ATHA.

A

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIni, Apologeticus aduersus eos, qui calumniabantur, quod in persequutione fugisset.

## Liber I.

VDio Leontium, qui nunc est Antiochiæ, & Narcissum, qui est è ciuitate Neronis, ac Georgiũ, qui nunc est Laodiceę, aliosq; cum his Arrianos multa de me spargere, multisq; cõuitijs meum nomen incessere, crimen timiditatis impingentes mihi, q̃ dũ ab ipsis quærerer ad necem, non me ipsis vltrò dediticiũ atq; expositum obtulerim. Igitur ad cõuitia quidẽ illorum & calumnias, tametsi multa sunt, quæ possum scribere, quę ne ipsi quidẽ possunt inficiari, eo q̃ nota sint omnibus, qui de illis audiunt, tamen haud obsequar dolori meo, vt quicq̃ vicissim dicam aduersus illos, nihi tantũ illud dñi verbum, & apostoli dictũ, videlicet, q̃ mendaciũ ex diabolo est, quodq; maledici regnũ Dei non possidebũt. Satis em̃ est, hinc demonstratũ esse, nihil illos iuxta doctrinã euangelicã neq; cogitare, neq; facere, sed iuxta
B suam libidinẽ, existimantes esse rectũ, quicquid ipsis visum est. Cæterũ, quãdo prętexunt timiditatis crimẽ, necesse est paucis hac de re scribere. Hinc em̃ declarabuntur, & peruersis esse moribus, neq; in diuinis literis fuisse versati, aut si in his versati sunt, non credere quæ illic habẽtur eloquia, ex afflatu spiritus esse profecta. Nã si crederẽt, haudquaq̃ aduersus earum doctrinã ista fuissent ausi, neq; Iudæorum, qui dominum occiderunt, malitiam fuissent æmulati. Etenim cùm Deus præceptum dederit, honora patrem tuum & matrem tuam, & qui maledicit patri & matri, morte moriatur: isti contrariam legem statuerunt, honorem vertentes in ignominiam, & hoc pecuniæ quod parentibus debebatur à filijs, in diuersum vsum mutant. Quinetiam quum legissent facta Dauid, his contraria molìebantur & accusabant insontes, qui vellebant spicas, cõfricabantq; die sabbati. Cæterùm non solicitabat illos cura, neq; legum, neq; sabbati, imò potius in hoc die legem violabant, sed quum essent prauis moribus, ac discipulis, qui saluì ficbant, inuiderent, nihil pensi habebant, modò quod animo cupiebant, obtinerent. Atque illi quidem habent iniustitiæ suæ præmia, priuati sacris, famq; nihil aliud, quàm principes Sodomorum, & populus Gomorræ vocantur. Cęterùm isti nihilo minus videntur esse tales q̃ illi, cùm iam habeãt pro supplicio, proprię stultitię ignorantiam. Neq; enim intelligũt quę dicunt, quin etiam credunt se scire quæ nesciunt, sed vna est in illis scientia, vt faciant malum, vtq; quotidie prioribus adinueniant peiora. Neque enim ideo fugam nostram calumniantur, quòd cupiant nos virtute fortes reddi. Nam vnde tale votum inimicis pro his, qui non concurrunt, sentientes cum ipsis, qui malè sentiunt? verùm cùm ipsi verè sint improbi, vbi videlicet opus fuerit illorum conuitijs, offeremus nosipsos illis, quando id cupiunt, & hac gratia circuncursant per omnia, ac simulant quidem quasi amici, scrutantur autem vt hostes, quo sanguine saturati,

Quod volumus sanctum est

Iudæi puniti

rati, nos quoque tollant è medio, quod aduersus ipsorum impietatem & sen- C
simus semper & sentimus, ac hæresim illorum redarguẽtes traducimus. Quem
ẽm vnq̃ persecuti sunt, vt comprehensum non pro sua libidine contumelijs affe-
cerint? Quem quæsitum ac repertum, non eodem tractarunt modo? vt aut ma
lè moreretur, aut vndiquaq; noxam acceperit? Et ẽm quæ iudices vidẽtur face-
re, horum impulsu secreto fiunt; & illi magis horũ voluntatis, ac malitiæ mini-
stri sunt q̃ iudices. Quis igitur locus non habet istorum malitiæ monumẽtum?
In quẽ ab ipsis dissentiẽtẽ nõ conspirarunt fictis causationibus, iuxta exemplũ
Iezabel? Quæ nũc nõ lamentatur ecclesia propter istorũ aduersus episcopos ea-
rũ insidias? Antiochia quidẽ propter Eustathiũ confessorem & orthodoxũ, Ba-
laneæ verò propter Euphrantionẽ virũ in primis suspiciendum. Rursum Paltus
& Antaradus ob Cymatium & Carterium, ltẽ Adrianopolis propter Eutropiũ
Christi amatorem, & post hunc ob Luciũ, qui crebro ab ipsis & catenas gestare
compulsus est, itaq; mortuus est. Rursus Ancyra propter Marcellum, Berrhœa
verò ob Cyrum, & Gazza propter Asclepan. Nam hos quidem sæpius antea con-
tumelijs affectos curarunt eijciendos in exilium, subdoli. Theodulum verò
& Olympium Thraciæ episcopos: nos item & presbyteros nostros, ita curarunt
inquirendos, vt si fuissemus reperti, capite plecteremur, ac sic fortasse mortui fu
issemus, ni præter eorum sententiam, tum quoq; fugissemus. Huiusmodi sunt
ẽm quæ partim aduersum Olympiũ ad proconsulem Donatũ, partim aduersum
nos ad Philagriũ datæ literę. Nam Constantinopolitanum episcopum Paulum
persecuti, cùm inuenissent, propalam prefocandum curarunt, in ciuitate Cappa
docię, quę dicitur Cucusus, nacti ad id carnificem Philippũ, qui factus erat præ-
ses prouincię. Erat enim præfectus sectæ illorum, malorumq; consiliorũ minis-
ter. Num igitur ob hęc tã multa saturati sunt, ac deinceps quieuerũt? Nequaq̃,
neq; ẽm cessarunt, sed in morẽ sanguisugæ, de qua est in prouerbijs, reuigesce- D
bãt potius affixi malis aduersus magnas parœcias. Nã qualia tũ fecerint, quis vt
dignũ est enarret? Quis tantũ possit memorare, quantũ illi fecerunt. Et ẽm cũ
nuper pacẽ haberent ecclesiæ, ac populi in synaxibus precarentur, episcopus Ro
Synaxes Christianorum manę vrbis Liberius, ac Paulinus episcopus merropolitanus Galliarum, ac Dio
nysius metropolitanus Italiæ, & Lucifer metropolitanus insularum Sardiniæ,
& Eusebius qui erat ab Italia, omnes boni episcopi, veritatisq; præcones, rapiun
tur, & è sedibus suis eijciuntur, idq; nulla de causa, nisi quod non cõsensissent he
resi Arrianę, neq; subscripsissent calumnijs & sycophantijs, quas aduersum nos
finxerant. Nam de magno illo, optimęq; senectutis viro & confessore vere Ho-
sio, superuacaneum est me loqui. Fortassis ẽm notum est omnibus, q̃ hunc quoq;
curarunt eijciendum. Neq; ẽm erat obscurus, sed omniũ maximè celebris erat il
le senex. Cui ẽm synodo non præfuerat? Sed cùm rectè diceret, nõ persuasit om̃i
bus. Quæ ecclesia non habet huius viri solicitudinis pulcherrima documenta?
Quis vnq̃ mœstus ad illum venit, quin gaudens discesserit? Quis egens postu-
lauit ab eo, vt discesserit non assecutus quæ volebat? Attamẽ aduersus hunc quo
que sunt ausi, eoq; ipse quoq; cùm nosset, quas ob impietatem ipsorum struerẽt
calumnias, non subscripsit illorum aduersum nos insidijs. Quanquam propter
multas quas supra modum illi plagas inflixerant, & conspirationes aduersus co-
gnatos illius, cessit illis ad tempus, vtpote senex, & imbecillo corpore, tamen ho
rum improbitas ex his declaratur, qui vndiquaq; studerent demonstrare, sese
non esse verè Christianos. Nam illinc rursus in Alexandriam irruperunt,
iterum quærentes nos occidere. Et facta sunt quę tum fiebant, peiora prioribus.
Milites enim protinus cinxerunt ecclesiam, ac loco precationis, facta sunt ea,
quæ solent in bellis. Mox vbi venisset in quadragesima, is qui ab ipsis missus fue

rat ex

A rat ex Cappadocia Georgius, auxit quæ ab ipsis didicerat mala. Siquidem post
septem à Paschate dies, virgines in carcerem conijciebantur, episcopi ducebantur à militibus vincti, orphanorum ac viduarum diripiebantur & domus & panes, Insultus in ædes facti sunt, ac noctu Christiani deportabantur, obsignabantur domus, & clericorum fratres pro fratribus periclitabantur. Et hæc quidem atrocia, cæterùm post hæc ausi sunt atrociora facinora. Siquidem hebdomade post sanctam Pentecosten, populus ieiunio peracto, egressus est ad cœmeterium, orandi gratia, eo quòd omnes abhorrent à Georgij communione, verùm id simul atque cognouit ipse, concitat militum tribunum Sebastianum, qui erat Manichæus, mox que ipse cum multitudine militum arma, gladios nudatos & arcus, & iacula ferentium, impetum fecit in ipso die dominico aduersus populum, cúmque paucos inuenisset precantes. Iam enim plerique, quoniam erat serum diei tempus, recesserant, talia fecit, qualia decebat eum, qui ab illis mandata acceperat facere. Siquidem incenso rogo, collocauit virgines iuxta ignem, compulítque eas dicere, quòd essent Arrianæ fidei. Verúm vbi videret eas victrices esse contempto incendio, nudauit eas, mox ita concidit illarum facies, vt post aliquantum temporis vix potuerint agnosci. Cæterùm, viros apprehensos quadraginta magis etiam nouo modo concidit. Nam virgis recens à palmis resectis, adhuc cuspides acuminum in sese habentibus, sic excoriauit illorum terga, vt nonnullis frequenter fuerit adhibendus chirurgus, ob virgarum cuspides ipsis infixos, nonnulli verò non ferentes cruciatum, emorerentur. Omnes igitur qui semel comprehensi vnà cum virgine, expulerunt in magnam Oasin. Corpora verò defunctorum necognatis quidem omnino reddẽda curarũt, sed occultarunt, vt ipsis collibuit, abijci entes in humata, eo quod videatur illo latere, quanta sit ista crudelitas, sed faciunt hoc mentis errore vesani. Nam defunctorũ

B amicis, gaudentibus quidem quod in professione perstitissent, lamentantibus verò propter insepulta corpora, clarior personuit aduersus eos impietatis & crudelitatis redargutio. Nam & mox ex Aegypti Libyæq; partibus expulerunt episcopos, Ammonium, Mutum, Catum, Philonem, Hermen, Plenium, Psenosirim, Pelammonem, Agathum, Anagamphum, Marcum, Ammonium, alterũ Marcum, Dracontium, Adelphium, Athenodorum, ad hæc presbyteros, Hieracem, & Dioscorũ, tãtaq; cum acerbitate traxerunt illos, vt quidã illorum in itinere, nonnulli in exilio defuncti sint. Egerunt autem in exilium episcopos, plures triginta. Erat enim illis studio secundum exemplũ Achaab, è medio tollere veritatem. Vide hanc impiorum audaciam. Cùm eñ hęc facerẽt, nec puderet malorum quæ prius aduersum nos moliti fuerãt, insup nunc etiã accusanteos, quibus datũ est effugere parricidiales istorum manus. Imò grauiter deplorãt, ꝙ non omnes prorsus sustulerint è medio. Et post hęc fictè nobis opprobrant timiditatem, haud intelligentes, ꝙ dum de hoc quoq; murmurant, in seipsos potius crimen accersunt. Etem̃ si malum est fugere, multò peius est persequi. Alter ne perimatur, occultat sese, alter verò persequitur, volens occidere. Ac de fugiendo quidem scriptum est. Qui verò quærit interficere, transgreditur legem, & ipse potius fugæ præbet occasionem. Proinde qui fugam exprobrant, magis pudefaciunt seipsos, qui persequuntur. Desinant enim insidiari; & mox alij desinent fugere. Verùm à sua malitia non cessant, sed vt comprehendant nihil non faciunt, non intelligentes quod eorum, quos vrget persecutio, fuga, magna persequentium est redargutio. Nullus enim fugit mansuetum & humanũ, sed eum potius qui ferus est, ac prauis morsibus. Velut omnis dolori obnoxius, aut oberatus à Saul quidem profugiebat, ad Dauid aũt confugiebat. Propter hoc etiam illos conantur occidere, qui eos occultant, ne coargui videatur posse ipsorum

κοιμητη-
ρια, id est,
dormitoria

A relatiue
oppositio

rum malitia. Verùm in hoc quoque cæcutire videntur isti, qui semper erra- C
Nam quò manifestior est fuga, hoc magis etiam fiet manifesta mors aut auxilium, quod per insidias moliuntur. Etenim si occiderint etiam, vbique locorum iniustitiæ suæ monumenta aduersum sese emittunt. Quòd si essent sana mente, viderent in his sese constringi, & in suas ipsorum cogitationes impingere. Cæterùm, quoniam sanam mentem amiserunt, ideo dum persequuntur, ejiciũtur, & dum student interficere, non vident suam ipsorum impietatem. Forsitan & prouidentiam ipsam audent incusare. Nihil est quod non audeant, nihil est in quo sibi non indulgent, quod ipsum tamen ex seruatoris voce perspicuum est, ne passerculum quidem absque patre nostro qui est in cœlis, incidere posse in laqueum. Nam etiam vbi comprehendunt peruersæ mentis homines, protinus obliuiscuntur aliorum, sed in primis sui ipsorum, soloq; fastu adducentes supercilia, neque norunt tempus, neque dum homines afficiunt iniuria, reuerentur ipsam naturam, sed more Babylonij tyranni crudelius imminent, nec vllos commiserantur. Quin & presbyterorum iugum adgrauant, & super dolorem vulnerum, vt scriptum est, addunt inclementes. Proinde si hæc non seciſſent, nisi eos, qui pro nobis aduersus ipsorum calumniam loquebantur, in exilium eiecissent, viderentur nonnullis probabilia dicere. Cæterùm, quoniam & alijs tantis ac talibus episcopis struxerunt insidias, nec magno illi confessori Hosio, nec vrbis Romæ episcopo, nec tam multis ab Hispanijs & Gallijs, ab Aegypto & Libya, alijsq; mundi partibus episcopis pepercerũt, tamq; multa fecerunt, qui prorsus ipsos redarguerant, nostram ruentes causam, quomodo non nobis ante alios insidias struxerunt, & post illos. Concupiscunt autem illos & illic tollere, & in hoc vigilant, putantq; se lædi, si viderint illos incolumes, quos nolebant viuere. Quis igitur non perspicit illorum malitiam? Cui hoc non est manifestum, quod haudquaquam virtutis studio exprobrant timiditatẽ, sed sanguinem sitientes, D
retiũ vice suis malis artibus vtuntur, putantes his cõprehendi posse, quoscunq; quærunt interficere. Tales enim istos esse, declararunt ipsorum facta, ac mores eorum prodiderunt, seris immaniores, Babylonijs tyrannis crudeliores. Quanquam autem ex his abundè conuincitur ipsorum malitia, attamen quoniam exemplo patris sui diaboli, simplicibus verbis adsumunt sibi figuram, vt timiditatis crimen obijciant, ipsi leporibus timidiores. Age consideremus & illa, quæ in scripturis diuinis aduersus eiusmodi scripta sunt. Declarabitur enim quod nihilo minus aduersus has quoque pugnant, quodq; præterea sanctorum virtutes calumniantur. Etenim si conuicijs insectantur eos, qui semet occultant ab his, à quibus ad cædem quæruntur, & criminantur eos, qui fugiunt à persequẽtibus, quid facient, videntes Iacob profugientem ab Esau fratre suo, quid quum Moysen videant secedentem in Madian, metu Pharaonis. Porrò qui talia nugantur, quid respondebunt Dauid metu Saulis profugienti è suis ædibus, cum illuc misisset à quibus interficeretur? rursus quum ipse quidem in spelunca latitaret, suam vero etiam ipsius faciem immutaret, donec præteriisset Abimelech, ac declinaret insidias? Quid porrò dicturi sunt, qui cuncta facilè temereq; loquuntur, quum viderint magnum illum Heliam, inuocare quidem Deum, quum mortuum in vitam reuocasset, latitare tamen propter Achaab, fugientemq; ob minas Iezabelis. Nam quum id temporis quærerentur etiam filij prophetarum, occultabantur latitantes in speluncis apud Abdiam. Verùm in hæc forsitan vt prisci non inciderunt, sed omnino non meminerunt eorum, quos refert euangelium. Nam & discipuli metu Iudæorum subduxerunt sese latentes, & Paulus Damasci quum à gentium principe quæreretur, è mœnibus sporta demissus est, itaque effugit quærentis manus. Ergo quum huiusmodi scriptura commemo-

Sanctorũ fuga

ret

A ret de sanctis, quid poterunt excusationis inuenire, quod suæ prætexant temeritati? Nam siue illis timiditatem opprobrant, aduersus seipsos loquuntur, quod facinus est insanientium, siue hoc nomine eos traducunt, quod id faciant præter Dei sententiam, prorsus ignari sunt scripturarum. Nam lex præcipit, vt etiam refugij ciuitates conderentur, vt qui quærebantur ad mortem, vtcunque tandem possent illic esse incolumes. In consummatione verò seculorum, quum ipsum patris verbum quod Moysi loquutum fuerat aduenisset, rursus hoc præcipit Deus: Quum persecuti vos fuerint in ciuitate hac, fugite in aliam. Ac paulò post ait: Quum videritis abominationem desolationis, de quo dictum est per Danielem prophetam stantem in loco sancto, qui legit intelligat, tunc qui fuerint in Iudæa, fugiant in montes: qui fuerit in tecto, ne descendat ad tollēda quæ in domo sunt ipsius: & qui in agro, ne reuertatur vt tollat vestimenta sua. Hæc enim quum scirent sancti, seruabant huiusmodi vitæ rationem. Etenim quæ nūc præcepit dominus, eadem & priusquam veniret in carne, sanctis fuerat loquutus. Hic est autem finis, adducens homines ad perfectionem, vt quicquid præcepit Deus, hoc faciant. Quapropter & ipsum verbum, nostra causa factus homo, non dedignatus est quum quæreretur, nostro more occultari, ac rursum quum peteretur à persequentibus, fuga declinare insidias. Decebat enim vt sicut esuriendo, sitiendo ac patiendo, ita dum occultatur fugitq; declararet se gestare carnem ac factum hominem. Ab initio siquidem mox vt natus erat homo quum puer esset, ipse per angelum præcepit Ioseph: Surge assume puerum cum matre sua, & fuge in Aegyptum: Futurum est enim, vt Herodes quærat animam pueri. Rursus Herode mortuo, declaratur propter Archelaum filium illius secedere in Nazareth. Post verò quum se Deum esse declarasset, aridamq; manum restituisset sanitati, pharisæi quidem egressi consilium fecerunt aduersus illum, vt il

Matth. 2

Archelaq filius Herodis.

B lum perderent. Iesus autem eo cognito, secessit inde. Quin & quum Lazarum excitasset à mortuis, ex illo, inquit, die consultabant, vt illum occiderent. Iesus itaque iam non palàm ambulabat inter Iudæos, sed abijt illinc in regionem vicinam deserto. Deinde quum dominus diceret: Priusquam Abraham fieret, ego sum, Iudæi quidem sustulerunt lapides vt iacerent in eum, Iesus autem occultatus est, & exiuit è templo, ac transiens per medium illorum ibat, ac pertransibat sic. Ergo quum hæc videant aut audiant potius, quandoquidem non vident, an non iuxta quod scriptum est, volent igni comburi, quoniam contraria ijs, quæ dominus & facit & docet, tum cogitant, tum loquuntur. Etenim quum Ioannes martyrium peregisset, discipuliq; corpus eius sepelissent, audita re, Iesus secessit illinc nauigio in locum desertum seorsum. Itaque dominus quidem hæc fecit, & similiter docuit, vtinam autem isti vel sic pudescerent, & intra homines cohiberent suam præcipitem temeritatem, ac non ad maiorem deuenientes insaniā, seruatori quoque timiditatis crimen impingant, quando semel instructi sunt & exercitati ad blasphemias in illum iaculandas. Verùm eos sic insanientes an quisquam sustinebit: sed conuincentur potius non intelligere euangelium. Est enim huius secessus ac fugæ causa rationi consentanea veraq; quam de domino memorant euangelistæ. Cæterùm, oportet ex hoc nos ad omnes sanctos exemplum accommodare. Nam quæ de seruatore humano more scripta sunt, hoc ad vniuersum hominum genus referre conuenit. Nostrum enim ille gestabat corpus, & humanam infirmitatem ostendebat, de qua Ioannes ita scripsit: Quærebant eum apprehendere, & nemo iniecit in illum manus, quoniam nondum venerat hora eius. Nam priusquam hæc veniisset, dicebat item matri suæ: Nondum venit hora mea. His verò, qui dicebantur fratres illius, meum, inquit, tēpus nondum adest. Rursus vbi venerat tempus, dicebat discipulis, Dormite iam & re-

quiescite. Ecce enim appropinquat hora, & filius hominis tradetur in manus C
peccatorum. Itaq; tanquam Deus ac verbum patris, tempus non habebat, ipse enim & temporum est conditor. Cęterùm homo factus, & his verbis declarat hominum cuiq; tempus & oportunitatem esse præfinitam, non quo pendeat à fortuna, sicuti pagani nonnulli opinantes fabulantur, sed tempus, cuius ipse quum sit conditor, prout voluit pater præfiniuit vnicuiq;. Id quoq; scriptum est, & omnibus factum est perspicuum. Quanquam enim celatum est, & latet omnes homines, quomodo & quantum cuiq; præstitum sit, tamen nemo nõ nouit, quod veris, æstatis, autumni & hyemis tempus est. Sic iuxta scripturam, tempus est moriendi, & tempus est viuendi. Propter hoc & iuxta Noe generationis tempus decurtatum est, ac perinde quasi tempus omnium rerum adsit, contracti sunt anni. Rursus Ezechiæ additi sunt anni quindecim. Quum autem Deus annunciet ijs qui ipsum verè colunt, numerum dierum tuorum adimplebo. Abraham quidem plenus dierum moritur, Dauid autem implorat, dicens: Ne reuoces me in medio dierum meorum. Et vnus amicorum Iob Eliphas, quum hoc pulchrè nosset, aiebat: Veniens autem in sepulchro, vt frumentum maturum
Iob 5. quod suo tempore metitur, aut velut aceruus areæ, tempestiuè comportatus. Salomon autem confirmans obsignansq; vocem hanc, aiti Tollantur ante tempus animæ iniquorum. Ecq; adhortatur in Ecclesiaste, dicens: Ne multum sis impius, neque fias durus, ne moriaris in tempore non tuo. Hæc vt scripta sunt, ita de
Tempus notum, finis incognitus. monstrat ratio sanctos scire tempus cuique præfinitum. Cæterùm quod nemo nouit finem temporis, illud argumento est quod dicit Dauid: Paucitatem dierum meorum annuncia mihi. Quod enim nesciebat, hoc cupiebat discere. Qua propter diues existimans sese adhuc multo tempore victurum, audiuit: Stulte, hac nocte quærent animam tuam. Quæ verò præparasti, cuius erunt? Cæterùm D
Ecclesiastes fretus sancto spiritu, confidenter pronunciat, aitq;: Nõ nouit homo tempus suum. Et ob hoc ipsum, patriarcha Isaac, dicebat filio suo Esau: Ecce ego consenui, nec scio diem mortis meæ. Itaq; dominus quanquam erat Deus & verbum patris, sciretq; tempus quod ipse singulis præfinierat, nec ignorans tempus quod ipse suo proprio corpori præfixerat quo pateretur, quoniam propter nos homo factus erat, diebus priusquam veniret tempus, ipse quoque sicut & nos dum quæreretur latebat, & à persequentibus fugiebat, ac declinans insidias, sic transibat, ac per medium illorum ibat. Cæterùm vbi tempus ab ipso præfinitum adduxisset ipse, in quo iuxta corpus pro omnibus pati voluit, hoc patri proloquitur, dicens: Pater, venit hora, glorifica filium tuum. Verum non iam amplius à quærentibus occultabatur, sed stetit volens capi ab illis. Ait enim, inquit, ad se venientibus. Quem quæritis? cùmq; respondissent illi, Iesum Nazarenum, ait illis: Ego sum quem quæritis. Idq; non semel, sed iterato fecit, & ita tandem duxerunt illum ad Pilatum. Attamen neq; passus est se teneri, priusquam veniret tempus, neq; occultabatur quum adesset tempus, sed semet exposuit obuium insidiantibus, vt omnibus ostenderet è superno iudicio pendere vitam ac mortem hominum, & sine patre nostro qui est in cœlis, nec pilum hominum nigrum aut album posse fieri, nec passerculum vnquam in laqueum incidere. Dominus igitur ad hunc modum seipsum pro omnibus obtulit, sicut dictum est. Sancti verò formam hanc edocti à seruatore, (Ab hoc enim & ante hoc tẽpus, & semper docebantur omnes) aduersus persecutores quoties periclitabantur, re ctè licitéq; sibi consulebant fuga, & ab illis quæsiti, occultabantur. Cùm autem ignorarent, nimirum homines, temporis finem ipsis à prouidentia præfinitum, nolebant temerè seipsos exhibere deditícios insidiantibus. Rursus quum scirent, vti scriptum est, esse in manu Dei sortes hominum, ac dominum esse, qui

occi-

A occideret, dominum qui viuificaret, finem potius expectarunt, sicut dixit Apostolus: Obambulantes, in pellibus ouillis & caprinis, destituti, afflicti, in solitudinibus errantes, in speluncis & cauernis terræ latitantes, donec vel præfinitum mortis tempus adueniret, aut donec is, qui tempus præfixerat Deus, loqueretur ad ipsos, & compesceret insidiantes, aut videlicet donec traderet eos, qui persecutione vrgebantur in manus persequentium, vt cunque visum illi fuisset, bonum esse, & hoc de singulis ex ipso Dauid pulchrè licet perdiscere. Quum enim Ioab excitaret illum aduersus Saulem, aiebat ipse: Nisi dominus percusserit eum, aut venerit hora mortis eius, aut descenderit in prælium, & adiunxerit se aduersarijs, non immittam manum meam in Christum domini. Quòd etiam si quando fugientes, accesserunt ad eos, à quibus quærebantur, ne id quidem temerè faciebant. Etenim spiritus admonitu ad ipsos loquentis, quum essent amici Dei, sic illis occurrebant, hoc quoque modo suam obedientiam animíque promptitudinem declarantes. Talis enim erat Helias, quum iussus à spiritu ostendit sese Achaab, Talis Micheas Propheta, veniens ad eundem Achaab, & Propheta, qui prouocauit ad altare Samariæ, ac pudefecit Roboam. Talis Paulus appellans Cæsarem, nec enim ob timiditatem fugerant. Absit, sed potius lugam habebāt pro certamine & exercitatione ad mortem. Verùm hęc duo seruabant, rectéq; cogitabāt, vt neq; semet temerè obijcerēt, nam id erat seipsum occidere, mortísque reum fieri, ac Deo resistere, dicenti: Quæ Deus copulauit, homo ne separet: neque negligentiæ crimen volebant sustinere, quasi molles aduersus in fuga perferendas afflictiones, quæ maiorem & acerbiorem habent vehementiam, quàm ipsa mors. Nam qui mortuus est, liberatus est à laboribus, at fugiens quoniam expectat quotidianos ab hostibus insultus, leuius malum ducit esse mortem, vt qui in fuga mortui fuerint, non ingloriam mortem oppetant, sed Martyriū sine morte
B habeant & ipsi martyrij gloriam. Ob hoc enim & Iob fortitudine magnus fuisse cognitus est, quòd viuus tantos ac tales sustulerit labores, quorum nullum habuisset sensum, si defunctus fuisset. Quapropter & beati patres habebant huius modi vitæ disciplinam, quum vrgerentur persecutione, non expauescebant, sed magis etiam ostendebant animi sui fortitudinem, quum in locis adeo tenebrosis & angustis semet concluderent, sesèq; tam durè tractarent. Rursus vbi mortis tempus aderat, non detrectabant. Nam hoc illis erat curæ, ne vel præsentem mortem expauescerent, vel præfinitam à prouidentia vocationem anticiparēt, neque rursum aduersus prouidentiæ dispensationem quicquam facerent, ad quam sciebant sese reseruari, ne si quid præcipitanter egissent, fierent sibijpsis pauoris causa. Sic enim scriptum est: Qui præceps est labijs, pauefacit seipsum. Profectò tot modis erāt instructi ad fortitudinis virtutem, vt nemo qualiscunq; sit, queat ambigere. Nam Patriarcha Iacob quum prius fugeret Esau, non formidabat præsentem mortem, quin potius in illo tempore vnicuique patriarcharum pro dignitate benedicebat. Cæterùm magnus ille Moyses, quum antè celaretur metu Pharaonis, & ob hunc secessisset in Madian, & audisset à domino, Redi in Aegyptum, non metuebat. Rursus iussus conscendere montem Abari, vt moreretur, nequaquam detrectans abstinuit, sed libenter properauit ad illum. Ac Dauid, qui prius fugerat Saul, idem non erat meticulosus, quum pro populo periclitaretur in prælijs, verùm quum ipsi esset data optio mortis ac fugæ, licerétque illi vel fugere vel viuere, sapiens ille magis elegit mortem. Magnus autem ille Helias quum occultaretur fugiens Iezabelem, non metuit iussus à spiritu offerre sese Achaab, & Ochoziam redarguere. Petrus verò, qui metu Iudæorum occultabatur, & Paulus Apostolus, qui in sporta demissus fugerat, quum audissent Romæ oportet vos testimonium, id est, martyrium peragere,

non distulerunt profectionem, sed magis gaudentes abierunt, & alter quidem C
tanquam ad suos properans gestiebat, cùm occideretur, alter verò adeò non ex
pauit, cùm adesset tempus, vt exultaret etiam, dicens: Ego enim iam delibor, &
tempus meæ resolutionis instat. Hæc autem declarant, ne priorem quidem ipso
rum fugam fuisse timiditatis, simulq; testificantur, ne id quidem quod nunc a-
gunt, fuisse fortuitum, sed ingentem quandam animi fortitudinem, ac virtutem
ipsorum prædicant. Neq; enim socordiæ fuerat quod secesserant, sed tum potius magis intendebant exercitationis vehementiam, neq; reprehensi sunt quòd
fugerent, neq; timiditatis insimulati sunt à talibus, quales nunc sunt isti, ad cri-
minandum auidi, quin potius beati pronunciantur à domino dicente: Beati qui
persecutionem patiuntur propter iustitiam. Verùm nec ipsis fuit hic labor inu-
tilis, eo quòd velut aurum in fornace fusoria probatos, quemadmodum dicit sa-
pientia, Deus illos comperit se dignos, & ipsi tum magis veluti scintillæ reluce-
bant, cùm seruarentur à persequentibus & eriperentur ab insidiantibus, in hoc
seruati, quò populis essent documento, vt & illorum fuga, & quærentium per
omnia discurrens furor, acciderint ex dispensatione Dei. Interim enim & hoc
pacto reddebantur Deo chari, & pulcherrimum obtinuerunt suæ fortitudinis
testimonium. Itaque patriarcha Iacob dum fugerat, plures visiones, easq; diui-
nas videre meruit, cúmque solus ac desertus esset, magis habebat pro ipso solici
tum dominum, quiv t Laban pudefecit, ita Esau obstitit, & post hæc factus est
pater Iuda, ex quo iuxta carnem ortus est dominus, ac benedictiones patriar-
chis distribuit. Quin & Moyses Deo charus quum fugeret, magnam illam visi-
onem vidit, ac seruatus à persequentibus, propheta missus est in Aegyptum, fa-
ctusq; minister & tantorum prodigiorum & legis, dux fuit tam numerosi po-
puli in deserto. Ac Dauid persecutionem patiens, docebat: Eructauit cor meum
verbum bonum, Et: Deus noster manifestè veniet, &: Deus noster non silebit: D
imò magis inualuit, dicens: Inter inimicos meos despexit oculus meus. Ac rur-
sus: In Deo spem posui, non timebo quid faciat mihi homo. Porrò quum pro-
fugus à facie Saul deuenisset in speluncam, dicebat: Emisit è cœlo, & seruauit
me, dedit in opprobrium conculcantes me, emisit Deus misericordiam suam, &
veritatem suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum. Ad
hunc autem modum & hic seruatus Dei dispensatione, post factus est rex, obti-
nuitq; promissionem, dominum nostrum ex eius genere exoriturum. Magnus
autem Helias secedens in montem Carmeli, inuocabat Deũ, ac prophetas Baal,
cùm essent quadringenti aut eo plures, simul deleuit. Præterea duos ad ipsum
missos, quinquaginta præfectos virisvnà cum centum quibus venerant comita
ti, perdidit, dicendo: Descendat ignis de cœlo. Hoc modo & istos vltus est, & ipse
seruatus, sic vt Helisæum pro se vngeret, & exemplum instituendæ vitæ fieret
Prophetarum filijs. Beatus verò Paulus describens cuiusmodi persecutiones
sustinuerit. Et ex omnibus, inquit, eripuit me dominus & eripiet. Magis au-
tem tum robur colligebat, dicens: Sed in his omnibus superamus. Nihil enim
nos separabit à charitate Christi. Tunc enim & ad tertium vsque cœlum raptus
est, & in paradisum subductus, vbi etiam audiuit verba non enarranda, quæ fas
non est homini loqui. Et ideo seruatus est, vt ab Hierosolymis vsque ad Illyri-
cum impleret Euangelium. Non est igitur reprehensibilis, aut ociosa sanctorũ
fuga. Nisi enim fugissent illi persequentes, quomodo exortus fuisset ex semine
Dauid dominus, aut qui erant prædicaturi verbum veritatis? Siquidem perse-
cutores ob id quærebant sanctos, ne esset qui doceret, sicut Iudæi denunciaue-
runt Apostolis: verùm ob hoc omnia perferebant, vt Euangelium prædicare-
tur. Ecce igitur quum ad eum modum periclitarentur, non habebãt fugę tẽpus
ociosum,

Fuga sanctorũ oibus vtilis

A ociosum,& ne persecutionis quidē tpe,alienæ vtilitatis obliuiscebātur, sed cùm
essent ministri verbi,non inuidebant quo minus & hanc vtilitatem impartirent
omnibus,quin & fugientes Euangelium prædicabant,ac prædicebant quidem
insidiantium malitiam,fideles autem exhortationibus confirmabant.Beatus ita
que Paulus experimento doctus,prędixit fore,vt qui vellent piè viuere in Chri
sto Iesu,persecutionem paterentur,sed protinus arripuit fugientes, dicens: Per
patientiam currimus propositum nobis certamen. Quamuis enim afflictiones
erant perpetuæ, tamen afflictio patientiam operatur, patientia verò probatio- κλίμαξ.
nem,probatio autem spem,spes non pudefacit. Porrò Esaias Propheta, quum
expectaretur huiusmodi malorum incursus, submonet clamans: Vade populo
meus,ingredere penetralia tua, occlude ostium tuum,abscondere paulisper,do
nec prætereat ira.Ecclesiastes verò cognitas habens quæ fiunt aduersus pios in
sidias, ait:Si calumniam pauperis, & rapinam iudicij ac iustitiæ videris in regio-
ne,ne mireris in negocio, quòd excelsus est supra excelsum , obserua & excelsi
super illam & abundantia terræ.Habebat & huius patrem Dauid experientia,
qui ipse quoque didicerat quæ fiant in persecutionibus, & confirmat eos, qui
affliguntur,quum dicit:Viri estote,corroboretur cor vestrum omnes qui spera-
tis in domino. Etenim qui sic perferunt, his, inquit, non homo, sed ipse Deus
auxiliabitur,eripietq; eos, eo quòd in ipso spem suam collocarunt. Nam & ego
sustinens sustinui dominum,& attendit mihi, exaudiuitq; deprecationem me-
am,& reuocauit me de lacu profundissimo, & à luto fecis. Itaque fuga sancto-
rum non infrugifera populo, sed vtilis esse demonstratur, etiamsi secus vide-
atur Arrianis.Sic igitur sancti, quemadmodum dictum est,fugientes ex super-
fluo,per dispensationem seruabantur,sicuti seruātur medici, eorum gratia, qui
his opus habent.Nobis aūt omnibus in vniuersum hominibus hęc lex est,vt fu-
B giamus persequentes,& latitā do fallamus quęrentes,nec præcipites simus ten-
tando Deū,sed,vt antè dixi,sustineamus eos,donec præfinitum mortis tempus
aduenerit,aut donec iudex aliquid de illis statuerit,quicqd ipsi visum fuerit bo
nū:tamen hi parati sint,vt simulatq; vocarit tēpus,etiā comprehensi,pro veritate
certent vsq; ad mortē.Hęc & beati martyres persecutionū tēpore seruarunt:fu-
giebāt quidē instante persecutore,ac latentes perdurabant,cæterùm reperti te-
stimoniū perhibebāt.Quòd si qui ex his vltrò adiere persequētes,id nō temerè
faciebant.Mox enim testificabantur,cunctisq; fiebat perspicuū,è spiritu sancto
fuisse,animi quam habebant promptitudinem,tantumq; prouentum.Itaq; cùm
sint huiusmodi seruatoris præcepta,& huiusmodi sanctorum exempla, dicāt no
bis,qui ne tantillū quidem audire volunt,si quis aduersus illorum dignitatē lo-
quatur,vnde didicerunt ipsiq; alios persequuntur. Nam quod à sanctis dictis di
dicerint, haudquaq; poterunt dicere,sed à diabolo,nam hoc illis superest,qui di
citi Persecutus comprehendam.Ac fugere quidem præcepit dominus, sanctiq;
fugerunt. Cæterùm, persequi diabolicum inuentum est,& ab omnibus ille hoc
nomine accusatur.Dicant igitur rursum,vtri oportet accedere, domini verbis,
an istorum fabulis:Vtrorum autem oportet imitari facta,sanctorum ne,an ea,
quæcunque excogitauerint isti:Sed quoniam fortassis hæc ipsi non possunt di-
iudicare,(Sunt enim excæcati mente & conscientia, quemadmodum dixit Esa
ias,putantes amarū esse quod est dulce, aclucē esse quæ sunt tenebræ) egressus
quispiam è nobis Christianus,pudefaciat istos magna voce,dicens:Bonum est
confidere in domino, potius quàm illorum auscultare stultiloquijs. Siquidem
domini verba vitam æternam habent:contrà,quæ ab istis proferuntur malitiæ
sanguinisq; plena sunt.Hæc quidem satis erant, ad subuertendam impiorum in
saniam, adq; ostendendum istos nihil aliud conari, quàm vt conuitijs solùm ac

male dictis contendant. Cæterùm quoniam semel ausi cum Christo bellum su- C
scipere, iam etiam cutiosi facti sunt, expendant tamē & modum secessus, eumq;
discant vel à suis. Aderant enim Arriani, qui simul cum militibus currebant, vt
eos incitarent, nosq; vbi essemus, illis ignorantibus, indicarent. Et si vel hoc mo-
do malis alienis afficiuntur, saltem audientes quietem agant pudescentes. Nox
quidem iam erat, & ex populo nonnulli peruigilium egerant, quum expectare-
Fuga Athanasij qualis. tur synaxis. Dux autem Syrianus repente irruit cum militum plus quàm quinq;
milibus, arma, nudosq; gladios gestantium, præterea arcus & iacula & fustes,
quemadmodum prius dictum est. Atque ipse quidem ecclesiam circunsedit, col
locatis in proximo militibus, ne quis ab ecclesia digressus posset illos præterire.
Ego verò putans absurdum, si in tanta rerum turbatione desererem populum,
ac non potius prior illis venirem in periculum, cōsedi in cathedra, monuiq; dia-
conū, vt recitaret Psalmū, populum item vt auscultaret. Quoniā in seculum mi-
sericordia eius, ecq; facto omes discedere, & ad suas quemq; ædes abire. Verùm
eùm prætor vi iam superueniisset, ac milites cinxissent sacrarium, vt nos cōpre-
henderent, clerici illic reperti ac populares clamabant, flagitātes, vt nos quoq; sta
tim secederemus. Ego verò magis contradicebam, me non prius abiturum, nisi
omnes ad vnum se subduxissent. Erectus igitur & indictis precibus, mox de-
nuo postulaui, vt omnes prius discederent, melius est, inquiens, me periclitari, q̄
aliquos ex vobis noxam accipere. Itaq; cùm exissent pleriq;, reliquiq; sequerētur
ij qui mecum illic fuerant monachi & clericorum nonnulli, reuersi trahebāt nos,
atq; ita, teste veritate, quum milites alij circunsederent sacrarium, alij lustrarent
ecclesiam, pertransiuimus ductu domini, eodemq; seruante nos, illis non senti-
entibus recessimus glorificantes magnificè Deum, quòd neq; prodidissemus po
pulum, sed illo præmisso, seruari, manusq; quærentium effugere potuerimus.
Itaq; quum Dei prouidentia, nos hunc in modum mirabiliter eripuerit, quis D
meritò possit crimen impingere, quod non nosipsos vltrò quærentibus dedide-
rimus, aut quòd reuersi non prodiderimus nosmetipsos? Nam istuc est palàm
ingratum esse domino, facere contra præceptum ipsius, & cum sanctorum ex-
emplis pugnare, nisi reprehēsor hoc audeat, etiam magnum apostolum Petrum
incusare, quòd quum esset conclusus, seruaretur; à militibus, sequutus est vo-
cantem angelum, quodq; egressus è carcere, ac seruatus, non reuersus est, nec se-
ipsum tradidit, licet audisset, quæ fecerat Herodes. Quin & illud incuset insani-
ens Arrianus, quòd nec Paulus è mœnibus demissus ac seruatus resipuerit, reuer
susq; semet dedititium exhibuerit, quodq; nec Moyses à Madian, reuersus sit in
Aegyptum, vt caperetur ab his, qui quærebant ipsum, nec Dauid in spelunca se
ipsum indicarit Sauli. Quin & filij prophetarum commorati sunt in speluncis,
nec sese tradiderunt Achaab. Nam id erat aduersus præceptum agere, quum di-
cat scriptura: Non tentabis dominum Deum tuum. Hoc igitur & ego veritus,
atque hæc edoctus, ad hunc modum me gessi, nec aspernor domini gratiam &
opem ab illo mihi præstitam, etiam si isti insanientes dentibus fremant in nos.
Talis itaque secedendi modus nobis fuit, nec arbitror esse quicquam hic, quod
reprehendi possit, apud eos, quibus est sana ratio, cùm iuxta diuinam scripturā,
hoc exemplum à sanctis pro documento nobis traditum sit. Verùm isti sicut vi
detur, nihil relinquunt inausum, neq; quicquam volunt prætermittere, quod nō
peruersitatem ipsorum & crudelitatem demonstret. Nam & vita istorum talis
est, quales sunt in opinionibus & nugis, neq; quisquam posset talia tamq; multa
aduersus eos dicere, qualia & quàm multa quum faciant ipsi, non tamen erube-
scunt. Etenim Leontius quùm infamaretur cum muliere quadam iuniore, quæ
dicitur Eustolium, prohiberetur; cum ea habitare, propter illam scipsum exe-
cuit,

A cuit, quo tutò posset cum illa viuere, nec tamen suspicionē diluit, imò potius q̃ es
set presbyter, patuit execrationi, etiamsi Constantius hęreticus compulsus fuit,
eum dicere episcopum. Narcissus verò, cùm alia multa haberet mala, tum tertiũ
in diuersis synodis execratione percussus est. Et is nunc inter eos est sceleratissi-
mus. Rursus Georgius, cùm esset presbyter, ob improbitatem suam deuotus
est, cumq; seipsum nominasset episcopum, nihilo minus deuotus est, in concilio
quod in Sardica fuit. Habet aũt & amplius quiddam, quod cùm intemperanter
viuat, haudquaq̃ fefellit, verum etiam à suis condemnatur, vitæ finem, & animi
tranquillitatem rebus turpissimis metiens. Proinde in proprijs quisq; malis alte
rum superat. Cæterùm vna macula est illis communis, q̃ per hæresim rebellant
Christo, nec iam Christiani, sed Arriani potius nominantur. Ecce hęc illos opor
tuit traducere. Sunt enim aliena à fide, quæ in Christo. Verùm hæc quidē pro-
pter seipsos tegunt. Nihil aũt mirum, si cùm tali sint sententia, ac talibus implica-
ti malis, eos qui cum ipsis non currunt in impijssima secta, persequentes quęrũt,
& si occiderint, gaudent, si frustrentur optatis, dolent, sibiq; putant iniuriam fie
ri, quod, vt antè diximus, conspiciũt eos viuos, quorũ mortem exoptant. Sed cõ-
tingat illis ad eum modum affici iniuria, vt ipsi quidem debilitentur in iniurijs
quas parant, cæterùm, qui ab eis persecutionem patiuntur, gratias agant domi-
no, dicántque illa quę sunt in vigesimosexto Psalmo: Dominus illuminatio mea
& seruator meus, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepida-
bo? Dum appropinquarent aduersum me qui affligebant, vt comederẽt carnes
meas, qui tribulant me, & inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Et rur-
sum Psalmo XL. Seruasti ex necessitatibus animam meam, & non conclusisti
me in manus inimicorum. Statuisti in loco spatioso pedes meos, in Christo Ie-
su domino nostro, per quem patri in sancto spiritu gloria, & imperium in secu-
B la seculorum, Amen.

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI Apologeticus aduersus eos, qui calumniabantur, quod in persequutione fugisset.

## Liber II.

EQuidem existimabã fore, vt post tam multas p̃ro me factas euidentes probationes, iam pudore semet abderent inimici, ac potius vt ex his ipsi sese condemnarent, de quibus alios calumniabantur. Verùm quando ne sic quidem condemnati erubescunt, sed præstupore mentis, sese flectunt ad obtrectationes, putantes impune fore omnia, nec ad iudicium vocanda, non vt iudicentur, fugiunt enim, sed vt nos ac simplicium animos vexent, operæprecium arbitratus sum, vt vobis rationẽ reddamus, ne post eos sustineatis murmurantes, sed contemnatis illorum malitiam & calũniam. Vobis igitur qui synceri estis meipsum purgo, cæterũ aduersus contẽtiosos mihi satis fidutiæ prębent argumẽta, quibus hactenus confutati condemnatiq; sunt. Nostræ siquidẽ res iam non egent iudicio, de quibus iam nõ semel neq;

bis pronunciatum est, sed sæpius. Primum quidem in nostra regione, congrega C
ta synodo ab episcopis propè centum, iterum Romæ, ex Eusebij literis quum es
semus vocati, tum ipsi, tum nos, & illic congregati episcopi quinquaginta. Ter-
tio in magna synodo in Sardica congregata, iussu pijssimorum imperatorum
Constantij & Constantis, in qua & qui nobis aduersabãtur, deuoti sunt vt calum
niatores. Cæterùm ijs, quæ pro nobis decreta sunt, suffragati sunt episcopi plu-
res trecẽtis ex prouincijs Aegypti, Libyæ & Pentapolis, Palestinæ, Arabiæ, Isau
riæ, Cypri, Pamphyliæ, Lyciæ, Galatiæ, Daciæ, Mysiæ, Thraciæ, Dardaniæ, Ma
cedoniæ, Epirorum, Thessaliæ, Achaię, Cretæ, Dalmaciæ, Siscię, Pannoniorũ,
Norici, Italiæ, Piceni, Tusciæ, Campaniæ, Calabriæ, Apuliæ, Brutiæ, Siciliæ, A-
phricæ totius, Sardiniæ, Hispaniarum, Galliarum, Britanniarum. Addidit au-
tem his testimonium Vrsacius & Valens, qui quum prius calumniati fuissent,
postea resipuerunt. Non enim solùm approbarunt ea, quæ pro nobis iudicata
sunt, verumetiam & seipsos & alios, qui contra nos steterant, confessi sunt fuis-
se calumniatores. Nam qui sic resipuerunt, sic scripserunt, declarant se, & Euse-
bium quoque cum suis arguere, cum quibus communiter aduersum nos machina
bantur conspirationem. Quæ nunc à tot & talibus episcopis probata sunt ac de-
creta, clareq; demonstrata, superuacaneum esse denuo reuocare in iudicium, ne
mo non confitebitur: ne si nunc quoque examinentur, simul & denuo iudicen-
tur, ac rursus examinentur, atque iterum, in infinitum exeat ista curiositas. Suf
ficiebat enim tot episcoporum calculus, ad imponendum silentium ijs, qui vel
fingere quippiam vellent aduersum nos, quandoquidem hostes, & pro nobis, &
aduersus seipsos testificantur, confitentes quæ contra nos agerentur esse conspi
rationem. Quis post hæc dubitans non erubescit? Etenim quum lex iubeat in
ore duorum triúmve testium constitui iudicia, ecce tanta testium multitudo pro
nobis stat, quibus & illud accedit, quod ab hostibus adsertur probatio, vt nec ij, D
qui reliqui sunt post hac attendant ijs, quæ isti pro suo arbitratu iudicarunt, sed
compellantur de cætero, vice probabilium rationum, iniurijs afficere eos, à qui-
bus redarguuntur. Nam hoc illis maximè dolet, quòd facta ipsorum, quæ cæla-
bant ipsi, quæq; inter ipsos in angulo confingebantur, hæc Valens & Vrsacius in
lucem extulit ac retexit, certoq; sciunt, quòd horum pœnitentia, vt illos eondem
nat, ita iustos declarat eos, qui fuerant ab illis iniusta passi. Quas ob res, & in Sar
dicensi synodo deuoti sunt, vt antè dictum est, idq; meritò. Ad hunc enim mo-
dum & illorum temporum pharisæi, Paulo patrocinantes, eoarguebant & su-
am & Iudæorum aduersus eum factam coniurationem. Hoc pacto & beatus
Dauid declaratus est sine causa pati persecutionem, quando is, qui persequeba-
tur, confitebatur, dicens: Peccaui fili mi Dauid. Itidem & isti à veritate superati,
postularunt, ac postulationem suam literis mandatam tradiderunt Iulio episco-
po Romano. Scripserunt autem & nobis, cupientes habere pacem nobiscum,
qui tam multa iactarant, forsitan & nunc erubescentes, eo quòd quos quærebãt
è medio tollere, hos beneficio domini viuentes conspiciunt. Arrium verò & hu
ius sectam anathematizauerunt, congruenter id facientes, quippe qui scirent
Eusebium cum suis, ob nullam aliam causam nobis insidias texere, nisi propter
suam ipsorum impietatem. Vbi semel statuerunt confiteri calumnias
aduersus nos structas, protinus abnegarunt & hæresim Chri-
sto rebellem, ob quam & illa quæ in nos mo-
liti sunt, simularunt.

D. ALE-

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, quæstionum suarum diuersarum, & responsionum XLI.

## Liber I.

### QVAESTIO I.

VIcunq; in trinitatem consubstantialem, seu coessentialē credentes & baptizati adserimus Deum esse patrem, ac similiter Deum esse filium, itidemq; Deum esse spiritum sanctum. Quomodo non tres deos, sed vnum solumq; Deum affirmamus? Denicq; si vnum quidem adoramus Deum, certè manifestum est, quòd in monarchiam credentes, Iudæos imitabimur. Sin autem tres deos, tum planè patescit, quod Græcos sequimur; deorum multitudinem introducentes, ac non vnum solum Deum pio cultu adorantes.

### RESPONSIO I.

Facilis est hæc ratio. Quippe religiosæ pietatis modus, fide sola, nulloq; scrutinio cognitus, ob idq; honorandus. Deus enim comprehensibilis, non est Deus. Nam si nec angelos, nec animas nostras, quæ sunt tres creatæ, apprehendere valemus, quanto magis decet ipsum illorum conditorem fore incomprehensibilem. Proinde quod in arcanis reconditur, dum fit cognitum, non vltra erit admirandum. Id igitur Christianorum fides est, quorū trisypostatus, id est, trisubsistētialis Deus, nec vnus est anthropomorphus, id est, hominiformis, vt Græcorū pueri fabulantur, nec tamē tres dij, tanq; à se distantes. (Abeat in malā rem fabulosus Græcorū iste sermo.) Indiuidua verò est in tribus subsistētijs vnius essentię deitas. Hoc aūt cognitu perneceſſariū erit, q; nec verbis, nec enthymematis, seu cogitationibus apprehēdere, vel enunciare de deitate aliquid humana mēs queat. Sanè oēs quotquot Deum cōprehendere studuerunt, suam ipsorū vmbram persecuti sunt. Et quotquot extiterūt, qui de essentia dei dicere statuerūt, abyssum pugno suo mēsurare conati sunt. Quotcunq; item profundè scrutari sunt ausi, tandē in prauas cogitationes & hæreses diuerterūt. Ille nanq; pater, & Deus, nō vt ego, creatus pater est, generās, vt ego, creatū filium. Neq; filius, & nec spiritus sanctus, tanq; hominis spiritus circumscriptus, hoc est, inclusus & perceptibilis. Sed est ineffabile ac inexponibile sanctæ trinitatis mysterium. At tu ne dixeris, qualiter? Est enim supra omne quale. Neque dixeris, quomodo? Est enim supra omnem modum, diuinus modus. Non etiam dixeris qua ratione, nam supra rationem est diuina ratio. Sed crede in patrem, non scrutando rem. Adora filium, non tam impertinenter solicitus circa illius generationem. Hymnis lauda spiritum sanctum, & inquirere noli sanctæ trinitatis mysterium. Egredere ad Iordanem, & vide re vera dilucidè, sanctæ, ac consubstantialis, siue coessentialis trinitatis virtutem. Patrem quidem desursum testificantem. Filium autem inferius baptizatum, spiritumq; sanctum in specie columbæ descendentem. Cui gloria & imperium, & adoratio nunc, & semper, & in secula seculorum.

### QVAESTIO II.

Qua posset autem coniectura homo ætate virili prouectus deprehendere, Num fuerit consummatè baptizatus, & tum spiritum sanctum in sacro lauacro acceperit, quum paruulus fuisset & infans?

RESPON.

## RESPONSIO II.

Dominum Esaias Propheta sermone hoc alloquitur: Propter timorem tui domine in vtero concepimus, & parturiuimus spiritum salutaris tui. Quo igitur modo concipiens in vtero mulier, ab infantis intra vuluam subsultationibus, agnoscit certo certius, quòd donata sœtu est. Hoc pariter & animus veri Christiani non tam ob verba parentum, sed ab operibus & exultatione cordis, tum maximè, quum stata festiuitatum tempora ingruunt, vt illuminationum quam natiuitatem Christi, & Epiphaniæ, quem trium regum appellamus diem. Communionis denique, quam sanctissimi corporis & sanguinis Christi sumptionem, aut, vt alij non pauci, transitum siue Pascha vocant, satis compertum habet singulari tum gaudio, tum lætitia, quòd spiritum sanctum cum baptismate accepit.

## QVAESTIO III.

Quando, vnde & quomodo facti sunt angeli?

## RESPONSIO III.

Nec certè vnde, neque quomodo sint facti, natura valebit humana proferre, nisi hoc tantum, quod de non ente ad esse producti sunt. Ad id autem, quod rogatur. Quando? Solent alij quidem respondere, primo die. Alij autem, ante primum diem. At ille cum inter sanctos pater noster, tum miraculorum etiam operator Epiphanius Cypri Archiepiscopus, in libro contra Paulum Samosatensem, cui titulus extat Panaria, latius exposuit, adserens vnà cum cœlo & terra illos esse creatos, nequaquam verò prius. Tum illos, qui dixere cõtrà, multis subuertit rationibus. Et in altero volumine quodam suo idem rectè approbat.

## QVAESTIO IIII.

Dic velim, vnde palàm fiet, quòd creati sunt angeli, cùm ne par quidem aliquid in toto Geneseos libro videatur adduci, quo possit hoc apertè constare? B

## RESPONSIO IIII.

Quando prænouerat Deus cum multorum hominum, tum profectò maximè Iudæorum in idola & plures deos amorem, eius gratia occultauit in Genesi, quam tradere poterat de angelis rationem, ne & illos inter deos referrẽt, qui etiam vitulum & alia finxerunt diuorum nomine adoranda. Quòd creati sint autem angeli, audi spiritum sanctum in Propheta loquentem: Laudate dominum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt.

## QVAESTIO V.

An verò de essentia luminis sui existant, aut alterius cuiusdam naturæ?

## RESPONSIO V.

Quantum sol à stella differt, tantum angelorum distat essentia ab omni visibili creatura.

## QVAESTIO VI.

Quantus igitur angelorũ numerus erit, supra conditionis humanę numerũ?

## RESPONSIO VI.

Sunt qui arbitrentur angelorum partes ad numerum hominis esse nonaginta nouem, iuxta domini parabolam de centum ouibus. Alij nouem pro illa de decem drachmis parabola. Reliqui verò coæquales & eiusdem numeri putant esse angelos & homines, id testimonio adserentes quod scribitur: Constituit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei.

## QVAESTIO VII.

Quid differt inter dæmonum & angelorum essentiam?

RESPON-

A

## RESPONSIO VII.

Non est diuersa illorum essentia, sed propositum & voluntas.

## QVAESTIO VIII.

Quot sunt ordines, & quot substantiæ angelorum?

## RESPONSIO VIII.

Substantia certè vt hominum, sic angelorum est vna. Ordines autem sunt, vt ille magnus in theologia Dionysius ait, nouem. Qui more suo ita nominantur, Angeli, Archangeli, principatus, potestates, virtutes, dominationes, & sex alarum Seraphin, & multoculi Cherubin atque throni. Porrò de vna angelorum siue substãtia, seu essentia, pariter. S. Gregorius ille Nyssenus scribit capite xvij. libri sui de homine.

## QVAESTIO IX.

Cœli quot sunt?

## RESPONSIO IX.

Dubia multis est hæc quæstio. Duos enim cœlos liber generationis insinuat. Sanctus verò Paulus tertium vidit cœlum. At Dauid Propheta quatuor enumerat, quum ait: Laudate eum cœli cœlorum. Hoc tamen non esse prætereundum arbitror, complures fuisse opinatos, quòd sanctus Paulus non in tres fuerit raptus cœlos, sed in tertium cœli. Sicut enim hominum natura dici solet vnus homo & plures homines, ita cœlorum natura tum vnum cœlum, tum plures cœli in scriptura sacra nominantur.

## QVAESTIO X.

Quando & quamobrem cecidit diabolus? Quoniam aliqui fabulantur, quòd Adæ non permiserit adorare, eo tum ceciderit?

## RESPONSIO X.

B Hominum est insipiẽtium ea ſ responsio: Cecidit enim diabolus priusquam Adam fieret: Est autem manifestum, ꝙ propter superbiam suam abiectus est diabolus, vt inquit Esaias Propheta, quum id secum statuisset, dicens: Quoniam ponam thronum meum in nubibus, & similis ero altissimo. al. quæstio

## QVAESTIO XI.

Cur itaque permisit illi Deus, hominum genus persequi & impugnare?

## RESPONSIO XI.

Vt diligentes Deum manifesti fiant, & dediti voluptatibus reprobẽtur. Nullo enim se opponente aduersario, non probabuntur regis ingenui milites. Diligentibus igitur Deum, fit causa diabolus victoriæ, coronæ atq; præmiorum.

## QVAESTIO XII.

Cùm è cœlis diabolus ceciderit, quõ in Iob scriptum legitur. Quando venerũt angeli Dei vt assisterent coram domino, adfuit & diabolus in medio illorum?

## RESPONSIO XII.

Non dixit scriptura, quòd in cœlis venerit diabolus in medio angelorum, constabit ergo quòd in terra. Siquidem vbicunq; fuerint sancti angeli, semper inibi Deo assistunt. Hoc verò dignum scitu est, quòd Deus per aliquem sanctum angelum diabolo colloquebatur. Quemadmodũ & rex quilibet per medium hominis cuiusdam ad condemnatum loquitur.

## QVAESTIO XIII.

Nunquid valet incantatio & veneficium occidere hominem?

## RESPONSIO XIII.

Iustum certè nequaquam, peccatorem autem nonnunq;, Deo permittente, cũ ne contra porcos habeat potestatem, sicut in euangelijs audiuimus.

## QVAESTIO XIIII.

Qualem

C Fidelis sermo & omni acceptione dignus. Quo autem modo tandem separatur à corpore?

## RESPONSIO XVIII.

Ex quatuor elementis humanum corpus constare credimus, scilicet è sanguine, viſco, bili, & pituita. Vtputa ex calido & frigido & ſicco & humido, id eſt, ex igni & aere, terra, aqua. Nam ſanguis tanquam calidum & vitale elemẽtum, ſcilicet ab igne. Viſcum autẽ ab aere. Bilis verò quippe ſicca, patet quod de terra eſt: & pituita frigida ex aqua. In his quatuor ceu intra quatuor parietes, tanquam in domo corporis, inſtar columbæ, recluſa eſt anima. Igitur mortis tempore ſecedunt inuicem diuina diſpenſatione quatuor elementa, vt ſi diceres, q̃d diſſoluuntur quatuor parietes domus, & euadit recluſa intus columba, hoc eſt, anima. Et primo quidem abit ſanguis, id eſt, calidum. Vnde nihilo minus corpora mortua fel habent, poſt mortem, et viſcum, ſanguinem autem non habẽt.

## QVAESTIO XIX.

At vbi nam dicere volumus q̃ futuræ ſint prius receptæ hominum animæ.

## RESPONSIO XIX.

Aliena eſt & horribilis quæſtio, & hominibus abſcondita. Non enim permiſit Deus redire quenquã inde, qui annunciaret, vbi, aut quomodo ſint illæ à nobis profectæ animæ. Tamen ex ſcripturis dicimus, q̃ peccatorum animæ inferius omni terra & mari exiſtãt, vt inquit Pſalmus: In tenebris & in vmbra mortis, & in lacu infimo. Atq; in Iob ſcriptum eſt: In terram tenebroſam et opertam mortis caligine, in terrã tenebrarum æternalium, vbi non eſt videre neq; lumẽ, neq; vitam hominibus. Iuſtorum autem animæ poſt Chriſti aduentum & mortem, id quod de latrone in cruce didicimus, in paradiſo ſunt. Nõ enim propter ſolam latronis animam Chriſtus Deus noſter paradiſum aperuit, ſed etiam ob
D reliquas omnes ſanctorum animas.

## QVAESTIO XX.

Nunquid igitur receperunt iuſti bona ſua, & peccatores pœnam?

## RESPONSIO XX.

Nequaq̃, Attamen gaudium nactæ ſunt ſanctorum animæ, & iſta eſt fruitio earum particularis: Sicut & triſtitia quam peccatores habent, eſt particulare ſupplicium. Quomodo enim accerſit rex amicos ſuos vt ſecum prandeant: Sic & damnatos vt puniantur. Illi autem, qui ad prandium ſunt vocati, gaudent & lætantur coram rege in palatio vſq; ad horam prandij. Damnati autem in carcere clauſi, manent in mœrore & triſtitia, vſq; dum veniat iudex. Ita tandem intelligere oportet etiam de animabus, quæ iſtuc à nobis migrauerunt.

## QVAESTIO XXI.

Quid igitur quando nemo ſecundum ea, quæ locutus es, neq; in regnũ, neq; in gehennam introiuit, quomodo de diuite contra Lazarum audimus, quod in igne & tormẽtis exiſtens, ad Abraham loquitur?

## RESPONSIO XXI.

Dominus omnia de Lazaro & diuite parabolice locutus eſt, ſicut & de decẽ virginibus & alijs parabolis. Non enim res geſta Lazari exemplum. Ideoq; nõ vident peccatores in gehenna exiſtentes iuſtos, qui cũ Abraham in regno ſunt. Nec viciſſim cognoſcit aliquis proximum ſuum, illic in tenebris habitans.

## QVAESTIO XXII.

Qualiter hoc? Etenim terribilis eſt ſermo & alienus, quod non cognoſcamus inuicem. Sed ignoti inter nos tum fratres fratribus, tum patres filijs, & amici amicis conſtituemur.

## RESPONSIO XXII.

Agnitio ex corporalibus signis apta est fieri. Sed incorporeæ animæ sibimetipsis prorsus similes sunt secundum omnem modum. Sicut multitudo aliquarum immaculosarum & sibi similium columbarum, siue apum, non altera differt ab altera, nec insigni quadam nota, nec vlla magnitudine, sed per omnia in similitudine inter se existunt. Hoc autem dico de ijs, quæ apud inferos sunt animabus damnatis peccatorum, quòd seipsas non agnoscant. Nam iustorum animabus hoc bonum, scilicet agnitionem Deus dono dedit. A

## QVAESTIO XXIII.

Concedatur nunc iuxta tuum sermonem, quòd animæ se inuicē non agnoscant modo. Sed num vel neq; in resurrectione cognoscituri sint peccatores inter se videlicet, qui eiusdem patriæ, domus, & familiæ sunt?

## RESPONSIO XXIII.

Neq; tunc etiam in resurrectione.

## QVAESTIO XXIIII.

Quare? RESPONSIO XXIIII.

Quoniam omnia ex corruptione ac semination nostris accidentia, siue illa figuræ sint seu notæ, aut signa, vel passiones, per quæ alterutrum nos hic cognoscimus, ea in resurrectiõe mortuorum cum semination ac corruptione dissoluuntur & euanescunt. Et sicut ab initio Deus vnum hominem fecit, ita in regeneratione tanq; vnus homo resurgemus, id est, tota hominis imago similis Adæ imagini, tam formatione q; magnitudine atq; figura. Propterea non est in resurrectione discretio, neque parui, neq; magni, neque nigri, neq; albi, neque fusci, neq; rubei, neq; variæ sunt formę, seu species, siue personę. Omnia enim illa ex satione & corruptione prouenientia, simul cum corruptione resoluuntur & euacuantur. Et quomodo deinceps, dic mihi, agnoscet pater filium infantē mortuum, & tamen annorum triginta perfectum hominem resurgentem, secundū quod Christus triginta annorum baptizatus est? Aut quomodo cognoscetur mortuus Aethiops, resurgens albus, aut mortuus mutilatus ac læsus, resurgens sanus? Si autem incredibilia hæc tibi videantur, audi dominum Saduceis dicētem, q; in resurrectione mortuorum neq; nubent, neque nubentur. Non quòd neque viri neq; fœminæ resurgant. Nam in resurrectione, ipsi quidem viri resurgent viri, ipsæ autem mulieres resurgent mulieres. Sicut & ipsa τιστόκος. Sed erunt, inquit, sicut angeli. Ergo sicut angeli vnius speciei sunt & figuræ, ita credimus de nostra natura in resurrectione per incorruptionem demum fore, vt quemadmodum Deus spicam fecit ab initio, & ex spica natum est granum, & rursus postquā seminatur, denuo respicatur spica. Ita et homo factus est à Deo custodiens mandatum, immortalis. Seminatus autem per mortē, & occatus seu aggere obrutus repullulat, sicut erat ab initio immortalis. B

## QVAESTIO XXV.

Nunquid autem vitam considerant hinc profectæ hominum animæ, an non?

## RESPONSIO XXV.

Nequaq;. Audi enim Prophetam Dauid de morientibus hominibus dicentē: Homo sicut fœnum dies eius, sicut flos agri sic efflorebit. Quoniam spiritus pertransiuit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum. De animabus autem sanctorum non oportet dubitare.

## QVAESTIO XXVI.

Quod si hæc ita sunt, quomodo apparent sancti multoties in suis templis & tumulis?

## RESPONSIO XXVI.

Extranea hæc est & paradoxa quæstio, ac ad respondendum fidelissima indigens

C gens anima. Attamen si es capax audi, non vacillans ratione. Illæ quæ apud templa & tumulos sanctorum fiunt adumbrationes & visiones, non per animas sanctorum fiunt, sed per sanctos angelos transfiguratos in speciem sanctorum. Quomodo enim (cedo mihi) vna existens beati Petri aut Pauli anima, potest in eodem momento apparere in suo monumento, & in mille templis suis per totum mundum? Hoc enim nec angelus vnus facere posset aliquando. Solius enim Dei est in duobus locis & per totum mundum in eodem momento inueniri. Cum & ipsæ intellectuales virtutes omnino derelinquuntur ab ea quæ in cœlis est glorificatione, quatenus demittuntur in ministerium super terram.

## QVAESTIO XXVII.

Quid differt substantia angeli à substantia humanæ animæ?

## RESPONSIO XXVII.

Tres inuenimus substantias ab hominibus incomprehensibiles, quas nemo ne vnquam quidem vidit, nec; videre supra terram poterit: Sicut sunt, videlicet Dei & angelorum & animarum. Attamen coniecturam facimus, quod quantum differt à luna sol, tantum præcellit ac splendet angelorum præ animarum humanarum substantia.

## QVAESTIO XXVIII.

Et quomodo prophetæ dicuntur sæpe dominum vidisse?

## RESPONSIO XXVIII.

Post omnes prophetas, & post ipsam etiam apparitionem Christi dixit sanctus apostolus euangelista & theologus Ioannes, quòd Deum nemo vidit vnquam, & ne credatur tanquam horribile ac alienum hoc verbum, superaddidit: Quod vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ille enarrauit. Vnde & sanctus apostolus Paulus inquit: Quem vidit nullus hominum, neque videre potest.
D Itaque nullus mortalium nudam Dei essentiam videre potest, nequaquam. Sed quo ad humanam imbecillitatem Deus conscendendo prophetis figuratus apparuit, incorporeus tunc existens, sæpe vt homo illis representatus est corporalis. Quo notum fit, quod non essentiam Dei viderunt, sed gloriam. Quod & in angelis & animabus ita oportet intelligere. Sola verò sancta Dei mater nudam substantiam, sicut re vera est Gabriel, ipsa vidit.

## QVAESTIO XXIX.

Quid igitur? An non angeli secundum essentiã apparent hominibus in terra?

## RESPONSIO XXIX.

Nequaquam. Nec enim potest corruptibilis oculus videre essentiam incorruptibilem. Inde luculenter cognoscere datur, quod non secundum substantiam apparent nobis angeli, cum non in vna figura super terram visuntur. Sed alij quidem in adolescentum atque iuuenum forma. Alij vero in specie militum. Et in summa, variæ illorum quo ad nos transfiguratæ sunt formæ, vna verò solum eorum est essentia, siue substantia.

## QVAESTIO XXX.

Quæ autem erit diffinitio substantiæ angelorum?

## RESPONSIO XXX.

Angelus est suppositum viuum, rationale, hymnisonum, immortale.

## QVAESTIO XXXI.

Quod autem est opus super cœlestium virtutum?

## RESPONSIO XXXI.

Hymnus indesinens, & laus irrequiescens magnificentiæ Dei. Forte autem & oratio permanens pro nostra salute. Cum verò hi ordines etiam militiæ dicantur, oportet tum intelligere ordinem doctrinalem, ordinem tutelarem, or-

dinem procuratorium, ordinem ministerialem, ordinem auxiliarem, ordinem A
animarum receptiuum, ordinem in alijs adsistentem. Sicut igitur differẽtias or
dinum in superioribus potestatibus nouimus, ita etiam status & intelligentiæ.
Throni nanque Cherubin & Seraphin immediatè à Deo discunt tanquam
omnibus superiores, & Deo proximi. Hi verò docent ordines inferiores, & ita
deinceps semper superiora docent inferiora, infimi autem omnium ordinum
sunt angeli, qui hominum sunt doctores.

## QVAESTIO XXXII.

An memoriam nostri habeant abeũtes animę, sicut & sancti angeli sunt me
mores nostri?

## RESPONSIO XXXII.

Animæ quidem sanctorum omnino, peccatorum autem nequaquam. Conti-
nuam enim percipientes pœnam, rectè circa eam solum manent soliciti, nullius
rei alterius curam habentes.

## QVAESTIO XXXIII.

Quæ ergo nunc est operatio hinc demigrantium animarum?

## RESPONSIO XXXIII.

Anima deposito corpore, neq; bonum aliquod neq; malum operari potest.
Visiones enim quas cernimus de eis illic, dispensatiue Deus ostendit ad cõmo-
ditatem. Sicut enim lyra si non habuerit pulsantem, vana videtur & ociosa. Ita
& anima, & corpus à se vtrinq; separata, nihil operari possunt. Sanctorum igi-
tur animæ à sancto spiritu incitatæ, cum angelis in regione viuorum Deũ lau-
dant & tripudiant.

## QVAESTIO XXXIIII.

Quid ergo? Num sentiunt aliqua beneficia etiam peccatorum animæ, cũm B
super illis fiunt conuentus & peractiones bonorum operum & oblationum?

## RESPONSIO XXXIIII.

Si non aliquo beneficio participarẽt ex illo, nõ vtiq; in cura & exequijs fieret
cõmemoratio. At sicut vitis florescit extra in agro, & odorẽ eius sentit in vase vi
num reclusum, sicq; conflorescit etiam ipsum. Ita intelligimus peccatorum ani-
mas participare aliqua beneficentia ab exangui immolatione, & gratificatione
pro ipsis facta. Sicut solus ordinat & præcipit, qui viuorum & mortuorum po-
testatem gerit Deus noster.

## QVAESTIO XXXV.

Nunquid est possibile nos cognoscere, cuius rei gratia nõ prmisit Deus animã
alicuius ex illis qui pcesserunt, remitti ad nos, vt exponeret nobis ad cõmodum
nostrum, quomodo sint negocia illa in inferno, & quę necessitas illic immineat.

## RESPONSIO XXXV.

Multus inde error in uita proueniret. Multi nanq; dæmonum, transfiguran-
di se occasionem sumerent in figuras hominum mortuorum, & dicturi essent
ex mortuis se resurrexisse, & sic multa falsa dogmata & negocia de ijs, quæ illic
gerantur disseminare possent, nobis ad errorem & perditionem.

## QVAESTIO XXXVI.

Multi opinantur quòd prodesset homini, prænoscere diem obitus sui.

## RESPONSIO XXXVI.

Si Deus omnia vt prodesset fecit, certè neq; hoc nobis inconsideratè occulta-
uit. Si enim præsciuisset homo diem obitus sui, totam vitam suam sine timore,
in peccatis peregisset, & solum ante duos, vel quandoq; tres dies ante mortem
suam dedisset se ad pœnitentiam. Audiens illud prophetæ dicẽtis: Quod in quo
te inuenio in eo te iudico. Et qualis vlira dic mihi gratia esset, quando centum

homi-

C homicidia feceris contemnens Deum, & duos tantum dies cessares à malo.

## QVAESTIO XXXVII.

Quare nos Christiani adoramus versus orientem, & Iudæi ad meridiem?

## RESPONSIO XXXVII.

Non est vna & consimilis de hoc responsio & demonstratio. Aliter enim Iudæis est defendendum, & aliter à Græcis interpretandum. Præterea certè aliter & Christianis declarandum. Iudæis nāq; dicimus, quòd huius gratia nos fideles adoramus versus orientem, sancto spiritu nos instituente per Dauid prophetam, cùm dicit: Adoremus ad locum vbi steterunt pedes tui domine. Et prophetа Zacharias docet nos, dicens: Et stabunt pedes domini in monte Oliuarū contra Hierusalem. Et hæc sit Iudæis per compendium responsio. Ad Græcos autē sic dicimus, quòd non, & quasi in oriente circunscriptus sit Deus, inde versus orientem adoremus, Sed cùm Deus sit, & nominetur lux vera, ob id respiciendo ad lucem creatam, iam non quidem illam ipsam, sed factorē eius adoramus. Videlicet ex lucidiori elemento ipsum, qui est ante omnia elementa & ante omnia secula illustrissimum Deum honorantes. Fideles autem audiant & discāt, q̄ hac de cāusa beatissimi apostoli fecerunt Christianorum Ecclesias intendere versus orientem, vt ad paradisum respicientes, vnde cecidimus, scilicet ad veterem patriā & regionem nostrā, petamus Deum & dominum nostrum reducere nos illuc, vnde eiecti exulamus. Ad austrum verò intendere Iudæis prophetæ præceperunt, q̄ ex Austro, quo ad Hierusalem, scilicet ex Bethleem nasciturus erat dominus: ideo dixit Propheta: Deus ab Austro veniet, hoc est à Notho, qui dicitur Theman.

## QVAESTIO XXXVIII.

Quare cùm Christus sit circunciſus, nos non similiter circuncidimur?

D

## RESPONSIO XXXVIII.

Christus certè Dei filius venit adimplere legem, ne putaretur contra Deum facere, aut Deo, qui dedit legem, rebellis esse. Nā talem esse Iudæi eū hinc inde diuulgabant. Cùm autem ipse pro nobis, quæ sunt in lege adimpleuerit, iā non restabat vitra quod nos essemus sub lege, sed sub gratia. Ideo per Paulū ad nos Christus loquitur: Si circundamini, Christus vobis ad nihil erit vtilis. Vnde clarè cognoscimus quòd alieni à Deo sunt omnes qui circunciduntur, siue fideles, siue infideles, Iudæi, seu Græci, qui gloriantur in lege Mosaica, non sequentes Christum. Sicut enim omnes, qui per sanguinem irrationalium animalium putantes Deo immolationem esse offerendam, Christi exangue sacrificium corrumpunt, & abominabile faciunt: ita omnes qui carnem circuncidunt, spiritalē circuncisionem scilicet sanctum baptisma, vilipendunt & euertunt. Et rursus aliud simile. Non in lege Christus diabolum euacuauit & dæmones, neq; in ea salutem operatus est, sed in cruce. Vnde legem quidem videntes dæmones, non tremunt, neq; timent: crucē autem videntes, sæpè tremunt, fugiunt, euanescūt, & persecutionem patiuntur.

## QVAESTIO XXXIX.

Quare omnes fideles nos cruces quidem conformes cruci Christi facimus, sacræ autem lanceæ, vel arundinis, vel spongiæ conformia non fabricamus, sunt enim ita sancta vt crux ipsa?

## RESPONSIO XXXIX.

Crucis certè figuram ex duobus lignis componētes adoramus. At si quis infidelium nos accuset quòd lignum adoremus, facilè possumus ea duo ligna separare, & formam crucis destruentes quasi inania hæc ligna reputando, eidem infideli persuadere, quòd non lignum colimus, sed crucis figuram. De lancea autē

C te. Nam illos potius quam nos conuenit euangeliorum esse conscios. Ac ne recẽsendis omnibus orationẽ faciam prolixiorem, satis est vnus Apostolus doctor, ad hoc vt nobis plenè satisfiat. Scribit enim ipse beatus Paulus ad Hebræos, ὃd impossibile est mentiri Deũ, quodq; maxime veræ est in dictis, ac nequaquam mentitur. Nam rerũ conditarum hoc habet natura proprium, verti, varijsq; mutationibus moueri. Quãdoquidem & ea quæ quondã non erãt, transmutationẽ acceperunt vt essent, idq; beneficio & humanitate conditoris. Quemadmodum & rursum ait Paulus vocans ea quæ non sunt, tanquã ea quæ sunt. Cæterùm Deus qui cuncta fecit per verbum, quoniam verè est immutabilem habet cum verbo naturam. Et hoc per Propheram docet, dicens: Videte, videte, quod ego sum & non mutor. Eoq; de hominibus quidem in Psalmis canitur Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. De Deo vero Moses testificatur in lege, quod Deus fidelis est ac verax. Itaque vir ille qui Christum gestabat, velut ab horum vtorq; doctus, & ipse discrimẽ oltẽdens inter Deum & res conditas, scribit: Sit Deus verax, omnis autem homo mendax. Est autem verax Deus, non quod careat mendacio, nihil enim est illi contrarium, neque sit velut homo, alteri testificans quod verum est. Neq; enim vlli est obnoxius, sed velut ipsius veritatis progenitor ac pater, dicente domino: Ego sum veritas, veritati autem mendacium amicũ esse nunquam poterit. Vnde veritatem iuxta Psalmistẽ quærit dominus, mendacium autem ab sese proijcit, & alienat, dicens: Filij alieni mentiti sunt mihi. Mentiti sunt enim Iudæi aduersus seruatorem, & profitentes se seruare legẽ, non erant veraces, sed legem violarunt, aduersus eum qui dederat legem, pro beneficio mortem machinantes domino. Iure igitur reiecti sunt, ac mortem quam mentientes dño intulerunt, eam verè sibijpsis accersiuerunt, velut & Ananias, Sapphiraq; in Actis apostolorũ, q cùm Deo promissionẽ vltrò donassent, à promisso suffurati sunt, & alios quidẽ latuerant, cæterùm veritatis minister Petrus, D eos repellit, dicens. Non mentitus es hominibus sed Deo. In quibus ingens accidit miraculum. Quod enim solus Petrus nouerat, hoc per mortem Ananiæ, in notuit omnibus, vt omnes prouocarentur ad religionem, Sapphirę exemplum formidantes. Siquidem illud sciendum est nec oportet ignorare, quod quęcunq; promisimus Deo, iam nostra non sunt, sed in ære Dei sunt, adeò vt si quid inde subtraxerimus, haudquaquam id faciamus, veluti quæ nostra sunt vsurpantes, sed vt quæ Dei sunt sacrilegio deprædantes. Promissio verò non tantum ad pecunias, verum etiam ad orationem, & ad voluntatis delectum pertinet. Neq; enim qui laborat pecuniarum inopia, idem inops est liberæ voluntatis. Videlicet verè diuinum vereq; magnum mysterium, non de pecunijs habet promissionẽ, sed de proposito perfecto, deq; fiducia erga Deum. Omnes igitur professi sumus, & omnes debitores sumus professionis. Adeo vt necesse sit persoluere, virginem quidem virginitatem quam professa est, continentes verò cotinentiam, coniugatos pudicitiam, mutuamq; inter ipsos charitatem & honorem. In summa. Omnes necesse est, vt persoluant fidem erga Deum, religionem, iustitiam, ac fortitudinem, ne nos velut ingratos & iniurios Ananiæ, Sapphiræque exemplum occupet. Nam & hanc ob causam prius apostolicus ille sermo cõfirmatus est: Reddite oĩbus debitum, cui vectigal, vectigali cui timorem, timorem: cui honorem, honorem: nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicẽ diligatis. Hoc fecit is qui hoc p̃dicat, videlicet confidẽter scribẽs: Bonũ certamen certaui, cursum consummaui, fidẽ seruaui, de cæteris reposita est mihi iustitiæ corona, quã reddet mihi iustus iudex. Quoniam enim non fuerat mentitus in his quæ promiserat, sed præstiterat Deo quod illi fuerat pollicitus, accepit & ipse Dei veracis promissionẽ, quæ corruptionem nescit. Itaq; nos admonet, dicens: Ne mentiamini

Deus solus immutabilis.

Solus Deus verax. χριστοφόρος Paulus.

Portate deum in corpore vestro, & ego stigmata Iesu in corpore meo porto

Mendacium inuisum Deo.

Mendacium in Ananiã & Sapphiram acriter punitum.

vobis inuicem. Ac rursus, omne mendacium ex ore vestro ne procedat. Cupit A
enim nos ipsius imitatores fieri, dicens: Veritatem dico, non mentior. Quan-
Iusiurandum vitandum. doquidem & in Euangelio domini dictum est, vt sit sermo noster, est est, & nō
non. Hactenus igitur qui profitentur Christum, asseuerent quæ loquuntur, ne-
que longius progressi ad iusiurandum confugiamus, vt peruiturarum petunia-
rum gratia iuremus per Deum, quum Moses id maxime vetuerit legem: Non as-
ἐπὶ μα
ταίῳ sumes nomen domini Dei tui in re vana. Etenim si quis omnino dignus est qui
Deum nominet, idem dignus est, cui citra iusiurādum habeatur fides. Nam qui
Dilemma. dignus habetur eò quòd maius est, multo magis eò quòd minus est dignus erit.
Quod si nequaquam dignus est cui citra iusiurandū habeatur fides, nec dignus
est profecto qui iuret per nomen domini, nec est huius verbis fidendum. Nam
quomodo prorsus Deus hic erit testis iuranti, quum careat fide, quam dominus
respicit. Testificatur hoc sapientia, dicens: Spiritus sanctus disciplinæ dolum ef-
fugiet, & subducet sese à cogitationibus vacuis intellectu, nec habitabit in cor-
Fidē vbique exigit dominus. pore obnoxio peccatis. Ea propter & dominus noster Iesus Christus, ab ijs qui
ipsum inuocant primum exigit fidem, velut in cæco, dicens: Credis me tibi hoc
posse facere? In lunatico verò sic loquitur: Si crediderīs, fiet. Id autē exigebat ser-
uator, non quod egeret alieno auxilio ad ædenda miracula, nam ipse fidei quo-
que dominus est ac largitor: sed vt perspicuum esset, eum non gratificari perso-
næ, sed annuere fidentibus, quodque sine fide non essent accepturi beneficia,
denique quod hæc ob incredulitatem essent amissuri. Quum enim confert be-
neficium, vult manere beneficium, quumq; donat sanitatem, vult sanitatem es-
se perpetuam, veluti prospexit admonitione paralytico, dicens: Ecce sanus fa-
Simile ctus es, noli amplius peccare, ne quid accidat tibi deterius. Perinde quasi si quis
medicus ingressus ad ægrotos, prius sciscitetur an velint curari, ne dum ipse cu- B
ram susceperit & illi nolint, inutilis existat curatio, nimirum ijs qui laborant ad-
uersus artem medici pugnantibus. Sic & dominus eos qui sanabantur, percon-
tabatur, nec nisi fidentibus conferebat beneficium, vt per fidem & beneficium
conseruare possent. Per fidem enim dignoscitur animi propositum. Quorsum
igitur Deum testem inuocant, qui fidem erga veritatem non habent? Spiritus
testificatur in Psalmis: Prope est dominus omnibus inuocantibus eum in verita
te, per quam solam inuocari potest Deus. Cur igitur inuocant dominum qui ne
minimis quidem fidē habent? Quanquam & alioqui iusiurandū veritatis est te-
stis, non rerum declarationem habet. Iurant enim homines, non vt res signifi-
Dilemma. cent, sed vt veritatem persuadeant, seq; loquendo nihil mentiri. Quod si iuranti
adest fides & veritas, qd opus est iureiurando? Si non adest ei fides, cur tantam
admittimus impietatem, & propter humana mortalia q;, Deū homine maiorem
Simile. testem inuocamus? Etenim si in paganorum iudicijs regem terrestrem testē ci-
tare fas non est, vtpote maiorē, & ijs qui citant, & ijs qui iudicant, cur Deū incre-
tū ad res creatas inuocamus, faciētes vt Deus ab hominibus contēnatur? Apage,
superat hoc omnem impietatem, omneq; facinus. Quid igitur faciendū est? Ni-
hil amplius, quàm vt nostrum est, sit est, & nostrū non sit non, nec omnino men
tiamur. Sic enim videbimur veraces, & hac in parte imitari veracem Deum.
Fortassis aduersus hæc aliquis probabiliter obijciet, dicens: Si iusiurandum ho-
minibus est interdictum, & si in non iurando Deum imitatur aliquis, quomo-
do Deus ipse in sacris literis frequenter iurare dicitur, nam & Abraham iurauit
teste Mose, quin & in hymnis scriptum est: Iurauit dominus & non pœnitebit
Deus non iurat. eum, tu es sacerdos in æternum secundū ordinē Melchisedec. Videbātur enim
hæc pugnare cum his quæ prius dicta sunt, aut ex his apparet permitti homini
bus iusiurandum. Atqui non est ita: Ne quis hoc existimet. Deus enim per nemi

nem

C nem iurat. Qui nanq; per alium iuraret, cùm ipse sit dominus omnium & conditor, sed si vera loqui fas est, ipse sermo eius iusiurandum illius est, plenam fidem faciens audientibus, & rebus omnibus fidem arrogans, quod quicquid promittit, loquitúrve, simul & futurum est. Non enim iurat Deus vt homo, sed nobis illius sermo vice iurisiurandi est ad persuasionẽ veritatis. Cæterum hominibus loquens iurare dicitur, videlicet ita more hominũ loquentibus sanctis, vt ex quibus sibi loquentibus postulat haberi fidem, ab his & ipsi credant loquenti Deo. Quemadmodum enim hominum dicta confirmat iusiurandum, sic & quæ loquitur Deus, pro iureiurando habeantur, eò quòd illius consilium firmum est et immutabile. Confirmat quòd dico, ipsum iusiurãdum, de quo scriptura meminit: iurauit enim dominus & non pœnitebit eum, vt intelligas immutabilitatem iurisiurandi, & omnino futurũ quod promissum est. Hoc & in Genesi significat ipse Deus, dicens: Per memetipsum iuraui, hoc autem non est iusiurandum, neque enim iurauit per vllã aliam rem, quod est iurisiurandi proprium, sed per seipsum, quod excludit iurisiurandi suspicionem. Qua quidem re, & illud significat, firmam esse promissionem, & omnes debere fidem habere, quisquis audierit. Sit autem & hymnorum sacrorum ille cantor testis horũ quæ dicuntur, Deo in memoriã reuocãs canit ac dicit: Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquę dñe, quas iurasti Dauid in veritate tua. Non enim aduersus veritatẽ iurat Deus, sed quæ re præstans loquitur ad persuasionem, vice iurisiurandi sunt hominibus. Neq; igitur Deus hominum more iurat, neq; cõuenit nos ex huiusmodi dictis ad iurandum animari, sed ea loquamur potius, ac faciamus, vt qui audiunt nõ desiderent iusiurandũ, sed vt quæ dicuntur, ex sese habeant veritatis testimoniũ. In hoc eñ verè Deũ imitabimur. Sed fortassis & de illo quod accidit Niniuitis aliquis in-

D terrogarit hunc in modum: Si sermo est iusiurandũ Dei, quomodo loquens præstat quæ dicit, nec mentitur? Quõ dixit: Adhuc tres dies & Niniue subuertetur: non perfecit quod dixit, videbitur enim & hoc pugnare cũ prioribus. Sed num mentitur Deus? Absit. Neq; sermo illius mansit incompletus, nam humanitate iram tẽperauit, & ad Niniuitarũ pœnitentiã respexit magis, q̃ ad priora peccata, neq; sic dixit Deus, post tres dies subuertetur Niniue, sed tres dies vos sustinebo vt in tolerantia trium dierũ facultatẽ haberent pœnitendi, aut secuturã iram in se prouocarent. Quid enim ait propheta? Adhuc tres dies & Niniue subuertetur. Nõ dixit post tres dies perdeẽ, alioqui factũ fuisset, sed adhuc tres dies & subuertetur, vt ex eo q̃d dicitur adhuc, cõsideremus tolerantiã Dei. In subuersione aũt venturã iram post tolerantiã, nisi pœnitentiam egissent: Alioqui nisi ad eum modũ res habuisset, ac nisi Deus pœnitentiæ causa tres dies hominibus proposuisset, quid prohibebat Deum q̃minus etiã interea Niniuem p̃deret? An quia non poterat? Absit. Ne vnq̃ hoc nobis in mentẽ veniat, dñs enim virtutum fortis & potens Deus. An ignorantia rerum illarum? Et hoc absit. Nouerat enim omnia priusquam illi nascerentur. Quid ergo restat considerandum. Videlicet lenitas & humanitas domini, quam & propheta cognitam habens, fugiebat quidem quum primum mitteretur, postea tamen excusans, dixit: O domine, nonne isti sunt sermones mei, quum adhuc essem in terra mea, eóque præueni vt fugerem in Tarsis, eò quòd sciebam te esse misericordem & miseratorem, lenianimo, multæq; misericordiæ, ac pœnitentem super malitijs. Fugit autem Ionas, non tanquam contradicens Deo, nec dolebat tanquam gaudens de perditione Niniuitarum, verum id faciebat, quòd ipsi Niniuitæ curæ erant. Metuebat enim, ne apud illos parum certæ fidei haberetur, ac in posterum inciperent diffidere, propheticúsque sermo apud eos fide careret. Hac de causa etiam dolebat, vt à domino declararetur, fieréque perspicuum omnibus qui illic erant Niniuitis,

Deus p se metipsum iurãs non iurat.

Dauid.

Obiectio de Niniuitis.

Tres dies.

Hæc solutio nõ vbique quadraret.

Ionæ 4

tis,quod non ob mendacium prophetæ, sed ob Dei humanitatem pœnitentiæ A
spacium esset concessum. Oportet enim in ipso etiam modo sermonis agnoscere significatam Dei lenitatem, quandoquidem hæc est diuinæ scripturæ consuetudo. Quoties enim suam lenitatem Deus significari vult, per huiusmodi locutionem enunciat, ac si dicat per Esaiam: Quid amplius faciam vineæ meæ: Per Hieremiam verò: Propterea adhuc iudicio contendã aduersus vos, dicit dominus. In hoc quod dicit adhuc, significat suam bonitatem ac tolerantiam, ait enim: Perambulate insulas Chettim, & ad Cedar mittite. Videte: Nisi voluisset uti lenitate, nec admonuisset eos, vt peragrarent gentes, ac peragratis illis discerẽt ex contrarijs conferre, quid esset honestũ, videlicet quod non amplius lenitatem promererentur, sed iram actiones omnium prouocarent, deinceps aperit, dicens: Non amplius feram peccata vestra. Hic autem per hoc verbum, non amplius, ostendit manifestè lenitatem quæ declarabatur circa inimicitias sermonisq; veritatem. Siquidem impossibile erat Deum loquẽtem, nõ esse veracem, etiam si tantum voluisset. Idcirco pollicitus Abrahæ non mentitus est, sed & filium illi donauit, & populum eduxit ex Aegypto per Mosen sacrorum antistitem, & ipsi quidem Isaac iuxta promissum bona fide præstitit, & hunc patrem fecit multarum gentium. Iacob autem vt erat pollicitus, exhibuit Ioseph. Ac Mosi quidem fidelissimo fecit fidem eorum quæ dicebantur, per ea quæ acciderunt Pharaoni. Dauid vero, sicut erat pollicitus, persoluit promissum, per Salomonem, loquor autem de ædificatione templi. Et quid opus est mihi multa commemorare: Nihil à Deo dicitur quod maneat incompletum, etiamsi non protinus faciat, sed negligere videatur, dum quærit faciendi rationem, tamen progressu temporis præstatur, quod promissum est, & progressu temporis omnino completur pollicitatio. Ecce enim quæ multo antè dicta sunt à domino, quæq; multis antè
seculis prædicta sunt, nunc in Euangelijs videmus completa. Nam Esaias prædi B
xit: Ex muliere viri ignara nasciturum Emanuel, ipse vero ex Maria virgine natus, ac Deus apparens compleuit prophetę sermonem. Ac Micheas quidẽ etiam locũ prædixit in q̃ Christus nasciturus erat. Ipse vero dñs in Bethleem recũbens in præsepi, declarauit prophetã esse veracẽ. Ac Zacharias annunciauit ciuitati Hierusalem, ingressum seruatoris. Ipse vero dominus missis ad asinã discipulis, dũ ingreditur asinæ insidens prophetiã expleuit, & in vniuersum ne singula nominatim recenseam, quæ scripta sunt, ipse fuit consummatio legis & prophetarum. Nam quæ per illos antè denunciarat, hæc ipse aduenies ad plenum perfecit, dicens: Ipse qui loquebar adsum: Ecce nunc & quæ olim pronunciata sunt de seruatore in psalmis, his rursus temporibus implentur, per militum facinus. Nam quæ prius significarat se passurum, hæc nunc Iudæorum populi faciunt, diuidentes vestimenta seruatoris, ac in potum illi dantes acetum cum felle. Hæc enim, inquit, facta sunt, vt implerentur scripturæ. Altera quidem, quæ dicit: Diuiserunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem. Altera vero rursum: Dederunt in cibum meum fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Multi qui incidebant in lectionem euangelicam quum audirent illud, vt impleretur quòd scriptum est, existimabant ea quæ fiebant ob nihil aliud fieri, quàm vt implerentur quæ scripta erant: & ob id arbitrabantur eos qui hæc faciebant non solum in culpa non esse, verum potius laude dignos, quippe qui non peccarent, sed ijs quæ scripta erant subseruirent. Nam prophetarum verba non futura fuissent vera, nisi illi, hæc egissent. Magis autem hæc opinabantur commoti his, quæ scripta sunt in Euangelio Iohannis, vbi Iudæorum incredulitatem enarrans secũdum Esaiæ vaticinium, ait: Quum autem tam multa signa feciſſet coram eis, non crediderunt vt sermo Esaiæ cõpleretur,

De Christo prædicta.

Vt impleretur scripturæ, q̃modo intelligendum.

qui

C qui dixit: Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Nam si, vt Esaiæ sermo impleretur, nõ crediderunt Iudæi, nõ ipsi sunt accusandi ob incredulitatẽ, sed is potius qui hæc dixit, propter quem hæc etiam completa sunt. Tolle inquient sermonem prophetę, & oẽs illi credituri sunt. Verùm, hæc dicta & huiusmodi sententia multum abest à veritate: neq; enim propheta his causam præbuit, neq; Iudæi carẽt culpa incredulitatis, sed propheta q̃dem præuidens q̃ futura essent annunciauit, ipsi vero postea facientes, declararunt prophetæ sermonem veracem: neq; tanq̃ subseruientes propheticis sermonibus, facinus ausi sunt aduersus seruatorem, sed propria sponte volentes fecerunt quæ facta sunt, vt propheta quidem illis nõ fuerit in causa, sed ipsorum potius voluntas. Quin ipsi magis in causa fuerunt prophetæ, vt hæc de illis loqueretur. Siquidem prophetæ proprium est videre futura, nec falli, cæterum actionum causam, suam quisq; voluntatem habet, & quemadmodum nos cõspicientes ea quæ sunt sub oculis, videndo nõ fallimur, nec aliter videmus quàm fiunt, sed quemadmodum fiunt, ita videmus. Sic & prophetæ futura tãquam præsentia videbant, & quæ videbãt, fieri erat necesse, omniaq; quæ fiebant omnino videre oportebat. Et rursum quemadmodũ nos quæ videmus oculis, omnino necesse est vt sint, siquidẽ ea quæ sunt videmus, nec potest aliter fieri quàm vt videmus, sic & prophetæ quæ præuidebãt, oportebat omnino esse, nec aliter fieri poterant, q̃ quemadmodum præuiderant. Nam si futura non præuidissent, nõ iam fuissent prophetæ. Et omnino hoc scire oportet, q̃ prophetæ non sunt tantum legum doctores, vt satis sit facere quæ præcipiunt, verùm etiam futura significant. Non enim quia dicũt ideo fiunt quæ fiunt, sed q̃niam futura sunt, ideo prędicũt, necesseq; est nõ mentiri prophetas, vident emm verè. Nisi enim iuxta materiã rerũ prædixissent, nõ fuissent prophetę, sed Iudæorũ erat electio vt hæc facerent, & in totũ, sancti nõ coguntad ea quæ fiunt, sed voluntatẽ eorũ qui faciunt præuidentes significant: & quemadmodũ illi contra veritatem ratiocinantes docebant, tolle sermonẽ prophetæ, & omnes Iudæi credituri sunt, sic dixerim & ego. Tolle facta Iudæorũ, & omnino nõ propheta uerit de illis Esaias. Itaq; si Ioannes dixit: Non crediderũt in illũ Iudæi, vt impleretẽ sermo Esaię, ne causam incredulitatis illorũ reijcias in sermonẽ prophetæ, sed in actionẽ ipsorũ Iudæorũ. Nam quæ illi nunc fecerunt, hæc præuiderat multo ante propheta, & oportebat hunc nõ mentiri, verũ erat declarandum, q̃ quæ nunc fiunt, verè præuiderit. Vt enim sermo illius posteris verax appareret, redarguti sunt increduli, etiam cùm occultarentur. Erãt enim propositi mali. Quoniã aũt occultabant suam incredulitatẽ, sermo redarguit ac prodidit illos. Non igitur ideo nõ crediderũt, q̃a redarguit eos sermo cùm occultarẽtur. Et si dixerit rursus, non poterãt credere Iudæi, quoniam hæc scripta erant de illis, ne tribuas impossibilitatem prædictioni rerum, poterant enim mutari, sed impossibile erat mentiri prophetam, quãdoquidem verè viderat, propterea fieri nõ poterat vt falleretur: nec enim aliter viderat quàm vt factum est. Et quemadmodum apparuerunt increduli, sic & quod de virgine prædictum est miraculum, completum est, & quod iuxta Ioannis narrationem accidit hodie, & omnia quę prius scripta sunt, completa sunt. Non enim quoniam scripta fuerant ideo euenerunt, sed quoniam omnino facta sunt ideo & prædicta fuerant. Itidem & hoc quod prædictum est de diuisione vestium nunc accidit, & vt accidit, ita & præuisum erat, & vt prædictum erat ac præsignificatum, sic & impletum perfectumq; est. Scriptum est autem ad hunc modum: Quum autem crucifixissent eum, diuisẽre vestimenta eius mittentes sortem, vt impleretur q̃ dictum est per prophetam: Diuiserunt vestimenta sibi, & super vestem meam miserunt sortem. Matthæus quidem cum cæteris euangelistis simplicius

Simile.

plicius narrat factam esse diuisionem, Ioannes autem etiam qualiter facta sit di A
uisio, & quam ob causam facta sit sors, de qua scriptum erat, exponit loquens
hunc in modum. Milites ergo quum crucifixissent Iesum, acceperunt vestimen
ta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuiq; militi partem. Tunicam vero quo
niam erat inconsutilis è summo texta per totum, dicebant inter sese, ne scinda
mus, sed sortiamur cuius erit, vt scriptura impleretur: Diuiserunt vestimenta si-
Passio dñi non erube scenda. bi, & super vestem meam miserunt sortem. Fortassis aliquis hæc audiens erube
scit, fortassis aliquis videns dominũ illudi & abduci cædiq; pudefit, fortassis ali
quis nunc vidẽs dominum & seruatorem & regem vniuersi iudicari sub Pilato,
crucifigi à Iudæis, pudore afficitur oculosq; deijcit in terram. Neq; enim sol susti
nuit hoc videre spectaculum, sed obscuratus est totus, vt & aliorum oculos auer
teret, neq; curauit amplius exortum ostendere hominibus, verum etiam ausus
est posteà non obtemperare, quum videret dominum, qui ipsi vt luceret præce
Quur pas sus dñs. perat, ab hominibus affligi. Verùm, si causam discamus, & quamobrem passus
fuerit consideremus, iam non erubescemus, sed mirabimur bonitatem humani
tatemq; eius, & gloriabimur nos quoq;, quemadmodum Paulus in cruce. Non
enim dominus ipse propter seipsum, sed nos in illo patiebamur. Nam hominũ
peccatum ingens erat, & hoc malum totum occupauerat orbem, quum autem
& antea maximum esset, ac paulatim deinde creuisset, intolerabile factum est
hominibus. Nam & mors in omnes & in omnibus inualuit regnando, domi-
nus autem noster immortalis & incorruptibilis est, quemadmodum immorta-
lis & incorruptibilis est, ita bonus quoq; & humanus. Nam boni patris, bonus
est sermo, eoq; non dissimulauit perire quod factũ erat, neq; sustinuit, vt eorum
quæ ipse condiderat, alius fieret dominus. Verùm quum aspiceret ad malitiam
intolerabilem, humanum genus non satis erat idoneum ad resistendum morti,
neq; poterat pœnam pro peccatis dissoluere, superabat enim omnem pœnam B
malitiæ magnitudo. Rursus quum respiceret & patris bonitatem & suam po-
tentiam ac virtutem (Christus enim Dei virtus & Dei sapientia) commotus est
humanitate, & miseratus infirmitatem nostram, hanc induit. Ipse enim, vt ait
Propheta, & infirmitates nostras portauit, morbosq; gestauit, ac miseratus no-
stram mortalitatem, induit illam, ait enim Paulus: Humiliauit semetipsum vsq;
ad mortem, mortem autem crucis. Cæterum videns & illud, nos non posse per
soluere pœnas, has in se recepit ipse. Nam Christus factus est pro nobis maledi-
ctio, & ita tandem humana indutus amictusq;, per seipsum nos adduxit ad pa-
trem, vt ipse patiens, eũ qui verè patiebatur redderet innocuũ, ac parua magnis
permutaret. Descendit enim vt nobis ascensum pararet, expertus est natiuita-
tem, vt nos per eam patri innascibili reconciliaremur. Infirmatus est propter nos,
vt nos erigemur robore, vtq; dicamus more Pauli: Omnia possum in eo, qui me
corroborat Iesu Christo. Assumpsit corpus corruptibile, vt corruptibile indue-
ret corruptibilitatem: induit mortale, vt quod erat mortale, indueret immorta-
litatem, denique factus est homo, mortuus est, vt nos homines emorientes effi-
ceremur dij, nec amplius haberemus mortẽ regnantem. Mors enim nobis non
dominatur. Quin & apostolicus sermo prædicat: Propterea & crucifixus est, vt
nos à maledictis redimeret, ac nos benedictionem adipisceremur. Nam ipse pa
tiens in nullo damnum passus est, sed nobis potius beneficia contulit, & mori-
ens non mansit mortuus, sed mortuos potius viuificauit, & quum mactaretur,
non periit, sed sanguinæ victimæ, omnes simpliciter redemit, ipseq; mansit ma-
li expers. Quod si quis interroget, quomodo id fieri possit: Audiat, duarum re-
rum in eodem concursus factus est, rerum inquam haudquaquam æqualium,
sed quæ nec vlla ex parte habent inter sese comparationẽ. Nam mortale immor

tali

C ali erat conglutinatum, & corruptile corpus cum incorruptibili verbo sociatum est, sic vt quod erat mortale, non læderet id quod erat immortale, eo quod non esset passibile, sed potius manebat idem vt erat impassibile, vincens id quod erat mortale. Siquidem ea quæ superant, semper dominium habent in ea quæ superantur. Per verbum igitur immortale quod accessit, etiam mors mirabiliter abolita est in eo, haud aliter quàm ab igni culmus absumitur. Verbum autem quoniam est incorruptibile, iuuat potius id quod corruptibile est illi sociatum. Siquidem tenebræ à luce illustrantur, & quod minus est, ab eo quod maius est benedictionem accipit, & ideo nunc quoque à carnificibus exuitur, quas nos in Adam indueramus, pelliceas tunicas, vt pro his possimus induere Christum. Ob eandem causam patitur & vestimenta diuidi, vt nos haberemus verbum à patre indiuisibile. Ego enim, inquit, & pater vnum sumus. Hanc ob causam mittunt sortem super tunicam, idq; patiẽs dissimulat, vt nostra sors fieret Christus. Quemadmodũ ait & Psalmodus: Dominus pars hęreditatis meę & calicis mei. Vnde non alibi patitur, nec alibi crucifigitur, quàm in Caluariæ loco, quem Hebræorum doctores dicunt esse sepulchrum Adæ. Nam eum illic fuisse sepultũ, post maledictionem affirmãt. Quod si verum est, admiror loci congruentiam. Conueniebat enim vt dominus volens reuocare primum Adam, eo in loco pateretur, vt illius peccato remisso, idem à toto genere tolleret, & quoniã audiuit Adam: Terra es, & in terram abibis, ideo rursus illic positus est, vt illic reperto Adamo, primum dissolueret peccatum: deinde pro eo quod dictum erat, terra es, & in terram abibis, iam dicat: Surge qui dormis & exurge à mortuis, & illucescet tibi Christus. Atq; iterum: Surge & veni sequere me, post hac ne sis in terra positus, sed ascendas in cœlum. Necesse est enim vt excitato domino, simul cum hoc excitetur & Adam, & quotquot ex Adam progeniti sunt. Et quemadmo-
D dum moriente Adam, manebamus omnes per illum mortui, ita excitato corpore dominico, necesse est vt deinceps omnes cum eo resurgant. Hæc sanè est Pauli sententia. Scribit enim Corinthijs hunc in modum: Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Cæterum quomodo illum ducant ad crucem, operæprecium est ex his quæ scripta sunt videre. Sunt enim hæc prorsus haud inutilia, neq; temere scripta sunt in Euangelijs. Posteaquam iudicatus est dominus, iudicatus est enim & coram præside stetit. Neque quisquam hęc legens erubescat, quandoquidem & hoc nostra causa sustinuit, ne si sileretur quibus artibus fuerint illum adorti, laterent Iudæorum insidię, sed & ex ipso iudicio palàm fieret Iudæorum insidiantium calumnia. Etenim si seruator non fuisset iudicatus, minus patuisset Iudæorum aduersus dominum inuidia, verum vbi iudicatus est, neminem iam latere potest, quales illi fuerint. Quin & ipse Pilatus seruatori testis fuit innocentiæ puritatisq;, ac Iudæorum insidias detexit. Sciebat enim, inquit, quod propter inuidiam tradidissent eum. Pilatus autẽ non nouisset Iudęorũ inuidiam, nisi exhibitus fuisset seruator iudicandus. Rem verè magnam & admirabilem fecit seruator, tacens mouebat, & nihil respondens effecit, vt iud ex confiteretur illorum conspirationẽ, quodq; magis obtemperatum est turbæ, quàm iustitiæ. Nam si se defendisset dñs, poterat aliquis suspicari formidinẽ mortis, qm aũt obticuit, admirari conuenit firmitatẽ ac fortitudinem. Quod aũt & Pilatus sic responderit, nihil aliud est, q̃ quòd credidit eũ qui condẽnabatur, esse Deum. Etenim cùm à Pilato iudicaretur, oraculum edidit per huius vxorem, vt simul & ex silẽtio fortitudinem admiraretur, & oraculo cognosceret nõ hominẽ, sed Deum esse quẽ iudicabat. Metuebat itaq; iudex eũ qui iudicabat, & magis ipse iudicabat metuẽs eum q̃ iudicabatur, q̃ iudicãdo terruit dñm, eoq; manus lauit, dicens: Innoxius sum à sanguine hoc, quanq̃ po-

In Christo duæ naturæ diuersissimæ.

Exuitur Christus quare.

Caluariæ locus crucis quare.

Meminit horum & Hieronymus.

Ductus ad crucẽ quõ

Dñs iudicatus q̃re.

Dñs obticuit q̃re.

sted victus Iudæorum amicitia, simul cucurrit cũ illis insidiãtibus, vt eũ traderet A
crucifigendũ. Traditur igitur saluator, ac traditus nõ expauit mortẽ, sed potiꝰ
Luctaturi exuebant sese. exutus est, ad luctandum cum illa, serpẽtemq; fugientem persequutus est. Non enim erat vt moriens dñs, sed vt mortem in hoc persequens. Ibi sanè iam pauidus diabolus, conspecto miraculo ꝙd acciderat in Pilato, videlicet ꝙd is qui iudicabat magis expauesceret, ꝙ qui iudicabatur, cùm videret et illo persuaso iam ad certamen exui dominum, nihil intẽtatum relinquere studuit auidus cognoscendi, ꝙd prius in monte tentans eum nõ potuerat perdiscere, an hic esset filius Dei. Tum pudefactus, obseruabat mortis tempus, existimans se posse dominũ tẽtare morte, qua cũctos in seruitutem redegerat. Scriptum est enim apud Lucam;
Discessit ad tẽpus quõ intelligendum Consummata omni tentatione, diabolus discessit ab eo ad tempus. Hoc est aũt illud tempus, ꝙ ipse etiam hostis sciebat sese conculcatum iri ab omnibus, si hic quoq; concidisset. Iam enim hoc solum certamen reliquum erat, nudato cæteris omnibus. Itaq; mouet omnem lapidem, vt sciret num ille esset seruator. Hoc aũt faciebat, vt si verè potuisset de illo fieri certior, ne aggredi quidem tentaret, sciẽs inexpugnabilem illius diuinam potentiam. Dñs videns illius malitiam, ꝙd non honoris erga ipsum gratia, sed vt homines in seruitute detineret, venaretur illud, occultabat suam deitatem, ac velut hominem se gessit, ne si nõ adortus esset tanquam Deum, abiret innocuus, sed vt cõtemptum velut hominem aggrederetur, ac post ab hominibus inciperet deridi: perinde ac si quis aduersariũ suum videns trepidantem, metuq; fugientẽ, simularet imbecillitatem quo illum prouocet, mox ille qui fugiebat, respiciens ad illius imbecillitatem, sumpta fiducia aggrediatur, deinde præclarus ille luctator, ꝙ imbecillitate prouocarat, propria virtute vinceret. Sic dñs humana infirmitate prouocans aduersarium, sua virtute corroborauit hominẽ aduersus hostem. Hãc etiã ob causam circa mortis tempus angi cœpit & contristari deprecans, vt poculũ hoc transiret, clamabatq; Spi- B
ritus promptus, caro aũt infirma: vt aduersarius noster velut hominem aggressus, diuinam experiretur potentiam. His itaq; rebus illectus miser delusus est, & adortus est dominum: mox cõspiciens illius fortitudinem expauit. Rursus considerans corporis imbecillitatem, recepit audaciam. Iamq; videre licebat diabolũ cum toto exercitu, cũ principatibus ac potestatibus suis fugientẽ, dñm aũt humanis armis persequentem phalangem diabolicã. Nec enim intercessit multum interualli, quin cũctis spoliarit hostem. Ibi iã ille pudefactus aduersus dominum mouebat omnia. Iudæos quidem, vt conspirarent, Pilatum autem, vt condemnaret, milites vt illi illuderent, verum ignorabat, quod hæc quoque faceret in suum ipsius malum. Cæca est enim malitia & improuida peruersitas, nesciebat ꝙd
Simile manus aduersus sese acueret. Quemadmodum enim si quis serpentem apprehendat manu, dumq; conatur in alterum proijcere, prorsus ipse mordeatur, aut si quis ignem manu tenens, dum vult hostem lædere, non intelligat quod ipse prorsus exuritur, sic malitia militat aduersus eos qui ipsa vtuntur, magisq; lædit eos à quibus habetur, quàm eos in quos intenditur. Sic Pharao dum studet cõprehendere, comprehensus est, & dum prior insequitur, ab insequẽte captus est, dumq; parat occidere, demersus est. Sic & Goliath per ea ꝙbus efferebatur, truncatus est, & spoliare cupiens, spoliatus est. Itidem accidit infelici diabolo: Nam tentare conans, tentatus est, ac dum mouet milites, imo magis ipse in militibus mouetur, aduersus seipsum agebat omnia. Iam enim spoliabatur, & latebat inter homines victoria, verum eam vel nolens, in publicum eduxit, infelix. Postquam enim sese exuisset ad congressum dominus, negocio quod gerebatur inuisibiliter peracto, quo trophæum aduersus diabolum paratum, fieret omnibus cõspicuum, protinus induerunt eum, quemadmodum Ioannes dicit, purpura,

vt ve-

C vt vero Matthæus & Marcus chlamyde coccina, coronamque de spinis super caput illius, & arundinem in manū dabant, atq; ita accedentes, genua flectebant ei. Miraculum nouum & incredibile magnæque re vera victoriæ documentum, quem enim vt hominem condemnarant, hunc morientem deinceps, vt Deum adorabant. Et quem pro nihilo duxerant ceu vilem, hunc confitebantur regem, & à quo vulgaria vestimenta abstulerant, huic purpuram imponunt, & quem inscientes contumelijs afficiebant, hunc nolētes prophetā appellabant: & quem illuserant verberantes, huic victoriæ præmia tribuerunt coccinam chlamydem, & è spinis contextam coronam cum arundine. Quanq; enim per contumeliam ista faciebant, tamen ignorabant quod etiam nolentes spoliabantur ab eo. Quoniam enim pro peccato occisa erat terra à diabolo, ac sanguine magis, quàm aqs erat tincta: à principio quidem aperuerat os & hauserat Abel iusti sanguinem. Posteà verò deinceps, sanguinem sanguini miscentibus hominibus, iuxta id q̄d scriptum est, videlicet & mendacium & furtum & adulterium effusum est super terram, & sanguinem sanguini miscent. Eratq; propterea & execrata terra, dicente Deo: & nunc maledicta terra quæ diduxit os suum, vt acciperet sanguinē Abel fratris tui. Quanquam & prius propter transgressionem Adæ, maledixerat illi dominus, dicens: Maledicta terra in operibus tuis, in doloribus comedes eam omnibus diebus vitæ tuæ. Quid multis: plena sanguinis erant omnia, spinæq; pullulabant vndiq; propter maledictionem. Et harum rerum quum haberet chirographum, insultabat aduersus omnes inimicus, tyrannidem exercēs velut omnes habens sibi subiectos. Huius rei gratia quum spoliasset illum omnibus dominus, quum iam adduceretur ad mortem, induit hæc, vt ostenderet officium mortis suæ, quódque non temerè, sed pro salute nostra ista fierent, ac sanguinem quidem in coccina chlamyde gestabat, spinas autem in corona, chi-
D rographum vero in arundine, qua & olim circunscripserat nos diabolus, vt deinceps vna cum morte hæc quoq; aboleret, & creaturam ab ijs purgaret, ac pro spinis quidem lignum vitæ donaret, pro peccati vero sanguinibus, proprio sanguine terram & omnes repurgaret, próque maledictione, beatitudinis omen in posterum adferret ijs qui habitant in terra, dicens: Beati mites, quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram. Nam propterea cùm nostros sanguines gestaret, proprium in illam exhausit, ex quo etiam, loco spinarum, bona & vita nata sunt super illam, ad quam respiciens sanctus Dauid, ait: Credo videre bona domini in terra viuentium. Quin & alia de causa coronam spineam gestabat, vt vitæ nostræ curas aboleret. Coniecit enim infelix ille etiam nolens & insciens miserias nostras in illum, haud sciens quod hæc gestans dominus, omnes securos aduersus illum esset redditurus, vt sementem quidem verbi liberam haberemus à spinis, in precibus autem indiuulsam assiduitatem. Ipse enim pro nobis doluit & sollicitus fuit, vt nos doloris expertes redderemur. Propter hoc vero rursus & arundinem accepit ab illis dominus, & ipse diabolus tradidit illam domino, haud intelligens quod aduersus semetipsum gladium acueret, (Dicitur enim arundo vim habere tollendi serpentes) quódq; dominus hac potius, quàm alia re execraturus esset ipsos: quoniam igitur ipse dominus Sabaoth apud Esaiam dicit: Persequutus est fugientem draconem, videlicet serpentem illum magnum diabolū, eo dominus ab illis accepit, quod serpentes tollēdi vim habet, vt diabolo præsidijs proprijs debilitato fractóque, domini præsidijs sortes redderentur homines. Cuiusmodi quiddam fecit Dauid in Goliath, arrepto hostis gladio, & eo caput hostis amputans, hoc & nunc seruator fecit accepta ab illis arundine, vt non solum nos liberaret à fallacia serpentis, verum etiam ipsum serpentem arundine interficeret, mortuūmque spoliaret. Ita tandem illusus miser, videns; sese ex his

Coronationis domini & similium mysteria.

Interfecta est terra in sanguinibus. Psal. 105

Chirographum delicti.

Arūdinis vis serpentibus inimica.

excussum, per quæ insultabat aduersum nos, vidensque sese eiectum è terra, ter- A
ramque purgatam à sanguine & spinis, ac videns seipsum perdidisse chirographum & arundinem, qua circumscripserat nos, audet rursus non audenda, magis in hoc quoque seipsum vulnerans. Quum enim audisset versutus ille dicentem dominum: Spiritus promptus, caro autem infirma, arbitratus verbum simul infirmatum esse cum corpore, ac non magis potentia verbi simul corroboratum esse corpus, rursus aggreditur iniqua, ac milites quidem irritauit aduersus seruatorem, cæterum ipse in spinis hærebat, ac in ipsum res reuoluebatur. Nam quum accideret diuersum quam expectarat, gestans illas perdidit, & cùm non gestaret, creditus est posse capere eas, sed non prius accepit quam maledicti onem aduersus nos in illis repositam, subleuauerat seruator. Quum enim hanc nempe arundinem gestasset dominus, rursus accepit spinas & chlamydem, quę iam non valebant aduersus nos, sed illorum malitiam arguebant. Nunc enim ipse diabolus in spinis velut in aculeis est calcitrans aduersus nos. Dicitur autem illi de coccina quoque chlamyde, quemadmodum vestis sanguine macerata non est pura, ita nec tu quidem eris purus, eò quòd terram meam perdidisti, & & populum meum occidisti. Quapropter nunc quoque prouocans milites aduersus seruatorem, calcitrabat stimulis tanquam spinis, magisq; vulneratus est, quam vulnerauit. Quos enim mouerat aduersus seruatorem, eidem aduersus ipsum armabantur. Accipientes enim arundinem à domino, arbitrari se verberaturos illum, excęcauerunt diabolum à quo fuerant prouocati, percutientes eum spinis, & quemadmodum gentes quæ ascenderant Hierosolymam, conciderũt se mutuo in valle Iosaphat, & quemadmodum qui persequebãtur Israelem progressi iuxta ripas, inter se commissi sunt, & inuicem sese comprehenderunt, sic & nunc qui persequebantur dominum, semet inuicem percusserunt inscientes, lædentes quidem neminem, sibiipsis autem potius nocentes. Perinde enim ac si B
Simile quis saxum manu percutere velit, petram quidem non scindit, sed manum vulnerat: Sic & qui aduersus dominum moliebãtur, velut audentes aduersus id ęd erat incorruptibile, corrupti sunt, & tanquam aduersus immortalem machinantes, ipsi potius mortui sunt. Quodq; est omnium pessimum, per sua ipsius membra passus est. Id quod maxime accidit illi: versuto ad summum dedecus: nam omnino cùm à domino concideretur, poterat gloriari, cæterum vbi ab ijs concidi tur, quos in seruitutem redegerat, hoc superat omne probri genus. Verum non illa plaga serpentem sustulit, non enim tantum poterant homines, quum essent & milites, sed illud potius affecit illum dolore quòd contumelia à ludæis ipsi esset illata. Vulnerabat autem illum non plaga ab eis illata, sed potestas magis ex manu seruatoris data arundini. Hac enim dominus specie tectus, & humana obijciens oculis cepit serpentem in spinis, quumq; vt homo verberaretur, permisit militibus vt percuterent serpentem, vt qui prius gloriatus fuerat se esse Deum, gloriatus fuerat quòd dominum tentauerat, dum à militibus percutitur, extremam ferat ignominiam. Hæc autem illi euenerunt etiam præter sententiam, frustrato ijs, quæ captabat. Quum enim ipse operaretur in his qui vociferabãtur aduersus seruatorem, insciens silentium accersiuit aduersus semetipsum.
Ἀυτοπάθεια Quum prouocaret Pilatum, non intellexit quod pro timiditate procuraret intrepidam constantiam, quum incitaret vt verberarent dominum, fallebatur, ostendens malorum toleraptiam: denique debacchans aduersus seruatorem non vidit virtutem armari aduersus malitiam. Nam omni malitia & improbitate gaudet hostis, & si quid mali est, hoc arma diaboli sunt. Aut enim metu mortis, aut omnino cupiditate vindictæ persuader peccare. Vnde dominus sustinuit omnia, vt timiditate quidem fortitudinem, contumelia vero, malorum tole-

rantia-

Crantiam, ira verò mansuetudinem, breuiter per omnem virtutem aduersus malitiam nos resistere doceret. Ac primum quidem docuit, vt verberanti maxillam, obuerteremus alteram, nec timeremus ab ijs qui occidunt corpus: & illud, ab eo qui tollit tua ne reposcito, Benedicite persequentibus. Cæterùm ne præceptum putaretur impossibile apud quosdam, per seipsum omnia exhibuit dominus, & per ea quæ passus est, persuasit omnibus ne iniuria affecti regerant iniuriam, & percussi repercutiant, neue irrisi irascantur, & ne ab eo qui tollit nostra reposcamus, & in totum, ne metuamus mortem, sed contemnamus eam spe futurorum. Nam hoc potius modo facilis aduersus diabolum & omnia peccata continget victoria, quam si vlciscamur. Nam vlciscentes nos & iniuriam regerentes, & vicissim iniuriam referentes iniuriam facientibus, augemus etiam & alimus aduersus nosipsos malitiam, non magis hostes, quam nosipsos lædentes, eò quod condemnati propter malitiam, iudiciumq; manet eos qui condemnant ac iudicant. Cæterùm quum exemplo domini sustinemus quoties lædimur, ac contumelijs opponimus tolerantiam, minis verò fortitudinem, morti spem immortalitatis, prorsus ijs rebus dolore afficimus hostem, atque ille huiusmodi armatura prosternitur, qua Paulus quoque nos armans, ait, Induite igitur armaturam Dei, vt possitis aduersus insultus diaboli stare. Nam ad hũc modum & domino sustinente factum est illud: Videbam Satanam cadentem è cœlo tanquam fulgur. Protinus igitur postquam ijs dominus corroboratus esset, hostisque concidisset, imposuerunt illi crucem. Argumentum veræ victoriæ etiam imprudentes exhibebant aduersus seipsos. Quamdiu enim stabat hostis habebant carnifices lignum, posteaquam verò corciderat, contritusque fuerat, tunc trophæum accepit dominus, ac sibijpsi gestauit. Decet enim, vt qui triumphum agit aduersus diabolum, non alteri concedat, sed sibijpsi gestet trophæum. Accepit autem simul cum trophæo etiam vestes ab illis, cùm abiret ad mortem, vt has quoque simul cum morte exueret, propter hoc rursum exuendo se celeritatem addidit abductoribus, vt ipsum ad mortem ducerent. Quum autem abduceretur secundùm Ioannem, sibijpsi crucem baiulabat, secundum alios verò Euangelistas, Simon homo Cyrenensis portabat crucem neque hoc pugnat cum Ioanne, neque enim Ioannes scribit cæteris contraria, sed vtrunq; hic factum est. Nam & sibijpsi dominus crucem gestauit, & rursum Simon homo portauit illam. Primum igitur portauit veluti trophæum aduersus diabolum Iesus, volens autem crucem sibijpsi ferebat, neque enim necessitate compulsus accessit ad mortem. Rursus autem gestauit eam Simon homo, vt omnibus notum fieret, quod non suam ipsius, sed hominum mortem moreretur dominus. Hæc quum sic essent facta, venit festinans ad locum vbi erat illi conscendenda crux, vt chirographum, quod erat aduersus nos, ab hostibus abreptum, affigeret cruci, ac spoliatos principatus potestatesque, confidenter traduceret in ligno, triumphum agens aduersus illas, ostendens ex ore leonis, reuulsum hominem, mox proprio sanguine rigans purgansq; terram. Hoc autem facturus exuebat vestimenta. Oportebat enim eum qui reduceret hominem in paradisum exuere tunicas, quas acceperat Adam quum è paradiso ejiceretur. Postquam enim peccauerat, restabat vt etiam moreretur. Acceperat autem pelliceas tunicas ex animãtibus mortuis factas, signum mortificationis quæ illi per peccatum accesserat. Verum dominus qui omnia nostra propter nos in se recepit, induit hæc, vt exueret, proq; his nos indueret vitam & immortalitatem. Induit autem cum his etiam tunicam quæ fuit desuper cõtextilis per totum, quo vel hinc credere possent Iudæi, quis esset & vnde esset, qui hæc induit, quid verbum erat, non à terra, sed

Crux gestata quid significet.

Cõcordia Euangelistarum.

Tunicæ pelliceæ.

Tunica inconsutilis quid.

è cœlis veniens, quodq; non diuisibile, sed indiuisibile verbum est patris, quodq; A
factus homo non habuit corpus ex viro fœminaq; contextum, sed ex virgine
sola, contextum spiritus gratia. Vnde milites cętera quidē vestimēta partiti sunt,
Vestes quatuor
poterant enim diuidi, & diuidunt in partes quatuor, eò quòd pro peccatis mun-
di quadrifariam diuisi, ad exortum, occasum, septentrionem ac meridiem, gesta-
bat illa, quibus indutum cùm videret eum Ioannes, aiu Ecce agnus Dei, ecce qui
tollit peccatū mundi. Solā tunicam non valuerunt scindere, metu miraculi quod
per illam significabatur. Neq; enim hoc illorum, sed seruatoris in cruce pendentis
factū erat. Suspensus enim vt homo, principatus psequebatur, ipsum diabolū
comprehendit, ac milites terruit, ne scinderent tunicam, vt hac manente, mane-
ret, & quæ paulo post facta est aduersus Iudæos redargutio, qm̄ vel̄ quidē scis-
sum est, tunica vero seruatoris, ne à militibus quidem scissa est, sed mansit inte-
Euangelium nō scin ditur sed vmbræ Iu dæorum.
gra: Manet enim Euangelium semper integrum, quum interim dissipentur vm-
bræ. Attamen exutis vestibus properabat ad mortem. Ibi rursus diabolus vbi
vidit seruatoris promptitudinem, seq; simul & cœlis eiectum & è terra profliga-
tum, non habebat quid faceret. Omnia erant illi tumultus desperationisque ple-
na. Ac vt manere tion potuit, ita fugere non audebat. Nihilo minus cogitans, q;
eos qui mori ūtur, oportet in terra mori, iuxta id quod scriptum est, Terra es, &
in terram ibis, metuens in terra manere, ne ibi comprehenderetur, quod solum
restabat, subuolabat in aerem, quo forte hac ratione aerem haberes liberum
dominico corpore in terra posito. Verùm, dominus hic quoque declarans amo
In aere mortuus dñs q̄re
rem erga homines, non in terra mortuus est, sed in aerem ascendit per crucem,
& illse serpentē illum persequens, vt & illinc principem potestatis aeris profliga-
ret, ac spiritualia malitiæ deficeret, ne sic quidem relinquens terram incura-
tam, sed quemadmodum pendens in cruce, purgauit aerem manuum extensi-
one, sic terram liberauit sanguine & aqua de latere profluente, abluens illam. B
Ephes. 2. d
Quid supererat hosti faciendum, quum hæc pateretur? è cœlo depulsus, è terra
quoque profligatus est, demum in aere à persequutore vrgebatur, insuper e-
rubescebat, magna pollicitus quum nihil efficeret. Proinde superatus vndi-
que & vndique spe destitutus, cogitat quomodo vel tartarum seruaret, nam is
locus illi supererat. Itaque metuens ne & illuc descenderet dominus, atque
illinc ipsum deturbaret, liberatis omnibus quos habebat captiuos, omnia com-
miscuit, omnia turbauit, omnes in auxilium aduocans, incitauit iterum Iudæos,
Opprobratio in crucifixum.
vt dominum probris afficerēt, & omnino contumeliis ac risu debacchantur in
illum. In summa, quicquid habebat armaturæ, hoc expediebat aduersus domi-
num, si fortè vel hoc modo eum peccato factum obnoxium capere posset.
Nam Iudæi deridebant dominum, dicentes: Si filius es Dei, descende de cruce.
At seruator qui verè erat filius Dei, non fugiendo mortem, sed manendo, & in-
terim mortem calcando, voluit agnosci filius, & quod ipse esset vita. Poterat e-
nim de cruce descendere, qui alios etiam mortuos excitarat, verum is descensu
declarasset illum fugere mortem. Cæterum, quod perseuerauit, nihil aliud si-
gnificauit, quàm eum qui perseuerabat esse vitam. Nam hanc ob causam ve he-
menter erat curæ diabolo, vt per hos exprobraret domino, cupiens illum à cru-
ce descendere, ne esset inter mortuos, vt vel sic absq; malo discedēs mortuorum
dominum obtineret. Metuebat enim ne iuxta id quod scriptum est: con-
scendens in altitudinem crucis, captiuam duceret captiuitatem, & dona caperet
in hominibus. Suspicabatur enim hunc forsitan esse, de quo hęc scripta fuerant.
Eoq; rursum commouit pharisæos ille scelestus, iamq; frustra effecit, vt promit-
terēt se credituros, tantū si descēderet de cruce. Hæc omnia verò mouebat, ac pter
animi

animi sententiam pollicebatur, tantū ne mortuus descēderet ad inferos. Concitauit igitur rursum pharisæos, vt dicerent: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & crēdemus ei. Non hoc agebat, vt crederēt pharisæi, incredulitatis doctor Draco, sed hoc volebat, vt dñs mortem fugeret: nec illud studuit scire, an posset seipsum saluum facere, sed hoc agebat ne alijs contingeret salus. Etēm si plane cognouerat eū seruasse alios, nō erat ambiguum, qui alijs dedisset salutem, eundem esse patrem & vitam. Ob hanc igitur causam illi exprobrabant, ne cæteris salus contingeret. Nouerat enim ille curiosus dominum non mori, sed huius mortem omnibus salutem ac vitam fore. Ob hoc volebat illum descendere de cruce, incitans Iudæos, vt pollicerentur se credituros, si fortè pollicitatione credulitatis obtineret quæ volebat. Dominus autem qui re vera seruator erat, qui non quærebat quæ ipsius erant, sed quæ nostra, non ex eo quòd seruasset seipsum, sed ex hoc quòd redemisset ea quæ condiderat, voluit declarari seruator. Neque enim quis ex hoc medicus esse cognoscetur, si rectè valeat ipse, nisi & alijs morbo laborantibus ostendat artem. Neque sol si radios in sese contrahat, cognoscetur esse lumen, nisi eos in orbem hunc proferat, eiúsq; tenebras sua luce discutiat. Ita seruator, non seruauit semetipsum. Siquidē ipse quū esset seruator, non opus habebat salute, sed ex eo quòd cæteris benefaceret, voluit ab omnibus agnosci seruator omnium. Neque ex descensu de cuce voluit intelligi filius Dei, sed eò quòd maneret in cruce. Siquidem mors seruatoris fidem ac salutem adfert hominibus, magis quàm attulisset de cruce descensus, videlicet dum adhuc penderet in cruce, monumenta aperta sunt, & mortui in illis iacentes salutem adepti sunt. Suspensus latro credidit in eum, vt dominus ostenderet se verè seruatorem esse, quodq; etiam mortuis per fidem fructificaret. Super his tandem verè obstupuit diabolus, & totaq; hunc desperatio meritò tenuit. Videbat enim sese perdidisse latronem in cruce, & cui pridem persueserat latrocinari, hūc videbat credidisse, & quem concitarat ad dicendam blasphemiam, ab hoc videbat adorari dominum, & alterum latronem reprehendi, imò potius in eo quòd acciderat latroni rursum prouocabatur, eò quòd quem vt latronem interfecerat, hunc rursus conspiceret transferri in paradisum. Cæterùm quum videret quicquid habebat armorum, defectum esse, necesse missum telum ab eo, quod non irritasset dominus, sicut scriptum est: Inimici defecerunt rompheæ in finem, & ciuitates deiecit. Propterea turbabatur, ac desperans, tentauit seruatori dare potum acetum cum felle; verùm non intelligens, quòd id etiam aduersus seipsum procuraret. Siquidem a maritudinem iræ, quæ per legis transgressionem acciderat, qua obstrictos tenebat omnes, reddebat seruatori, at ille sumens absumpsit exhausitq;, vt pro aceto quod miscuerat diabolus, CHRISTVS vino potaret nos sapientiæ: pro felle, daret nobis eloquia, dulciora super mel & fauum, & pro eo quòd ille nostra gustauerat, vicissim diceret nobis: Gustate & videte quòd suauis est dominus. Vbi verò & hinc eiectus est diabolus spoliatusq;, iam cepit illum suspicio quædam talibus signis conspectis, ne fortè non cum homine, sed cum Deo pugnaret. Cernebat enim ijs artibus quibus venabatur omnes, seipsum pudefieri, & concidere potius, quàm deijcere. Itaque deinceps tentabat discedere, ac terga dare fugæ. Quum enim videret illum pendentem ac persequentem mortem, metuebat, ne is esset de quo scriptum erat: Exaltabitur dominus, vt misereatur nostri. eoq; studebat omnia potius relinquere ac fugere, nimirum inuidens ijs, qui à domino misericordiam essent consequuturi. Sed dominus quum esset re vera seruator, nolens diabolū abire sine dispē-

Descensus ad inferos.

Imisit.

Potus aceti.

Descensus ad inferos.

dio, neque quod ceperat, irritum relinquere, neque eos qui erant apud inferos A
dedititios hosti deserere, designauit magnum quoddam & militare facinus.
Etenim quum videret eum qui fuerat audax pauitantem ac trementem ac re-
fugientem, rursus ceu succumbentis imaginem adsumpsit, vt aggredientem
hostem prorsus subiugaret. Nam ille draco nolebat mori dominum, ne tum
quidem quum penderet in ligno, sed volebat eum descendere de cruce, ne mo-
reretur. Quòd si non descenderet, etiam si simpliciter maneret in ligno, tan-
tum optabat ne moreretur. Metuebat enim ne illud quod scriptum est, eueni-
ret: Spiritus domini super me, eò quòd vnxit me, vt euangelium adferam pau-
peribus misit me, vt prædicarem pauperibus remissionem, vt cæcis visum. Eó-
que metuebat, ne hic esset vnctus ille ac missus, ac deinceps per hunc omnes li-
berarentur. Exutus igitur hostis omnibus, optabat vel inferorum regnum te-
nere. Nam rursus metuebat, ne hic esset qui tenebris lucem inferret, de quo
scriptum erat: Galilæa gentium, pópulus sedens in tenebris, lucem vidit ma-
gnam. Audierat enim eum dicentem: Ego sum lux. Vnde metuebat sibi diabo-
lus ne funditus interiret, & omnibus excuteretur. Cæterùm dominus videns
eum fugientem, ne id fieret atque in exilium abiret hostis, voces ædidit huma-
nas, & voces infirmitatis, dicens: Eloi, eloi, lamasabachthani, hoc est, Deus me-
Verba in cruce. us, Deus meus, quare me deseruisti, idq; faciebat, vt diabolus qui Deum expa-
uerat, hunc hominem esse credens, etiam post fugam rediret. His igitur voci-
bus pellectus ille pessimus, rursus vt hominem aggressus est, & manus conse-
ruit. Persuasit enim Iudæis vt eum deposcerent ad occidendum. Factúmque est
quod non expectabat. Occisus enim est, non ex alia corporis parte quàm ex la-
tere, vnde fluxit sanguis & aqua: vt quoniam prius, per mulierem de latere for-
matam venerat deceptio, per latus posterioris Adæ, redemptio purgatioq; pri-
Sanguis e latere. oris fieret lateris, redemptio quidem per sanguinem, purgatio verò per aquam. B
Hoc autem secus euenit quàm diabolus expectarat. Nam mortem quam me-
tuebat euenturam, dominus oppetijt, atque ille spoliatus est, quumq; putaret se
CHRISTVM in morte tenere captum, ipse potius ostensus est mortuus;
quumq; gloriaretur, quòd hominem adortus esset, effecit vt innotesceret Deus.
Prodigia in passiõe. Mox enim vt mortuus est, creatura caruit sole, velum templi disruptum est,
terra commota est, petræ scissæ sunt, milites vnà cum inferorum ianitoribus tur
bati, facti sunt attoniti. Quibus ex rebus perspicere licebat eum non iam esse
tantum hominem, sed verum Deum in humano corpore, quemadmodum di-
cebant qui spectarant: Verè hic est filius Dei. Nam & monumenta multa aper-
ta sunt, & excitata sunt horum cadauera. Verè sæca res est malitia. Quum
enim se putaret vnum occidere, spoliatus est omnibus, quumq; crederet sese
præcipitaturum vnum ad inferos, ab inferis expulsus est, cunctisq; palàm est fa-
ctum, quod non ob infirmitatem naturę mortuus est dominus, sed quòd in exi-
tium mortem vt eam aboleret, persequutus est, & ab hac liberaret, quotquot
metu mortis, dum semper cupiunt viuere, obnoxij tenebantur seruituti. Nec
multum interfuit moræ, & tartari dolores soluit, & alios excitauit, dicens: Sur-
gite, eamus hinc. Quin & ipse surrexit ac reuixit à morte, illius audaciam vertẽs
in ludibrium, quemadmodum in hymnis ante prædixerat spiritus: Qui habi-
tat in cœlis irridebit eos, & dominus subsannabit illos. Nam verè irrideretur
ad hunc delusus modum, dum res illi secus quàm putarat, eueniunt. Quemad-
modum insectum animalculum, cui nomen vespa, cùm impetit petram, non
eam lædit incursu, sed potius perdit aculeum, sic & mors vehementer falsa
Mortis aculeus. est incurrens in vitam, quæ est Christus Iesus. Non enim potuit eum tenere

mors,

C mors, sed ipsa potius aculeum perdidit, adeo vt quos prius terrebat aculeus, nunc insultent ac dicant: Vbi tuus mors aculeus, vbi tua contentio tartare. Ac rursus: Deuorauit mors inualescens. Et iterum: Abstulit Deus omnem lachrymam ab oculis omnium. Post hæc expulsus infelix ab inferis, sedens iuxta portas, conspicit fortitudine seruatoris educi vinctos omnes, ac mortuos quidem reuiuiscentes, captiuos autem dimitti, & sanctos primum occurrentes, in primis Abraham, cunctos applaudentes, iuxta id quod scriptum est: Peruenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio adolescentularum tympanistriarum. Videt eos qui liberantur, gaudentes, dicentesq; Dum conuerteret dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolationem assequuti. Tum impletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Nam & angeli & totus angelorum exercitus canebant hymnos, dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Occurrerunt; liberatis adulescentulis videlicet animabus, ipsæq; animæ vnà cum angelis concurrebant, ac patriarchæ ridebant, omniaq; vndique consonabant cum lætitia & psalmis super victoria de morte relata. Et quemadmodum super Dauid, vbi concidisset Goliath, puellæ ducentes choreas cum tympanis occurrebant, dicebantq;: Percussit Dauid in decem milibus suis. Tale quiddam & in morte seruatoris factum est. Nam posteaquam surrexisset, omnes iuerunt obuiam cum choris & cantionibus tympanisq;, alternis inter sese dicentes: Venite exultemus domino, iubilemus Deo Iacob. Alijverò choros ducebant, dicentes: Ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona in hominibus. Iam verò nonnulli, imò omnes ad spectaculum prouocabant, dicentes: Iubilate Deo omnis terra, psallite nomini eius. Ac rursus: Venite, videte opera domini. Terribilis in consilijs supra filios hominum, sustollens bella vsque ad extremum terD ræ. Non enim iam est inimicitia & bellum, sed omnia pace fruuntur, hoste iacente mortuo, vinctoque eo manibus simul ac pedibus, qui prius tyrannidem exercebat. Alijverò rursum qui nouerant diaboli confidentiam, atque ingentes insidias, cùm nunc eum viderent mortuum, admirantes dicebant: Quomodo cecidit è cœlo Lucifer, qui mane oriebatur, & quomodo contritus est, confractusq; malleus vniuersæ terræ? Siquidem cum admiratione etiam attonitus stupor cunctos habuerat, mirabantur enim magnum illum tyrannum videntes adeò repente iacentem mortuum. Ignorabant autem causam ruinæ, præsertim quoniam non credebant mortem morte aboleri, neque cruce tantum serpentem deijci posse. Vnde rursum admirabantur, dicentes: Quomodo capta est Babylon? Videbant etiam tartarum spoliatum. Cæterùm hæc videns infelix & hæc audiens, iam insaniebat & irritabatur plorans. Cum enim videret sese spoliari, plangebat seipsum, cæterùm cũ videret etiã eos qui quondam fleuerant ipsi subditi, nunc psallentes in domino, dilacerauit semetipsum. Rursum cum videret etiã subsannari sese ab illis, discerpsit vehemẽter seipsum, nec habens quid faceret, tantum stridebat dentibus, quemadmodum qui hoc viderat psalmorum cantor testatur, dicẽs: Obseruabit peccator iustum & fremet super eum dentibus suis, dominus autem deridebit eum. Ac rursum: Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet, & contabescet. Fremebat autem pœnitens, quòd omnino ausus fuisset aduersus seruatorem. Nouerat seipsum & ante hac ausum fuisse contra iustos, neq; quicquam tale passum fuisse. Siquidẽ cùm insidiatus esset Abeli, cùm patriarchas afflixisset, cùm insidias struxisset etiã Esaiæ, cùm Hieremiæ intulisset contumeliã, cùm Iob tentasset, rursum vires recepit, & regnauit mors ab Adam vsq; ad Moysen. Nũc verò cùm ausus fuisset aduer-

Inferorũ expugnatio.

Iubilatio.

Irus diabolus.

aduersus dominum, videt seipsum factum Irum, eiectumq; omnibus, & ab A
omnibus conculcari. Opus enim seruatoris factum est non solum vt ipse mortem deluderet, verum etiam vt nos in illam inuaderemus: vt non solum nos à seruitute liberaret, verum etiam eum qui nos in seruitutem adegerat, aboleret, ne quando receptis viribus decipiat nos, Deiq; beneficium fiat irritum. Vnde ipse posteaquam delusisset mortem, iam nobis eam dedit: iam fecit, vt illam conculcaremus, dicens: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem potentiam inimici. Ac rursus: Conculcabitis leonem & draconem. Nam olim quidem serpens calcauit Euam, huiusq; inuidia mors in mundum ingressa est, nunc verò conculcare cupiens ac decipere, audit: Abi post me Satana. Et quondam aduersarius noster diabolus tanquàm leo rugiens circumibat sitiens nostram animam, nunc verò conculcatur vnà cum dracone, ac posthac Deus velociter conteret satanam sub pedes nostros. Adeoq; cõtemptui est ac deluditur, vt etiam in foramen aspidum aliquis mittat manum, nec timeat. Hæc enim Esaias prædixit, & sermo verax est. Nunc enim pueri

Virgines.

voluptatem, quæ quondam senes etiam seducebat, deridet, idq; nondum legitimam ingressi ætatem, pudicitiam quæ supra legem est induunt, virgines; manentes per verbum calcant serpentinæ voluptatis fallacias, nihil metuentes

Martyres

huius letales morsus. Iam verò nonnulli etiam ipsum diaboli aculeum conculcantes, non formidarunt mortem, sed vitam suam morte commutarunt, testes

Monachi.

facti verbi. Propter hoc enim mortuus est dominus. Multi verò relictis his quæ sunt super terram, libero ingressu aerem penetrant, atq; in cœlis habent conuersationem, non amplius metuentes principem aeris, verum etiam reprehendentes ac si velit prohibere, dicentes: Abi post me Satana, quoniam dominum Deum meum festino adorare. Nam hac de causa in aere crucifixus est seruator. Porro via paradisi quondam per peccatum clausa, nunc volentibus patet, sicuti te- B
statur Paulus raptus illuc, & abductus in cœlos. Ideo enim delusit dominus serpentem. Ac tartarus quidem in nihilum redactus est, non iam regnante morte: sed omnibus resurgentibus diabolus non amplius insurgit aduersus nos. Concidit enim, ac deiectus, verè super pectus & ventrem ingreditur. Propterea siquidem surrexit dominus. Et homines quidem didicerunt contemnere

1. Corint. 1

corporales diuitias, diuites facti verbo & cognitione. Cæterùm draco qui iactabat se diuitem esse, nudatus est, & nunc nudus Irus & pauper est, omnibusq; iampridem spoliatus. Etenim qui erat in medio Cherubin, omni indutus lapide precioso, Sardio, Iaspide, Achate, nunc iam super papyrum & arundinem ac silicem dormit, quemadmodum in Iob de illo dicitur: Hanc enim ob causam dominus pauper factus est, vt nos illius paupertate diteſceremus, ac diabolus nudatus est, illudq; mirum ac magnum factum est in creatura. Nam homines quidem festinant ad mortem, optantes præsentiam seruatoris: contrà, timidus diabolus, qui prius mortis habebat imperium, nunc metuit, venturumq; iudicium paueſcit. Nouit enim sibi paratum ignem & angelis ipsius. Propter hoc enim iudicatus est dominus meus, vt nos à iudicio liberaret, & illum condemnaret. Nam de cognitione Dei, quæ vbiq; ad omnes peruenit, quid attinet dicere, cũ ipsa facta ex seſe sui fidẽ faciant. Non enim poteſt præterire dies, in qua non relinquant idola homines, suisq; ac patrijs legibus abnegatis ad Deum confugiũt, Christiq; leges accipere flagitant, incredibili miraculo credẽtes in illum. Etenim cum adhuc colerent simulacra, Christumq; velut hominẽ calumniarentur, hunc postea Deum agnoſcentes relinquunt simulacra, & quos metuebant dæmones in simulacris, nunc agnito domino, deinceps deſerunt, et abalijs depellunt, ac voluptatem quam colentes simulacra metuebant, in Chri-

sto

C sto contemnunt, ac peccatum quod tum illos vincebat, nunc signo crucis vincẽtes deridẽt. Etenim qui non credebãt omnino esse virginitatem, dicentes impossibile hanc virtutem inter homines inueniri, nunc posteaquam crediderunt seruatori ex virgine nato, non solum agnoscunt, verumetiam ipsi hanc exercẽtes, diffidunt idolorum cultoris, quæ sunt apud gentes. Ad hæc autem cohibita est omnis veneficorum ars, omnisq; magia sublata est, totaq; Græcorum infatuata est sapientia. In diuinis enim non verbis, sed factis opus est, neq; linguæ prolatio, sed animi affectus prodest. Itaq; quæ Græci non comprehendunt rationibus, hæc Christiani fide præstant, & quæ verbis efficiunt magi, hæc etiam tacẽtibus nobis crucis signo euanescunt, & quæ ambigunt de immortalitate, hæc martyres Christi non verbis, sed factis ostendunt, cumq; dissentiant de virginitate magni Græcorum philosophi, hanc in Christo etiam mulieres præstant: et dæmones quibus illi, vt dijs vota faciunt, etiam pueri in Christo persequuntur. In summa, vir portãs Christum veluti Deus eit super terram, erga homines quidem factus patiens, oĩnibus vero, veluti cum sole se circumagens, ac cœlestem ostendens vitam. Vide vnum hoc crucis egregium facinus, vide, hæc fecit mors seruatoris. Non enim hominis opus est, sed Dei, ideoq; passus est vt homo, vt hominibus diuina homineq; maiora largiretur. Itaq; illius sunt quę nunc sunt inter homines benefacta, quãuis & Paulus dicat, quin potius Christus in ipso loquẽs, etiam si magna & admiranda faciat, tamen Christi gratiam esse quæ hęc operatur. Et quanq̃ ad omnes peruenit Dei cognitio, non tamen est hominum doctrina, sed ipsius verbi quod descẽdit, intercessoris inter Deum & hominem. Hoc enim scriptum est, quòd ludæi quondam tacebant, nunc verò impleri vident. Scriptum est enim: Erunt omnes dociles Dei, quemadmodum & Hieremias dicit: Ecce dies venient dicit dominus: ac subijcit, dicens: Et non docebit vnusquis-
D que fratrem suum, dicens: Cognosce dominum, quoniã omnes scient me à paruo vsq; ad magnum ex ipsis, quoniam propitius ero peccatis illorum. Quis enim est qui in simulacris compungit nisi dominus? Quis autem est qui abduxit eos illinc dum adhuc seruirent simulacris, nisi ipse CHRISTVS qui ait: Cum exaltatus fuero, omnes traham ad me ipsum. Nam hoc est admirabile, quòd ijs qui adhuc seruiunt simulacris aperitur intellectus, vt intelligant quos prius existimabant vetustos deos, eos esse ligna & lapides: Contra quem subsannabant crucifixum, hunc non hominem, sed Deum agnoscunt. Mentis autem doctor non homo est, sed ille qui solus mentem inspicit Deus. O beata verè ac viuifica crux seruatoris, de morte triumphum retulisti, diabolum verò qui hanc obtinebat, sustulisti. O diuinum verbum vereq; sapientia patris, tu & scelerati illius faciem ostendisti, & complicaturam pectoris illius nudasti, vt nos quoque diceremus: Non enim illius cogitationes ignoramus. Humane ac bone domine, tu nos quum essemus captiui redemisti, seruientes peccato propria morte domine liberasti. Scimus enim quòd liberati sumus à peccato. Pacificator fili Dei, tu nobis & filiorum nomen per adoptionem dedisti, nobisq; reconciliatis tuo patri, inimicitiam in carne dissoluisti. Opulente seruator vereq; rex, tu factus es pauper, vt nos tua paupertate diteſceremus, tu nobis etiam regnum cœlorum largitus es. Conditor & creator omnium, verbum patris. Tu enim nos denuo condidisti. Tuæ sumus creaturæ, creati ad opera bona. Lumen verum ac splendor patris. Tu siquidem nobis in tenebris illuxisti, nosq; nihil videntes in lucem eduxisti. Forma & imago re vera patris. Tu enim nos perditos formasti, ac denuo largitus es id quo derat factum iuxta tuam imaginem. Deus verbum, ac vere vita. Tu enim nos emortuos viuificasti, corruptosq; renouasti, induens nos incorruptibilitatem. Potestas vere brachiumq; ac

dextera

dextera patris. Tu enim dolores mortis soluisti, fores æreas & vectes ferreos A
confregisti, quemadmodum scriptura dicit, Tu etiam serpentem diabolum humano hamo circumegisti in trophæo crucis, Per tuam etiam diuinam virtutẽ omnes illum conculcant, omnes eum deludunt. Cum enim tu primus eum deluseris, deinceps factus est initium figmenti domini, quod factum est in hoc, vt deluderetur. Posteaquã tu eum comprehendisti, factus est omnibus prodigio, vt dicãt: Quomodo decidit de cœlo Lucifer, qui mane oriebatur? Et posteaq̃ tu ab illo extorsisti chirographum, q̃d erat contra nos, idq̃ affixisti cruci, omnes illi insultant, dicẽtes: Quomodo cohibitus est exactor & coercitus est ille qui instabat. Contriuit Deus iugum peccatorum. Deinceps enim subter illum iterni-
tur putredo & tegumentum illius factum est vermis, iamq̃ nullus omnium draconem metuit, sed te ac per te patrem adorant. Itaq̃ dominus resurgens velociter delusit mortem, & nos ab ea liberauit. Iudæi verò ne quum hæc quidem viderent reueriti sunt, verum etiam fefellit eos, quod quum auderent aduersus seruatorem, aduersus seipsos hæc molirentur. Non videbant enim quod quum traderent dominum, prouocarent traditionem Hierosolymorũ, dicente propheta Hieremia: Traditione tradetur Hierusalem in manus Nabuchodonosor regis Babylonis. Neq̃ cernebant, quod quum nollẽt seruire domino, seipsos in seruitutem subiicerent diabolo, eiq̃ subseruirent, ad struẽdas insidias aduersus seruatorem. Ignorabant enim quum poscerent Barrabam, dominũ occidentes, q̃d vitam victuri essent Barrabæ, omnisq̃ seditio ac cædes apud eos essent augendæ: cæterùm abiicerent à seipsis lumen ac veritatem, & omnia quæcunq̃ est dominus, quemadmodum dicit Esaias: Ecce iã dominator dominus Sabaoth auferet à Iudæa & ab Hierusalem validum & validã, robur panis & robur aquæ, gigantem & robustum ac principem bellatorem, & iudicem, prophetam & cõiectorem seniorem & quinquaginta viris præfectum, & admirandum consul- B
torem, ac sapientem architectum, & intelligentem auditorem. Et constituam adolescentes principes eorum, & illusores dominabuntur eis. Illudebant enim infelices domino, nec videbant quod illud propheticum dictum aduersus eos impletum esset, dicens: Illusores dominabuntur eis. Nam hoc est ingens miraculum seruatoris, quod crucifixus passus quidem est ex humana natura, delusit autem mortẽ, & aduersus Iudæos completa sunt quæ scripta fuerant: quãdoquidem etiã lumen ablatum est ab illis. Scriptũ est enim in Hieremia hunc in modum: Sermo qui factus est super Hieremiã ad oẽm populum Iudæ, deinde subiungit, dicens: Auferam ab eis vocem lætitiæ & vocem gaudij, vocem sponsi & vocem sponsæ, odorem vnguenti, & lumen lucernæ. Nimirum tradiderant gẽtibus dñm, neq̃ videbãt excæcati, quod ipsi paulo post polluẽdi essent inter gẽtes, quodq̃ in hæreditatẽ illorũ ingressurę essent aduersus eos gẽtes, sicut scriptũ est: Deus ingressę sunt gẽtes in hæreditatem tuã, polluerunt templũ sanctũ tuũ, posuerunt Hierusalẽ in pomorum custodiam. Negãtes se dñm habere regem, nõ intelligebãt, quod honore Dauidico priuarentur. Nã ipsi repositum erat regnum Dauid, et vsq̃ ad apparitionem seruatoris peruenit hoc testimonio Iacob dicentis: Non deficiet princeps ex Iuda, neq̃ dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est, et ipse erit expectatio gentiũ. Quum aũt nudarent etiã dominum verberarentq̃, non intelligebãt quod ab ipso exuerentur, laboremq̃ aduersus sese prouocarẽt. Dicit eñ dominus: Auferam vestes meas ac lintea ne possim tegere turpitudinem eius. Rursumq̃, Ideo plangetac lamentabitur, incedet incalceata ac nuda, & faciet planctum veluti draconum, ac luctũ sicuti filia Sirenum. Quumq̃ facerent vt illi iniiceretur clamys coccina, non videbant aduersus sese spiritus accusationem impleri. Manus vestræ sanguine plenæ sunt.

Cæte-

C Cæterùm quum gauderent quòd ſpinas imponerent ſeruatori, cæcutientes nõ animaduertebant, quòd eas in ſuum ipſorum malum imponerẽt. Scriptum eſt enim: Obſtupeſcite, mœrete, quæ perſuaſæ eſtis, exuamini, nudæ eſtote, cingite lumbos, & ſuper vbera plangite, ab agro concupiſcẽtiæ, & à vinea progeniei. Terra populi mei ſpinas & gramen germinabit, & ex omni domo lætitia tolletur. Subſannabãt dominum vt filium Dei, nec vidébãt quòd adoptionem reiiceret, quemadmodum ipſe teſtatur, dicens: Filios generaui exaltauiq;, ipſi aũt me reiecerunn & ecce relinquitur vobis domus veſtra deſerta. Potauerunt illũ aceto & felle, & hic vehementer cæcutientes in ſuum ipſorum malum. Siquidem Deus vineam ex Aegypto tranſtulerat, ac tranſplantauerat eam, expectauitq; vt ab ea fructum acciperet, vuam & vinum. At illi dementes pro vino acetum, pro vua fel reddiderunt, in ſignum quòd ipſorũ malitia iam ęquaret Sodomitas, quandoquidem illorum vua fel eſt, iuxta quod ſcriptum eſt in Deuteronomio: Propterea dominus ac ſeruator noſter ſciens eiuſmodi fructum ab illis rediturum, ante propoſuerat eis ſimilitudinem de vinea, dicens: Tolletur à vobis regnum cœlorum, & dabitur genti facienti fructum illius. Præterea diuiſerunt veſtimenta domini militibus, haud perſpicientes, quòd aduerſus ipſos inter gentes fieret diuiſio. Ait enim propheta: Ecce dies domini veniunt, & diuidentur ſpolia tua in te, & congregabo omnes gentes in bellum ſuper Hieruſalem, & capietur ciuitas, diripientur domus, & mulieres polluentur. Ac rurſum: Nunc deuorabit rubigo hæreditates illorum. Et quemadmodum ait Micheas: In die illo aduſmetur in te patabola, & plangetur planctus cmmei, dicens: Miſeria miſera facta eſt diuiſio populi mei, diuiſus eſt funiculo. Non erat qui prohiberet eum vt auerteretur. Agri veſtri diuiſi ſunt. Atq; vt compendio dicã, auſi facinus aduerſus dominum, aduerſus ſeipſos diem illum prouocarunt quẽ D prædixit propheta: Diem enim iudicij domini ac retributiones iudicij Sion, & vertentur valles eius in picem, & terra illius in ſulphur, eritq; terra eius veluti pix ardens nocte ac die, nec extinguetur in ſecula temporum. Et aſcẽdet fumus eius ſurſum, in generationem deſolabitur, & habitabunt in ea volucres, & erinacij, & ibes, & coruí, & inijcietur ſuper eam funiculus geometriæ deſerti, & onocẽtauri habitabunt in ea. Principes eius non erunt, & reges ac magnates eius erunt in perditionem, & pullulabunt in ciuitatibus illorum ligna ſpinoſa, & in munimentis illorum, & erit ſtabulum Sirenum, ac manſio paſſerum, & occurrent dæmonia cum onocentauris, & clamabunt alius ad alium. Et ibi requieſcent onocentauri. Inuenerunt enim ſibi requiem. Illic nidulatus eſt erinacius, & ſeruauit terra ſobolem eius ſine periculo. Hæc accidebant Iudæis, dum exiſtimarent ſeſe dominum interficere. Hęc in ſeſe prouocabant, quum vociferarentur aduerſus ſeruatorem. In his condemnati ſunt, dum ſtudent condemnare dominum. Ac mihi qui volet, accedat, fiatq; iudex, non ex rebus obſcuris, ſed ex ipſis quæ geſta ſunt veritatem expẽdat, conſideretq; quis ſit dominicæ mortis fructus, quod contra lucrum Iudaicarum inſidiarum. Mors enim ſeruatoris orbem re[illegible]emit, & gentes Deum glorificauerunt. Iudæorum autem furor ſimul cum ipſis perdidit ciuitatem, ipſoſq; obcæcauit à cognitione Dei. Domini mors mortuos viuificauit, Iudæorum inſidiæ Iudæos ipſos vita priuauerunt, & nunc ſunt abſq; domino mortui. Et crux ſeruatoris gentium Eccleſiam prius deſertam, reddidit habitatoribus frequentem, Iudæi contra ſua ipſorum malitia ſeſe ex orbe terrarum in ſolitudinem eiecerunt, nec hodierno die habent ciuitatem. Et rurſus mors ſeruatoris regnum cœlorum oſtendit, Iudæi verò per furorem etiam reges ſuos perdiderunt, ſuoſq; magnates deiecerunt. Ad hæc crux domini, angelos cum hominibus copulauit, & inter vtroſq; conciliauit amicitiã,

Iudæi verò dño struentes insidias, hoc lucri fecerunt, ꝙ cum dæmonibus habeãt A
domicilium. Mors Christi leuiorem reddidit hominum stultitiam, quã per pec
catum priuati ratione contraxerant. Iudæi verò per iracundiam ratione priuati
sunt, ac nunc cum Sirenibus, erinacijs, ac passeribus, morum similitudine conui
uunt, monstrosos habentes mores, qualis est onocentaurus. Etenim pro lege
etiam apud illos est legis transgressio, pro mansuetudine iracundia, in simili tu-
dinem serpentis, neq; prorsus quicquam est apud illos, ꝙ eis non adferat mor-
tem. An non igitur æquum est, vt mortem adoremus, ac discedamus à phariſę-
orum concilio? An non par est, vt crucem adoremus potius q̃ Iudæorum mun-
dio; lucri faciamus amicitiã? Nam & ideo beatus Paulus scribit: Oĩa arbitratus
sum detrimẽtum, vt lucri faciam Christum. Ideo crucẽ ducit sibi gloriæ, dicens:
Mihi verò absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi, per quẽ mihi mun-
dus crucifixus est, & ego mũdo. Propterea ipse etiã dominus dicebat: Quicunq;
non tulerit crucem suã, meq; sequutus fuerit, nõ est me dignus, nec poterit meus
esse discipulus. Verũm hic multa cautiõe nobis est opus, ne iuxta Iudæorũ mo-
rẽ tollamus crucem & non ad exemplũ Pauli. Nam Paulus quidem gestabat cru
Crux qũo tolerãda Christianis. cem veluti trophæũ deuicti peccati, Iudæi verò portant in signum ꝙ dñm occi-
derint. Eoq; cauendum est ac vigilandum, ne dum incusamus Iudæos, eadẽ quæ
illi fecerunt, faciamus aduersus dñm. Multi siquidẽ adorantes dñm, sed vitã illo
indignã viuentes, nõ animaduertunt se reos esse mortis seruatoris. Quisquis eĩm
comederit panem, aut biberit calicem dñi indignè, reus est corporis & sangui-
nis dñi, Apostolus ita testificatur. Et qui odit fratrẽ suũ non diligit dominum, id
q̃d fecerunt Iudæi. Hoc ait Salomon: Qui despicit pauperẽ afficit eum cõtume-
lia qui fecit illum. Qui negligit pauperem esurientẽ aut sitientem, aut nudum,
similis est Iudæis, qui dñm exuerunt, quiq; illi in potum dederũt acetum & fel. B
Itẽ qui accepit munera aduersus innocentes, nihil differt ab eo qui vẽdidit dñm,
videlicet Iuda. Nã & hic iustitiam quæ est Christus, vendit, quemadmodum ille
vendidit dominum. Et qui non iudicat pro orphano, neq; ius reddit viduæ, idẽ
est cum his qui struxerunt insidias domino, quiq; falso criminati sunt eũ. In sum
ma, qualiacunq; quis fecerit erga proximum, ea perinde æstimantur quasi in do-
minum facta sint, qui nostra causa descendit, nostra causa mortuus est. Nã hunc
in modum ipse dominus loquitur in euangelio: Quãdiu feceritis vni ex pusillis
his mihi feceritis. Ac rursus legis, quid operæprecium est & scire & obseruare.
Qui scortatur, propriam quidem animã perdit, cæterũm idem cum Iudæis con-
tumelia afficit tẽplum, & corpus domini. Etenim qui Dei tẽplum corrumpit, pe-
detur à domino, quẽadmodum scribit Paulus. Rursus in q̃ regnat peccatum, ni-
hil differt à Iudæis negantibus ac dicẽtibus se nõ habere regẽ dominum, nisi Cę
sarem. Quisquis autẽ victus tenetur à voluptatibus, imò potius qui se illis oble-
ctat, ne nesciat, ꝙ ipse quoq; postulat Barrabã, quemadmodum fecerunt Iudæi,
dominumq; occidit. Similiter enim Iudæi improbos Barrabæ mores amantes,
virtutem repulerunt. Sciat autẽ qui fide robustus non est, se talẽ esse, quales erãt
illi diffidentes quum dicerent: Si filius est Dei, descendat nunc de cruce, & cre-
demus ei, quandoquidẽ & illi ob diffidentiã loquebãtur ista. Quid igitur de his
faciendum est? Nihil aliud, q̃ vt credamus Christo, & iuxta huius doctrinam vi-
tam agamus quemadmodum & Paulus ait: Imitatores mei estote, sicut & ego
Christi, Iudæorumq; fugiamus & amicitiam & incredulitatem & fannas & fa-
bulas, & genealogias interminatas, q̃æ quæstiones præbent potius quàm ędi
ficationem Dei, quæ est in fide, sed adhæreamus crucí, ac deinceps vitã agamus
illa dignam, vt ijsdem vocibus vtamur cum Paulo. Absit vt ego glorier, nisi in
cruce domini Iesu Christi. Nam si hoc modo vitam instituemus, si in Christo fi-

ducíam

C ductam collocabimus, cognoscemus eiusdem ascẽsum in cœlos, & ad patris dexteram cum maiestate consessum, & angelorum subiectionem videbimus, & iterum illius ad nos cum gloria reditum, quem expectant angeli, celebrant sancti, omnes autem videntes exultant, gaudentes in Christo Iesu, per quem patri gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

# D. ATHANASII AR

## ARCHIECPISCOPI ALEXANDRINI.

### De hoc quod dictum est in Euangelio. Quicunq; dixerit verbum aduersus filium hominis, remittetur ei. Qui vero dixerit contra spiritum sanctũ, non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro.

### Liber I.

D QVOD literis tuis mihi significaras de dicto euangelico, ignosce charissime, conscientiam habens bonam. Verebar enim prorsus ingredi quæstionis huius profundum, ne si eò me demisissem cogitatione, exorsum inuestigare deficerent vires ad extrahendum illic abditam profundam intelligentiam. De hoc igitur in totum silere volebam, ac solis ijs quæ antehac scripta sunt cõtentus esse. Cæterùm quoniam coniectabã fore, vt rursus eadem de re pergeres ad me scribere, compuli meipsum, vt meam qualẽcunq; sententiam, quam super hoc didici, perscriberem, commendans futurum, vt si quidem scopum attigerimus, amplectaris propter eum qui docuit, sin minus, non culpes, sciens videlicet nostram socordiam & imbecillitatem. Dictum itaq; sic habet: Cùm tam multa signa fierẽt in euangelio; pharisæi dicebant: Hic non ejicit dæmonia nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Dominus autem sciens cogitationes illorum, dixit illis: Omne regnum diuisum aduersus semetipsum, desolatur: Cumq; dixisset: Quòd si in spiritu Dei ejicio dæmonia, profecto peruenit ad vos regnum DEI, mox infert: Propterea dico vobis: Omne peccatum & blasphemia remittetur vobis hominibus, sed in spiritum blasphemia, non remittetur. Et quicunq; dixerit verbum aduersus filium hominis, remittetur ei, qui verò dixerit aduersus spiritum sanctum, non remittetur illi, neq; in hoc seculo, neque in futuro. Tu verò quærebas quam tandem ob causam blasphemia in filium remitteretur, cæterùm in spiritum sanctum blasphemia non habeat remissionem, nec in præsenti seculo, nec in futuro. Veteres quidem videlicet Origenes vndiquaq; doctus & industrius, neq; non Theognostus ille admirandus (Nam in horum commentarios incidi, cùm tuas accepissem literas) ambo super hoc loco scribunt, dicentes hanc esse blasphemiam in spiritum sanctum, cùm ij quos Deus dignatus est dono sanctispiritus in baptismo, relabuntur in peccatum: eoq; negant illis reliquam esse veniam, quemadmodum Paulus in epistola ad Hebræos dicit: Impossibile

πολυμαθὴς καὶ φιλόπονος. Origenis & Theognosti opinio. Cap. 6.

t ij est

est enim eos qui semel illuminati sunt, degustaueruntq; bonum Dei verbum, A
ac virtutes futuri seculi, & prolapsi sunt, denuò renouare ad pœnitentiam. Si-
quidem Origenes de talium condemnatione loquitur hunc in modum: De-
us quidem & pater ad omnia peruenit, omniaq; continet, animata pariter atque
inanima, rationalia simul & rationis expertia. Filij verò virtus ad sola ratione
prædita pertingit. Quo in ordine sunt catechumini & gentes, quę nondum cre
diderunt. Spiritus verò sanctus ad eos solos pertinet, qui ipsius in baptismatis
dono participes facti sunt. Itaque cùm peccant catechumeni & pagani in filium
quidem peccant, eò quod in ipsis est, quemadmodum iam dictum est, possunt
tamen veniam consequi, si adepti fuerint donum regenerationis. Verùm vbi
iam baptizati peccauerint, eiusmodi iniquitatem ad spiritum sanctum aiunt
pertingere, propterea quòd peccauit is, qui iam erat in spiritu, eoq; non remit-
Theognosti opinio. ti pœnam aduersus illum peccanti. Theognostus autem addidit hæc, qui semel
atque iterum terminos prætergressus est, minus ferret supplicij, qui verò tertio
contempserit, nullam veniam consequi potest. Primum autem & secundũ ter-
minos appellat catechesin, hoc est, initiationem de patre & filio, tertium verò,
qui est in consummatione mysteriorum, ac sermone qui traditur in communi-
catione spiritus, idq; confirmare volens adducit illud quod dictum est à seruа-
tore discipulis: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis capere, sed
cùm venerit spiritus sanctus, docebit vos: post subiecit, tanquam ijs qui nõdum
capere valerent perfecta, loquitur seruator, accommodans sese ad illorum im-
becillitatem. Perfectis autem adest spiritus sanctus. Verùm ex his nequaquã
aliquis dicere poterit, quòd doctrina spiritus excellentior sit doctrina filij, sed
quòd filius sese demittat ad imbecillitatem imperfectorum. Spiritus autem si-
gnaculum est eorum qui perfecti sunt. Proinde non ideo irremissibilis & in-
condonabilis est blasphemia in spiritum, quòd spiritus maior sit filio, sed quòd B
imperfectis detur venia, ijs verò qui gustauerunt cœleste donum, quiq; perfecti
sunt, nulla relinquatur ad veniam excusatio, aut pœnæ deprecatio. Hæc quidem
illi. Ego verò ex his quæ didici, arbitror vtriusque sententiam nonnulla egere
Cõfutatio probatione considerationeq;, si fortè in illorum verbis lateat aliquid sensus pro-
fundioris. Manifestum est enim, quòd filius cùm sit in patre, in his est in quibus
est & pater. Nec abest spiritus sanctus. Individua enim est, sancta & perfecta, &
beata trinitas. Præterea si cuncta per filium facta sunt, cunctaq; per illum con-
stiterunt, qui possit esse extra ea quæ condidit? Quoniam autem illa non procul
absunt ab eo, consequens fuerit & illum esse in omnibus, vt necesse sit, quisquis
in filium peccat, aut blasphemiam dicit, eum & in patrem & in spiritum sanctũ
peccare. Quòd si sanctum lauacrum tantum datum esset in nomine spiritus san
cti, probabiliter dicerentur baptizati peccare in solum spiritum sanctum. Ve-
rùm quoniam datur in nomine patris, filij & spiritus sancti, & hoc modo perfi-
citur quisquis baptismum accipit, necessario consequitur, eos qui post baptismũ
transgrediuntur, in sanctam & inseparabilem trinitatem committere blasphe-
miam. Sed operæpretium fuerit hoc quoq; perpendere & considerare. Si do-
Altera cõ futatio. minus hæc loquutus fuisset ad eos, qui lauacrum per quod renascimur acceperant,
nimirum pharisæos, quiq; participes fuerant facti doni spiritus sancti, erat
probabilis hæc istorum sententia, veluti dicantur hæc in eos qui relapsi fuis-
sent, & ob id peccassent in sanctum spiritum. Verùm si nec lauacrum acce-
perant, sed in eos potius dictum est, qui Ioannis baptisma contemnebant, quo-
modo hos incusauit, tanquam blasphemos in spiritum sanctum, cuius nondum
erant facti participes? Neque enim dominus hæc in genere dicebat, neque post
futuris pœnam comminabatur, sed potius accusans pharisæos, tanquam iam

tantæ

C tantæ blasphemiæ factos obnoxios, loquutus est hoc dictum dominus? Porrò cùm pharisæi sic accusentur nondum accepto baptismate, non poterit hoc dictum ad eos qui post lauacrum transgressi fuerint accommodari, præsertim cùm eos non generaliter de peccato sed de blasphemia accusarit. Nam hoc interest, qui peccat, legem transgreditur, qui blasphemiam dicit, aduersus ipsam deitatem impietatem committit. Itaque cùm seruator illos de multis peccatis accusasset, veluti quòd præceptum Dei de honorandis parentibus pecuniæ causa violarent, quòd prophetarum monita repulissent, quòd ex domo Dei fecissent domum negociationis, nihilo secius hortabatur illos ad pœnitentiam. Verùm cum ijdem dicerent, quòd præsidio Beelzebub eijceret dæmonia, non simpliciter hoc peccatum, sed blasphemiam dicebat esse tantam, vt nec condonari culpa, nec pœna remitti posset ijs qui talia fuissent ausi. Alioqui si ijs qui post lauacrum peccant veniæ gratiam ademit hoc dicto, eosq; manet commissorum vltio nec euitabilis, nec remissibilis, quomodo Apostolus eiquidem qui Corinthi pœnitentiam egerat, decernit eandem charitatem? Galatas autem qui relapsi fuerat, parturit donec denuo formetur in eis CHRISTVS. Nam in hoc quòd dicit denuo, declarat eos antè in spiritu fuisse consummatos. Cur autem Nouatum incusamus, quód tollat pœnitentiam, docens, quod nullam veniam adsequantur, qui post lauacrum peccauerint, si hoc dictum est ad eos, qui post baptismum peccant? Nam illud dictum quod positum est in epistola ad Hebræos, non excludit peccantium resipiscentiam. Verùm declarat vnum esse baptisma catholicæ Ecclesiæ, nec iterari posse. Hebræis enim scribebat, ac ne putarent iuxta legis consuetudinem, occasione pœnitentiæ, esse multas quotidie lotiones, ideo hortatur quidem ad pœnitentiam, sed non esse nisi vnitam renouationem per baptismum, nec repeti posse declarat, quemadmodum D & in alia dicit epistola. Vna fides, vnum baptisma. Non enim dixit: Impossibile est pœnitere, sed impossile per occasionem pœnitentiæ renouari quenpiam à nobis. Plurimum autem interest. Nam cùm pœnitet homo, cessat quidem à peccando, sed habet vulnerum cicatrices. Cæterùm qui baptizatur, veterem quidem hominem exuit, renouatur autem, vt denuo renatus, per spiritus gratiam. Hæc sanè perpendenti mihi, maior sese offert in hoc dicto sensus profunditas. Quapropter multis precibus prius inuocato, qui sedit super puteum, quiq; super mare ambulauit, domino, ad dispensationem quæ pro nobis in eo facta est, reuertor, si quem fortè ex hac queam sensum in hac lectione latentem adipisci: Tota quidem igitur diuina scriptura hanc dispensationem annunciat prædicatque, sed per hoc maximè quod Iohannes prædicauit, dicens: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Deinde Paulus scribens: Qui in forma Dei cum esset, non rapinam existimabat esse æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, & habitu repertus vt homo, humiliauit seipsum, obediens factus vsq; ad mortẽ, mortem aũt crucis. Propter hoc enim cùm esset Deus, factus homo. Vt Deus excitauit mortuos, cunctosq; sanauit verbo, & aquam vertit in vinum. Nec enim hæc erant hominis facta. Vt autem corpus gestaris, fitijt, fatigatus est, & passus est. Neque enim hæc erant propria diuinæ naturæ. Et vt Deus quidem dixit: Ego in patre, & pater in me. Veluti autem corpus gestans arguebat Iudæos. Quid me quæritis interficere, hominem qui veritatem loquutus sum vobis, quam audiui à patre? Facta sunt autem hæc non separatim, iuxta rerum quæ gerebantur qualitatem, vt alia essent corporis absq; deitate, alia rursus deitatis absque corpore, sed coniunctim fiebant omnia, & vnus erat dominus, qui hæc omnia mirabiliter sua ipsius gratia operabatur. Expuit enim humano more, & sputum habebat vim

Peccatum et blasphemia quid differant.

Nouatus.

Impossibile est renouare, quõ intelligendum.

Ad Arrianos.

diuinam: per hoc enim effecit, vt eius oculi qui erat à natiuitate cæcus, visum A
reciperent. Item cùm vellet ostendere se esse Deum, humana lingua declarans
hoc dicebat: Ego & pater vnum sumus. Sola autem voluntate sanauit, tamen
porrecta manu erexit socrum Petri febricantem, & archisynagogi filiam iam
defunctam à mortuis excitauit. Proinde hæretici quidem iuxta suam quisque
doctrinam insanierunt, & alij nihil cernentes in seruatore nisi corporalia, nega-
bant illud: In principio erat verbum: alij rursum, ea quæ sunt diuinæ naturæ cõ-
templantes, ignorauerunt illud: verbum caro factũ est. Cæterùm fidelis & apo-
stolicus vir, sciens domini charitatem erga genus humanum, vbi videt signa
deitatis, admiratur corpore indutum dominum: rursus considerans ea quæ sunt
corporis propria, supra modum obstupescit, animaduertens in illis vim ope-
rantis deitatis. Cùm autem ad hunc se modum habeat ecclesiastica fides,
nonnulli flectentes oculos ad humana, cùm vident dominum sitientem aut fati-
gatum aut morientem, si tantum garriant aduersus seruatorẽ, velut aduersus ho
minem, peccant quidem grauiter, possunt tamẽ si cito resipiscãt, adipisci veniã,
cũ excusare possint corporis imbecillitatẽ. Rursum cùm alij quidem contẽplan-
tes diuinitatis opera, dubitant de corporis natura, peccãt quidem & isti grauissi-
mè, quod cùm videant edentem ac morientem, tamen imaginantur esse phan-
tasma. Attamen hoc quoq; Christus facile potest ignoscere pœnitentibus q̃d &
isti habeant quod excusent, videlicet opera modum humanæ naturæ superan-
tia. Verùm post eaq̃ vtriusq; generis insciti am cæcitatemq; supergressi, qui vi-
debantur habere legis scientiã, quales tum erant pharisæi, in insaniam versi fue-
rant, & ipsum verbum in corpore versans, pertinaciter abnegabant, aut etiã deí-
tatis opera diabolo aut huius dæmonibus attribuebãt, merito pro tali impietate
pœnam habent irremissibilẽ. Nã & diabolum habebant pro Deo, & eũ qui ve-
rè, re ipsa Deus erat, existimabant nihilo plus in operibus posse, q̃ dæmones. In B
hanc igitur impietatem prolapsi fuerant illius temporis Iudæi, ac Iudæorũ pha-
risæi. Quum enim seruator exhiberet opera patris, nam mortuos excitabat, cæ
cis visum donabat, claudis dabat ingrediẽdi facultatem, surdis aperiebat aures,
mutis p̃stabat vt loquerentur, declarabatq; creaturam sibi subditã esse, imperans
vẽtis, & super ipsum ingrediens mare, turba quidẽ stupebat & glorificabat deũ,
cæterùm mirabiles illi pharisæi, talia facta dicebant esse Beelzebub, nec vere-
bantur dementes, Dei potentiam adscribere diabolo. Vnde meritò seruator
declarabat illos committere blasphemiam, quæ nec excusari, nec remitti pos-
set. Nam donec respicientes ad humana claudicabant animo, dicentes: Nonne
hic est ille fabri filius, & quomodo iste nouit literas, quum non didicerit? Et
quod facis de teipso signum? & descendat nunc de cruce, & credemus ei: ferebat
illos, ac velut in filium hominis peccarent, dolens super illorum cæcitate, dice-
bat: Si nouissetis & vos quæ ad pacem. Nam & magno illi Petro, quasi de homi-
ne loquuta fuisset ostiaria, itaq; respõdisset illi Petrus, dñs flenti dedit veniã. Ve
rùm vbi iã lapsi concidêrũt, & ad maiorẽ deuenerunt insaniã, adeo vt Dei opera
dicerent esse Beelzebub, non amplius tolerabat eos. Siquidem in spiritalẽ illi-
us virtutem cõmittebant blasphemiam, dicentes eum qui hæc faceret, non esse
Deum, sed Beelzebub, eoq; velut ausos non ferenda, æternis addixit supplicijs.
Nam id audere dicere, perinde erat, ac si videntes ordinationẽ mundi, & circa
hunc numinis prouidentiam, dicant creaturam à Beelzebub esse conditã, & so-
lẽ Beelzebub obtẽperantẽ oriri, & propter hũc stellas volui in cœlo. Quãdmo
dũ eñ hęc opera sunt Dei, ita erãt & illa patris opa. Quod si illa erãt Beelzebub,
necessario consequitur & hæc esse Beelzebub. Et vbi iam superest illis illud: In
principio fecit Deus cœlum & terram, verùm nihil habet nouũ aut mirũ hęc il-

lorum

Ç lorum insania. Quandoquidē & hòrū patres similimente p̄diti in eremo, cū paulo exiſſent ex Aegypto, vitulū finxerunt, eiq; bñficia à Deo profecta accepta ferentes dicebant: Hi dij tui Israel, q̄ reduxerunt te ex terra Aegypti. Ob hāc itaq; blaſphemiā, ex his q̄ tum talia fuerāt auſi protinus haud pauci, ſed plurimi ſublatiſunt. In poſterum aūt denunciabat illis Deus, dicens: Quocunq; die viſitauero adducam ſup illos pctm̄ ipſorum. Nam q̄diu & illi de panibus & aqua murmurabant, hactenus illos tolerabat Deus, quaſi ſi qua nutrix filij ſui tædium in nutriendo toleraret. Verū vbi iam ad maiorem deuenerant inſaniam, & quēadmodum canit aduerſus eos ſpiritus, mutauerunt gloriā eius ſimilitudine vituli comedentis gramen, hic cū eſſent auſi non ignoſcenda, p̄ceptum acceperunt, vt ait ſcriptura, de fabricando vitulo quē fecit Aaron. Itaq; cùm nunc quoq; ſimilia auderent Phariſæi, ſimilē à ſeruatore tulere ſententiam, pro meritis quæ ab illis & tum receperat & nunc recipit dñs creditus eſſe Beelzebub, vt illos in æternum ignis qui præparatus eſt deuoret, vnà cū ipſo Beelzebub. Neq; enim iā cōparationem vllā faciens inter blaſphemiam in ipſum dictam & in ſpiritū ſanctū, talia dixit: Nequaq̄; ſed p̄ueniens docuit q̄d omnia quæ habet pater eſſent filij, & q̄d ab ipſo ſp̄ūs acceptus eſſet, q̄dq; idē ſpiritus, glorificaturus eſt & filiū, q̄dq; nequaquam ſpiritus daret filium, ſed quod filius ſpiritū præberet diſcipulis, ac per hos cæteris qui in ipſum crederent. Non igitur ad eum modum loquutus eſt ſeruator, ſed veluti blaſphemia in ipſum dicta, in ambos feret dicta, altera quidem minor, altera grauior, hæc locutus eſt dominus. Siquidem ipſi Phariſæi vtramque dixerant. Nam & hominem quum viderent, impetebant illum conuitijs. Vnde huic ſapientia hæc? Et, quinquaginta annos nondum habes & Abraham vidiſti? Et patris opera conſpicientes non ſolum abnegabant illius diuinitatem, verum etiam loco diuinæ naturæ dicebant in eo eſſe Beelzebub, & huius eſſe opera. Propterea tanq̄ vtraq; in ipſum dicerētur, cùm altera blaſphemia eſſet leuior, propter humanam imbecillitatē, altera grauior propter deitatem, ob id grauiorem pronunciauit aduerſus eos vindictam non remittendam, videlicet diſcipulos ſuos obiter animans ac dicens: Si patrem familiās vocauerunt Beelzebub: ſeipſum dicebat eſſe patremfamiliās, in quem ludæi tales blaſphemias iacerent. Quòd ſi ludæi dicentes in Beelzebub, nullum alium quàm ipſum dominum afficiebant conuitio, perſpicuum eſt quod dicebatur. Sin in ſpiritum ſanctum dicta blaſphemia, in ipſum dominum dicitur, ſimul & totum dictum ad ipſum pertinere ſignificabat ſeruator iſta loquens. Ipſe enim totius mundi paterfamiliās. Neq; enim grauari oportet eadem, certitudinis cauſa, denuo dicere. Sitire, fatigari, dormire, cædi alapis, edere hominum ſunt propria, opera verò quæ fecerat dominus, non ſunt hominum, verum Dei erat illa facere. Quum igitur quidam, ſicut dixi prius, hæc videntes in dominum velut in hominem dicebant conuitia, leuiori ſupplicio damnabantur, quàm hi qui Dei opera tribuebant diabolo. Tales enim nō ſolum ſancta proijciunt canibus, verum etiā Deum comparant diabolo, & quod lumen eſt, dicunt eſſe tenebras. Hanc igitur Phariſæorū blaſphemiam non eſſe remittendam Marcus addidit, dicēs: Quicunq; verò blaſphemiam dixerit aduerſus ſpiritum ſanctum, non habet remiſſionē, ſed reus eſt æterni delicti, q̄niam dicebant: Spiritum immundū habet. Et illeq; cæcus fuerat à natiuitate viſu recepto teſtificabatur. A ſeculo nō Cap. 9
eſt auditum, q̄d aliquis aperuit oculos cæci natiniſi hic eſſet à Deo, non poſſet facere quicq̄. Ac turbæ mirantes ſuper his quæ fiebant à dño, dicebant: Hæc verba nō ſunt habentis dæmonium. Num dæmonium poteſt aperire oculos cęcorum? Cæterum phariſæi q̄ putabantur imbuti lege, qui dilatabant fimbrias, qui ſeſe venditabāt tanq̄ plus aliq̄d ſcirēt cæteris, ne ſic quidem erubeſcebāt, ſed iuxta id

quod scriptum est: Infelices immolabant dæmonio, & non Deo, dicentes domi A
num habere dæmonium, Deiq; opera esse dæmoniorũ. Hoc aũt illis accidit non
ob aliud, nisi tantum vt negarẽt eum qui hęc condidit Deum esse, Deiq; filium.
Et enim si esus & corporis aspectus demonstrabat eum esse hominem, cui port
& ex operibus perspiciebant illum esse in patre, & patrem in illo: Verùm, nole-
bant perspicere. Sed illi potius habebant Beelzebub in ipsis loquentem, vt ex
humanis quidẽ eum tantũ hominẽ esse putarent, ex operibus aũt quæ erãt Dei
propria, non similiter illum Deum esse profiterẽtur, sed pro illo Beelzebub qui
in ipsis erat facerent Deum, vt cum illo deinceps æterno cruciarentur incendio.
Quin & ipsa lectionis obseruatio videtur mihi tale quiddã significare, demon-
strans vtrunq; blasphemiam ad eũdẽ dominum peruenisse, eoq; cùm de seipso
loqueretur & filiũ hominis dixisse & spm̃, vt ex illo quidẽ ostenderet sese corpore
ũm esse, ex spiritu vero spiritalem suã & intelligibilẽ, verissimamq; deitatem de-
clararet. Nam posse coni equi veniam, retulit ad filiũ hominis, vt significaret cor
Christus & spiritus. poreã ipsius naturã. Cæterũ blasphemiã aduersus spiritũ non remittendam, de-
clarauit ad spiritum pertinere, vt verbis distinguens spiritũ à b hac corporea na-
tura, suam ostẽderet deitatem. Hanc aũt sermonis formam etiam in Ioannis E-
uangelio perspexi, vbi quum de corporis cibo disserẽs, videret eo sermone mul
tos offensos, ait dominus: Hoc vos scãdalizat, si igitur videritis filium hominis
ascendentẽ vbi erat prius? Spiritus est qui viuificat, caro nõ prodest quicquam,
verba quæ ego locutus sum vobis spiritus sunt & vita. Et hic siquidẽ vtrunq; de
se prædicauit, carnẽ & spiritum, ac spiritũ à carne distinxit, vt non tantum quod
videbatur, sed hoc etiã quod in illo erat inuisibile credentes discerent; q̃d eaq;
Eucharistia. quæ loquebaꝫ non essent carnalia, sed spiritalia. Quot enim hominibus suffeciS
set corpus ad esum, vt hoc totius mundi fieret alimẽtum? sed hac de causa me mi
nit ascẽsus in cœlum filij hominis, vt corporalem cogitationem ab eis auelleret, B
& posthac discerẽt carnem de qua fuerat loquutus, cibum è supernis cœlestem
& spiritualem alimoniã ab ipso dari. Quæ enim dixi vobis, inquit, spiritus sunt
& vita. Quod idem valet ac si diceret. Quod quidem ostẽditur oculis ac datur,
pro mundo dabitur alimonia, vt spiritaliter hæc in vnoquoq; distribuatur, fi-
atq; omnibus conseruatorisũ ad resurrectionẽ æternæ vitæ. Sic & Samaritanã do-
minus abstrahẽs à rebus sensibilibus, spiritum appellauit Deũ, ne posteà corpo
raliter sed spiritaliter cogitaret de Deo. Sic & propheta contemplans verbum
carnem factum dixit: Spiritus faciei nostræ, Christus dominus, ne quis ex eò q
oculis patebat putaret dominum nihil aliud esse q̃ hominem sed audiẽs spiritũ,
cognosceret Deũ esse in corpore. Ergo iam vtrunq; perspicuũ esse poterit, qm̃
qui dñm considerat de seipso loquentẽ, si tantũ ea spectet q̃ sunt corporis, nõ cre
dens aũt dicat: Vnde huic sapientia hæc, peccat quidẽ, ac tanquam in filium Dei
dicit blasphemiam. Cæterũ, si videat illius opera, quæ fiebãt per spiritũ sanctũ,
dicatq; eum qui illa faceret nõ esse Deũ, neq; ipsum filium Dei, sed ea tribuat Be
elzebub, manifestam admittet blasphemiam, negãs illius diuinam naturã. Ete
nim cùm in Euãgelico sermone, sicuti crebro dictũ est, dicit se filium hominis,
demõstrat naturã suã carnalẽ ac humanã. Vbi verò spiritũ nominat, hoc agit, vt
declaret ipsius esse sanctũ spiritũ, in q̃ omnia faciebat. Vñ cùm opa faceret dice-
bat: Si mihi nõ creditis, vel operibus credite, vti cognoscatis q̃ ego in patre, & pa-
ter in me. Porrò cũ esset corporaliter immolaturus seipm̃ pro nobis, hac ipsa de
causa profectus Hierosolymã, dicebat discipulis suis: Dormite & requiescite, ec
ce appropinquat hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorũ. Nã opera
quidẽ efficiebat, vt Deus verus esse crederetur, sed mors declarabat ipsum verè
gestare corpus, eoq; congruenter eum qui tradebatur appellabat filiũ hominis

Nam

C Nam verbum immortale est,& intangibile,& ipsum est vita æterna. Verùm ne
ijs quidem credidêre ludæi,ac ne ea quidem ex his quæ populus aperiebat,ocu-
lo videre voluerunt. Vnde rursus placide redarguit illos dominus,dicens: Si præ
sidio Beelzebub ego eijcio dæmonia,filij vestri cuius præsidio eijciunt? Ideo ip-
si erunt iudices vestri. Quod si spiritu Dei eijcio dæmonia, nimirum peruenit
ad vos regnum Dei. Et hoc loco dixit in spiritu Dei,non quod minor esset spiri-
tu,aut quod spiritus ea operaretur in ipso, sed vt rursus declararet, quod quum
esset verbum Dei,ipse per spiritum operaretur omnia, simulq; doceret audien-
tes,quod quatenus opera spiritus ad Beelzebub referebant dementes, simul &
ex impuro spiritu dicerent hæc proficisci. Qua fronte igitur quum hæc audeãt
ludæi,posteà valent accusare gentes,eò quòd sibi fingunt simulacra,hisq; nomẽ
Dei tribuerunt? Par enim est horum insania illorum insaniæ: Et fortassis horum
scelera sunt illorum ausis maiora, propterea quod cùm super hoc legem accepis
sent,tamen per legis transgressionem Deum affecêre contumelia. Quid autem
faciant qui tales blasphemias committunt, quum legerint Prophetam Esaiam,
audierintq; signa aduentus Christi hæc esse,cæcis redditum visum, claudis in-
gressum,mutis loquelam,mortuorum resurrectionem,leprosorum curationẽ,
surdis patefactas aures? Nam horum etiam operum quem tandem volunt esse
autorem? Etenim si dixerint Deum, seipsos coarguent admisse impietatis in do
minum. Nam quæ propheta præuidens dixit futura hæc ipse dominus aduenie-
ens fecit. Quod si præcipiti occupati audacia,non veriti fuerint dicere, quod illa
quoq; præsidio Beelzebub facta sunt, metuo ne paulatim proficientes in impie
tate, vbi legerint quis dedit os homini,quis fecit surdastrum ac mutum, viden-
tem ac cæcum,aliaq; his similia,rursum insanientes dicant hasquoque voces esse
D Beelzebub. Nam cui tribuunt donũ reddendi visum, huic & nõ videndi causam
ascribant oportet. Nam prophetæ sermo declarauit vtrunq; ab eodẽ fieri. Pror-
sus autem hoc dicentes tandem sentient & humani generis conditorem esse Be
elzebub. Siquidem eius qui condidit,est habere potestatem eorum quæ condi
ta sunt. Quum Moses dixerit In principio fecit Deus cœlum & terram: & ad i-
maginem Dei fecit Deus hominem. Etiam Daniel libere loquatur Dario: Non
veneror idola manufacta,sed Deum viuentem,qui condidit cœlum & terram,
quiq; dominium habet omnis carnis, nisi rursus versa sententia dixerint, cæcita-
tem,claudicationem,aliaq; corporũ vitia à conditoris corceptione proficisci. Cæ-
terum horum curationem,& in eos qui affliguntur bñficentiam, opus esse Beel
zebub. Verùm hæc excutere leuitatis est. Nam istiusmodi stultiloquentia cum
impietate coniuncta est, dementiũ est, & plus q̃ mente captorũ, eò quòd non sal-
tẽ potiora per comparationẽ tribuunt Deo,sed Beelzebub ascribunt,insani. Nõ
enim istis curæ est si corrumpant diuinarum scripturarum dogmata,tantũ vt ne
gent Christi aduentum. Verùm alterum erat impijs faciendum,vt aut ex corpo
ralibus non despicerent dominum vt hominem, aut ex operibus nimirum,con
fiterentur illum verum Deum,sed omnia præpostere faciebant, cùm hominem
cernerent,vt homini conuitiabantur, rursus diuina conspicientes opera, nega-
bant deitatem,& confugiebant ad diabolum,existimantes eum talibus ausis se
posse effugere,ne ab ipso verbo cui fecerant contumeliam condemnarentur. At
magi quidem incantatores ac venefici Pharaonis, tametsi multa tentarant, ta-
men videntes prodigia, quæ per Mosen fiebant,submisere sese,tergaque dede-
runt dicentes,digitum esse Dei,qui ista faceret: Pharisæi verò & scribæ quum
totam Dei manum viderent operantem,cernerentque tum plura,tum maiora
quàm viderant illi,quæ per Christum seruatorem fiebant,ea dicebant à Beelze-
bub fieri,quem magi quoq; tametsi peculiariter erat ipsorũ Deus Beelzebub ta-

men

men confitebãtur eum, ne minimum quidem illorum facere posse. Quis igitur A
sermo, istorum insignem insaniam, verbis possit assequi? aut quis (vt inquit Pro
pheta) queat aliquid cum eorum iniquitatibus conferre? Nam præ sese & iustos
reddiderunt Sodomitas, vicerunt gentium ignorantiam, & magorum Pharao-
nis vecordiam superant, neq; cum vllis conferri possunt, nisi cum ijs qui cum Ar
rio insaniunt, quod vtriq; in eandem insaniam inciderint. Nam ludæi cùm vide-
Arrius blasphemus. ant opera Dei per filium, tribuebant ea Beelzebub. Arriani verò cùm eadem vi
deant opera, creaturis annumerant dñm ea facientẽ, dicentes illum esse, ex non
extantibus, nec fuisse priusquam fieret. Ac Pharisæi quidem cùm viderent do-
minum in corpore murmurabant dicentes: Cur tu cùm homo sis, facis teipsum
Deum? Hi verò cum Christo belligerantes, cùm vident illum patientem ac dor-
mientem, blasphemijs impetunt, dicentes: Qui ista patitur non potest esse verus
Deus, nec filius eiusdẽ cum patre naturæ. In summa, si quis velit vtrorumq; per-
uersam intelligentiam inter sese collatam expendere, comperiet, vt dixi, illos si-
mul in profundum marinæ dementiæ prolapsos esse, ideoq; tum his, tum illis vl
tionem fore non remittendam, pronunciauit dominus dicens: Qui verò dixerit
aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro,
Idq; iure, meritoq;. Quam enim implorans inuenire poterit propitiationem qui
negat filium, aut quã vitam, quam ve requiẽ expectabit, qui repulerit eũ, qui di-
cit Ego sum vita. Et venite ad me oẽs qui laboratis, & onerati estis, & ego refici
am vos? Ergo cũ hi hoc modo dẽt pœnas, pspicuum esse debet, qd ij qui conser
uant pietatem aduersus Christum, vtramq; naturam illius adorantes, & eã quę
est secundũ carnẽ, & eam q̃ est secundum spiritũ, nec ignorãtes illũ esse filiũ Dei,
neq; negantes filium hominis esse factum, verum credentes quod in principio
erat verbum, & verbum caro factum est, regnaturi sunt in æternum in cœlis, iu-
xta sancta promissa eiusdem domini & seruatoris nostri dicentis: Abibunt illi B
quidem in cruciatum æternum, iusti verò in vitam æternam. Hæc tibi breuiter
ex his quæ didici scripsi, tu verò non vt absolutam doctrinam, sed tantum, vt oc
casionem à me datam accipe. Iam quod superest tibi sensum exactissimum, tum
ex Euangelij verbis, tum ex Psalmis decerpens, collige veritatis manipulos, vt te
quoq; istos portante, loquantur qui dicunt: Venientes autem venient cum exul
tatione, portantes manipulos suos, in Christo Iesu domino nostro, cui cum patre
sanctoq; spiritu, gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIni, de eo quod scriptum est: Euntes in vicum qui contra vos est.

## Liber.

QVI ea quæ super terram sunt sapiebant, Dei præceptum negligebant, & in huius vitæ facultatibus laborabant: hi priusquam eis contingeret inuenire bona, in ignorantia versabantur. Arbitror enim & sapientissimum illum Salomonem hac de causa dicere: Tempus est quærendi, & tempus est perdendi. Peccasti, quiesce. Nam & quondam versans in ignorantia, perniciem accersisti animæ tuæ, tamen nunc tempus est vt quæramus eam. Quemadmodũ & dominus noster in Euãgelijs

C gelijs docet, dicens: Quærite, & inuenietis. Quando autem inuenie mus eam, nũ nunc: posteaq̃ dominus aduenies, soluit nos à diaboli vinculis. Sicut & beatus Apostolus docet, dicens: Ecce nũc tẽpus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Adest igitur tempus, amittendi peccatum, q̃d nobis offundebat tñbras. Tẽpus inuitat ad quærendũ quod aberrarat, vt soluamur à vinculis. Venit em̃ ille q̃ vinctos soluit, qui erigit elisos: venit, qui prædicat remissionem captiuis, ac cæcis reducem visum. Tunc enim saliet vt ceruus, is qui claudus erat, & explanata erit lingua balborum. Quanquam & alioqui, adijciamus animum ad id quod dictũ est. Excitat enim nos ad desiderium Salomonis dictum, cùm ait: Tempus quærẽdi, & tempus amittendi. Postq̃ enim multo iam tempore aberrarat generis humanum, diabolicq̃ versutia perditũ erat, accidit tẽpus q̃rendi illud, atq̃ à captiuitate euocandi, eq̃ vinculis liberandi. Oportebat enim nos quærere discere q̃, quod littera quidem occidit, spiritus autem viuificat. Hoc igitur perfecto, tempus erat amittẽdi simul in litera sitam vmbram, propterea quòd vsq̃ ad tempus correctionis illa fuerant imposita. Verùm simul atq̃ apparuit quod erat perfectum, antiquatũ est id quod erat ex parte. Quum enim essem paruulus, loquebar vt paruulus, cùm verò factus sum vir, irrita feci quæ erant paruuli. Nimirum ipse seruator dicit: Qui inuenit animam suam, perdet eam, & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam, hoc est, qui quæsierit animam suam, & inuenerit eam in peccatis, festinet illam perdere, nec sinat illam in malitia demorari, vt opportunitate data, denuo quæsitam inueniat in virtute. Quisquis em̃ extra supplicium voluerit animam suam inuenire, in præsenti perdet eam, vt Christum lucrifaciat. Quid aũt sit hic animam perdere, docet seruator, non vt exitiũ animabus nostris accersamus, sed vt in tempore martyrij, cùm est testimonium perhibẽdum Christo, non parcamus, non possessionibus, non liberis, non parẽtibus, non corpori, postremò, ne ipsi quidem animę, sed tradamus nosipsos vsq̃ ad mortem, vt quemadmodum dicebam, inueniamus animam nostram in regno cœlorum. Nam ita docet seruator, dicens: Qui amat patrem aut matrẽ plus quàm me, non est me dignus: Si quis igitur vult inuenire animam suam, perdet eam in hoc tẽpore. Perdenda est igitur in nobis malitia, vt quæsitam virtutem inueniamus. Nam nisi quis desistat ab iracundia, quomodo mansuetudinis habebit curam? Nisi quis profligarit à sese debellatã scortationẽ, quõ profitetur pudicitiam? Primum enim oportet nos amittere, studiũ & amorem oẽm pecuniæ, & idololatriam, atq̃ ita demũ quærere paupertatem & religionẽ. Quæsiui enim, inquit, quẽ diligebat anima mea, quæsiui eum, & inueni eum, & induxi eum in domo matris meæ, & in conclaue eius quæ concepit me. Nam his verbis designatur Christus, qui propter peccata nostra descendit è cœlo, conceptus ac natus est, & in præsepe reclinatus, donec seruaret hominũ genus. Hic siquidem parcens nobis, nũc q̃q̃ mittit suos discipulos in vicũ, qui erat ex aduerso, dicẽs ad illos: Euntes in vicum qui contra vos est, inuenietis pullum alligatum, soluite & adducite ad me. Eunt apostoli, soluunt pullum, sicut præceperat dominus. Cæterùm magnorum est virorum soluere pullum charissimi, magnorum inquam, non statura corporis, sed magnorum fide & charitate ac iustitia, magnorum prudentia, fortitudine ac virtute. Qualis prędicatur fuisse Moses, veluti cùm de illo dicit Apostolus: Fide Moses grandis factus, recusauit dici filius filię Pharaonis. Quin & Isaac proficiens magnus factus est. Nam eorũ qui hoc pacto magni sunt, est soluere pullũ hunc. Atq̃ vtinam & ipse tantus essem, vt valeam hunc pullum à vinculis soluere, quandoquidem nemo nostrum est, qui nõ sit alligatus peccatorum vinculis, teste scriptura, quæ dicit: quod quisque suorum peccatorum funibus stringitur. Optemus igitur, vt ad nos quoq̃ mittat Iesus discipulos suos, q̃ soluant à vinculis

D

Perdere animã qd sit.

Auaritia idololatria.

Hebr. 11

quibus

quibus alligamur omnes. Nam alius nostrum vinctus est auaritia, alius irretitus A
scortatione, alius temulentia colligatus est, alius captus tenetur ab inanis gloriæ
siti, hic rursus fraudat, ille rapit rem proximi ac pauperis, alius vsuram super vsu
ram accipit, denique omnes ægrotamus inopia iustitiæ, omnes opus habemus cu
ratione seruatoris. Opus inquam habemus illo, vt ad nos quoq; mittat discipu-
los suos, qui nos soluant à diaboli vinculis. Sic enim ait discipulis suis: Ite in vicũ
qui ex aduerso est, inuenietis pullum alligatum, soluite eum, & adducite mihi.
Cæterum quum audis vicum qui ex aduerso est, terrestrem locum intellige. Nã
ipsa ciuitas est loci cœlestis, quemadmodum scribit & beatus Apostolus: Non
habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, cuius opifex & cõ-
ditor Deus. Ac rursus idem ait: Sed accessistis ad montem Sion, ac ciuitatem Dei
viuentis Hierusalem cœlestem, & ad multa angelorum milia congregata. Tales
autem fuerunt omnes sancti, quotquot iuxta Paulum eo proficiscentes, hanc ex
petunt ciuitatem. Audi ipsum dicentem: Nam si illius fuissent memores, vnde
eiecti fuerant, habuissent vtiq; tempus redeundi. Nunc autem meliorem expe-
tunt ciuitatem, hoc est, cœlestem. Tales erãt sancti apostoli ac discipuli domini,
qui cum Petro dicunt: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Mittun-
tur igitur, vt pullum de quo dictum est, soluant. Nam seruatoris nostri aduẽtus
& humanitas, reuocauit nos ex vico, qui erat ex aduerso, in suam ciuitatem cœ-
lestem, supernam Hierosolymam. Opinor enim quod propter Adæ inobedien
tiam, eiecti fuimus è paradiso, & in vicum qui erat ex aduerso translati. Expu-
lit, inquit, Deus Adam, ac transtulit eum in locũ qui erat ex aduerso paradisi vo-
luptatis. Hunc igitur in vicum qui est ex aduerso, mittit Iesus discipulos suos, vt
soluant, de quo dictum est, pullum. Ac videnum fortè ob hominem eiectum
in locum, qui erat è regione paradisi, discipuli mittantur à Iesu in vicum è regio- B
ne situm, vt soluerent pullum. Siquidem ideo venerat seruator, relictis nonagin
ta nouem ouibus quæ non aberrarant, vt profectus quæreret erraticam. Et hac
inuenta gaudet super illam, simulq; cum illa gaudent angeli super vno peccato-
re pœnitentiam agente. Sed quærendum est, an ob solum pulli ministerium, mis
si fuerint discipuli in vicum qui erat ex aduerso: Noui siquidem quòd ante apo
stolos virtutes inuisibiles ministrarunt Iesu. Prorsus igitur & ipsas virtutes ab ip-
so doctas, dominus emisit vnà cum Petro, in vicum qui erat ex aduerso, vt sol-
uerent pullum. Audi Euangelistam de domino loquentem: Et ecce, inquit, an-
geli veniebant & ministrabant ei. Cæterum de humana natura Dauid clamat,
dicens: Panem angelorum comedit homo, panem cœli dedit eis. Ne quis igitur
in corpore versans, & in hanc vitam attractus, existimet sese in ciuitate esse. Nec
enim potest, qui ea quæ sunt carnis sapit, in hac magna reperiri ciuitate, sed talis
adhuc in vico versatur. Siquidem prudentia carnis inimica est aduersus Deum.
Proinde scire debet, quisquis vicum inhabitat, non administrat negocia ration is
arbitrio, non militat mente, non imperat sibi ipsi. Sunt hæc enim magnæ illius ci
uitatis propria. Quum enim virtute rempublicam administrauerit, tum & cum
sobrietate militabit, cum sapientia consultabit, cum continentia imperabit, tunc
sanctorum imitator erit. Siquidem sancti non habent hic manentem ciuitatem,
sed vt anteà dictum est, futuram inquirunt, cuius opifex & conditor Deus. Audi
siquidem Apostolum dicentem: Super terram ambulantes, in cœlis conuersatio
nem habemus. Et, nostra verò conuersatio in cœlis est charissimi. Significat eñ
sanctus Paulus per hoc quod dicit, super terram ambulantes, profectum qui ac-
cedit his, qui post hanc vitam in cœlis versaturi sunt. Profecti itaq; discipuli, sol-
uerunt pullum hunc: quandoquidem & discipuli possunt facere ea quæ à præce
ptore dicuntur. Multi nanq; qui videntur esse Iesu discipuli, non quemadmodũ

Discipu-
lus potens
intra tuſſa
domini.

ab

C ab ipso dicuntur, ita faciunt. Quin potius insidiantur ipsi præceptori, quemadmodum ille ter infelix & proditor Iudas. Qualis autem est pullus iste dilecti, vt non vnum habeat dominum, sed vt multos: Dicebant enim ad discipulos domini pulli: Cur soluitis pullum? Videlicet si sensibilis fuisset pullus iste, an non sufficisset vnum dominum illi assidere? Nunc vero multi sunt illius domini, iuxta Euangelium: Dicebant enim, inquit, domini eius ad discipulos: Quare soluitis pullum? Fortassis enim dicēt ad illos: Nónne videtis quam multi illi assidemus? quomodo alligatus est? quomodo habemus illum deditum? Cur distrahitis à nobis quæstum nostrum? Cur soluitis expectationem nostram? Adhuc iste nobis reliquus est, et ab hoc vultis nos depellere? Si hic solutus fuerit à vinculis, nos pro illo alligamur. Metuebant itaq; scelerati dæmones, cumq; viderent solui pullum, turbabantur intra sese aduersariæ potestates, quæ nos captiuos tenebant. Verū, vbi aduenit dominus noster Iesus Christus, illiusq; aduentum cognouerunt, terrore perculsi sunt, posteaquam audierant illum discipulis dicētem: Ecce dedi vobis potestatem calcandi suprà serpentes & scorpiones, & suprà omnem virtutem inimici: territi sunt quum audissent: Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti: metuebant ne iste esset ille qui tenebras illuminat. Audierant enim Prophetam dicentem: Galilæa gentiū populus sedens in tenebris vidit lucem magnam. Omnes itaq; pullo inhiabant, omnes illum circunsidebant, nullus ab eo discedebat. Talis erit iste pullus, vt omnes illius domini seruent eum. Num sicorporeus erat pullus iste, multi domini eius circunsedissent illum, & asellus sensibilis multorum dominorum fuisset possessio? Et quot quot illum possidebant, assidebant illi. Nullus illorum gerebat negocia, nullus illorum in foro versatur, aliud quod agant non habent, sed omnes illi pariter circa pullum vacabant. Aut asellus sensibilis in biuio excipitur? stabulū non habet,
D præsepe non habet, in forū non descendit, sed pullus sensibilis in biuio excipitur, & omnes eius domini illi assident obseruantes eum. Hæc cùm dico nequaq; tollo historiam, nec enim tollimus literā propter spiritū, sed seruamus spiritus vim per literam, verè asello sensibili dominus insedit, ex Bethania ingrediens Hierosolymam. Sic enim Zacharias vaticinatur, dicens: Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus veniet tibi māsuetus super asinam & pullum filiū subiugalis. Itaq; cùm historia verum dicat, quæro res in ea defossas, quærimus repositum nobis thesaurum, quærimus spūs vim, Non enim nudæ historiæ attendimus. Iudæorū em̄ ista demētia est, videlicet ipse q̄q; dñs noster Iesus Christus coarguēs illorū dementiā ait: Scrutamini scripturas, q̄niam in illis putatis vos vitā æternā habere. Verùm, Iudæi nuda litera fame mortui erant. Nos itaq; fratres scientes q̄ litera quidē occidit, spiritus aūt viuificat, non solum adhæreamus historiæ scripturarū, neq; more Iudæorum simplici nudæq; literę attendamus, sed quemadmodum scriptum est, scrutari scripturas debemus, vt hoc pacto testimonium ex his de Iesu cōprehendere possimus. Ridebunt enim & gentes aduersum nos dicētes: Deus Christianorum, q̄ vocat̄ Christus asello insedit. Neq; nos dubitamus, neq; negamus illius iuxta carnem aduentum. Propter hoc enim corporaliter aduenit, vt id q̄d perierat quæsitum inueniret, & quod aberrarat, conuerteret. Sic enim per Prophetam clamat, dicens: Conuertimini filij reuertentes, & ego sanabo contritiones vestras. Sūt igitur in scripturis diuinis, res quæ significantur. Charissimi magna quædam res est iste pullus, qui & alicubi dicitur filius iunior. Siquidem pullus asinus est iuuenculus. Et nos igitur sumus ille pullus. Quod si dicimus nos, tota natura humana significatur. Hominē quē ante hac captiuū ceperāt dñi, ijdē allígarāt vinculis insolubilibus, & illorū vnusquisq; vincula vinculis addebat, vehementerq; illum ne posset elabi constrinxerant: & quemadmodum reor etiam

pèdes illius alligarant, non sinentes illum transire ad meliora. Cæterùm hominum amator Dei filius, qui propter hoc accurrerat, mandat discipulis suis, dicēs ad eos: Ite in vicum qui ex aduerso est, inuenietis pullum alligatum, soluite & adducite mihi. Multa itaq; bona nobis præstitit dominus dilecti. Non solum enim vincula nostrorum peccatorū soluit, verum etiam nobis potestatem dedit calcādi serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Erat enim diabolus & huius mundi rectores harum tenebrarum, qui cœperant nos captiuos, ac vinculis insolubilibus alligarant, proficere non permittebant, neq; sinebant ingredi via bona, ac ne sic quidem nobis parcebant, verum etiam cùm haberent alligatos, tamen circunsidebant crudeles ac feroces domini. Cęterùm dominus ac seruator noster Iesus Christus qui accurrit, vt prædicaret captiuis remissionem, & cæcis reducem visum, videlicet mittit discipulos suos, soluunt pullū, mox vbi soluissent etiam præsepe illi ædificant & pascua pręparant. Sic enim Propheta cupiens hoc demonstrare, dicit: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, in locum herbæ ibi me collocauit. Super aquas refocillationis educauit, animam meā conuertit. Et rursum: Qui facit exoriri gramen iumentis & herbam seruituti hominum. Itaq; conuersi posthac meliori sensu prędit simus, & agnoscamus beneficij autorem, bonáq; ab illo nobis donata promptè excipiamus. Sic enim gratias agentes possumus dicere cum Dauid: Præparasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulāt me. Tale enim est & illud: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Ac fortassis propter hunc pullū Iesus reclinatur in præsepe. An enim locum non habebat Ioseph, cùm esset vir nobilis, homo ducens originem ex genere regio, cùm dicatur filius Dauid, & locum non habebat nisi diuersorium? Non suppetebat alius locus: videlicet res erāt diuinæ, quæ dispensabantur: nimirum & tunc denuo aduersarius noster diabolus cùm videret res humano generi bene succedere, suo more inuidebat. Credens enim vnū quempiam è vulgo esse dominum, subornat Herodem vt quæreret natū verū regem, vt eum perderet. Siquidem proprium est sceleratissimi illius pessimiq; perdere & occidere: Contrà Iesu proprium est seruare & lucrifacere. Parcit enim suis creaturis: quandoquidem omnia per ipsum facta sunt. Proinde quæramus verum regem dominum nostrum Iesum Christum, excutiamus nosipsos an soluta sint nostra vincula: & si soluti sumus, proficiamus in melius: quod si nondum soluta sunt tua vincula, trade teipsum discipulis Iesu, adsunt enim q soluant vos, potestate hac à seruatore acceptā: quoniam quicquid ligaueritis super terram, erit ligatum in cœlis, quicquid solueritis super terram erit solutum in cœlis. Ac rursum: Quorumcumque remiseritis peccata, remittuntur eis. Beati igitur quorum remissa sunt peccata, & quorum tecte sunt iniquitates. Dicebant itaq; domini pulli ad discipulos. Cur soluitis pullum? Illi vero respondentes dicebant, quia dominus eius operam desiderat. Vides discipulorum sapiens responsum. Cùm enim audissent falsi domini pulli, quod is qui re ipsa vereq; dominus erat, operā eius desideraret, nullū retulere respōsum, sed terga dederūt, nō amplius audētes cōtradicere. Protinus igit festinat ad principē suum diabolū, renunciant illi quę acciderant. Ac vide illic concilium & conspirationē aduersus dñm. Conglomeratur illic tota vis aduersaria, & fit congregatio malignātium, vt impleretur quod dictum est à Prophetā: Astiterunt reges terræ & principes cōgregati sunt in idē, aduersus dñm & aduersus Christum eius. Dicunt enim ad diabolum sceleratī dæmones: Quid facimus? pullus solutus est, abijt ad dñm suum, non amplius tibi subiectus est, non amplius illi dominaris? Cogitabat deinde pauidus diabolus q facturus esset Iesu. Tunc congregantur scribæ & Pharisæi in atrium eius q dicitur Caiapha, & concilium inierunt aduersus Iesum, vt eū perderēt. Ignorabant enim

A

B

Soluendi potestas.

C enim infelices, quod huius mors nobis immortalitatem largiretur, & huius descensus, nobis in cœlum ascensum pararet. Surrexit enim dominus, triduanus ex mortuis, spoliauit inferos hoste conculcato, morte destructa, peccati quo tenebamur vinculis disruptis, & compeditos liberauit, dicens: Surgite eamus hinc. Proinde liberati è seruitute diaboli, agnoscamus eum vnde nobis hæc beneficia profecta sunt, glorificemus patrem & filium & sanctum spiritum: Vnam deitatem confiteamur. Sic enim versantes regnum cœlorum hæreditate possidebimus in Christo Iesu dño nostro, cui gloria & imperiū in secula seculorū, Amē.

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIni, de laudibus Psalmorum. Liber.

OMnis quidem scriptura diuina magistra est, & virtutis & veræ fidei, sed liber Psalmorū habet etiā q̄dam modo imaginem status animarum. Vt enim qui adit regem, prius ipse habitum verbaq; componit, ne forte imperitus habeatur. Sic diuinus hic liber currētes ad virtutem, & eos qui vitam saluatoris in corpore cognoscere gestiunt, admonet prius per lectionem motionum omnium, quibus anima afficitur, deinde varijs format instruitq; sermonibus. Potest, igitur vnusquisq; in Psalmis motum statumq; animæ suæ deprehendere, atq; ita figuram quisq;, disciplinámque suam, quibúsque verbis placere Deo possit. Equibus verbis sese corrigere valeat, & Deo agere gratias. Ne si pręterquā fas est dicat, incidat in impietatē. Non solum enim de operibus, sed de omni otioso verbo reddenda apud iudicem ratio est. Si igitur beatum aliquem dicere velis, habes quomodo & quamobrem, & quem dicas, in psalmis.

I. Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum. xxxij. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, xl. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. cxl. Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis. cxxvij. Beati omnes qui timent dominum.

Si conqueri Iudæos contra saluatorē vides, habes Psalmum secundum: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania.

Si te tui persequuntur, & multi insurgunt aduersum te, tertium Psalmum dicas: Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me.

Si autem ad hunc modum tribulatus inuocasti dominum, & quoniam exaudiuit te, & ei agere vis gratias, canito quartum: Quum inuocarem exaudiuit. &, cxiij. Dilexi, quoniam exaudiet dominus vocem orationis meæ.

Si vides insidias tibi à malignantibus fieri, et auribus percipi cupis orationem tuam, canito Psalmum quintum: Verba mea auribus percipe domine.

Si minas Dei sentis, & inde territum te vides, dicere potes Psalmum sextum: Dñe ne in furore. Et, xxxvij. Dñe ne in furore. Quoniā sagittæ tuæ infixæ sunt.

Si autem consilium ineunt aliqui contra te, quemadmodum Achitophel contra Dauid, & hoc aliquis tibi nunciat, cane septimum Psalmum: Domine Deus meus in te speraui, & confide in Deo, qui liberabit te.

Cernēs autem gratiam saluatoris circunquaq; diffusam, & restitutū saluti genus humanum, si alloqui dominū vis, cane octauum: Domine dominus noster,

quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. A

Rursus si canere vis pro torcularibus, Deo gratias agens, habes octauum: Domine dominus noster. Et, lxxx. Exultate Deo adiutori nostro.

Si coerceri inimicum vis, & creaturam saluari, non confidens in teipso, sed in Dei filio, dic nonum Psalmum: Confitebor tibi domine in toto corde meo.

Si quis te metu afficere velit, tu confidens in domino, cane decimum Psalmũ: In domino confido.

Si multorũ superbiam & malitiã vides abũdare, itavt nihil sit inter homines sanctum, confuge tu ad dñm, & dic vndecimũ Psalmum: Saluũ me fac domine. Si diutius perseuerent aduersariorum insidiæ, ne teipsum negligas, quasi tui dominus sit oblitus, sed inuoca dominum, canens vigesimum sextum Psalmum: Dominus illuminatio mea, & salus mea.

Si quos audis blasphemantes contra prouidentiam, ne sis tũ quidẽ particeps impietatis eorum, sed ad Deum confugiens, die Psalmum xiij. Dixit insipiẽs in corde suo, non est Deus.

Si scire vis qualis est regni cœlorum ciuis, cane decimum quartum Psalmum: Domine quis habitabit in tabernaculo.

Si tibi oratione opus est propter resistentes tibi, & circundantes animam tuam, cane decimum sextum Psalmum: Exaudi domine iustitiã meam. Et, lxxxv. Inclina domine aurem tuam. Et, lxxxviij. Misericordias domini in æternum cãtabo. Et, cxl. Domine clamaui ad te, exaudi me.

Si scire vis qualiter Moses orabat, habes Psalmum octogesimum nonum: Domine refugium factus es nobis.

Si euasisti ab inimicis, & liberatus es à persequentibus te, cane tu quoq; decimum septimum: Diligam te domine fortitudo mea.

Si miraris ordinem rerum creatarum, & diuinæ prouidentiæ gratiam, cane B Psalmum decimum octauum: Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Et Psalmus vigesimus septimus: Ad te domine clamabo.

Si tribulatos vides, consolare eos, & pro eis orans, dic verba Psalmi decimo noni: Exaudiat te dominus in die tribulationis.

Si te custodiri à domino vides, & prospere agere, gaudens cane Psalmum vigesimum secundum: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascue ibi me collocauit.

Si contra te irruunt inimici, eleua animam ad Deum, & dic Psalmum vigesimum quartum: Ad te domine leuaui animam meam. Frustra eos inique agentes videbis.

Si perseuerauerint inimici, & sanguinolentis manibus abstrahere vel occidere te quærunt, ne des homini iudicium, suspecta enim sunt humana omnia, sed Deum iudicem postulans, ipse cùm solus iudex est, & dic vigesimum quintum Psalmum: Iudica me domine, quoniam ego in innocen. Et, cxxxiij. Iudica domine nocentes me. Et, xlij. Iudica me Deus, & discerne causam meam.

Si autem sæuius instent, & multitudo instar castrorum sint inimici despicientes, quasi ne vinctus quidem sis, nihil formidans, cane vigesimum sextum Psalmum: Omnes gentes plaudite manibus.

Si rursus impudentes sint qui insidiantur, minimè eos curans, cane ad dominum quæ sunt in Psalmo quadragesimo septimo: Magnus dñs & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius.

Si scire vis quomodo gratias acturus, accedere ad Deum debes, intelligibiliter intelliges, cane Psalmum vigesimum octauum: Audite hæc omnes gentes.

Deinde

C Deinde renouans domum tuam & animam, quæ dominum suscipit, & sensibilem domum, in qua corporaliter habitas, age gratias, & dic vigesimum nonum Psalmum: Deus deorum dominus loquutus est. Et, centesimum vigesimum sextum Psalmum: Nisi dominus ædificauerit domum.

Si te odio haberi propter veritatem ab amicis & propinquis vides, ne remitte studium, néve aduersantes extimesce, sed futura cogitans, cane trigesimum Psalmum: in te domine speraui non confundar in æternum.

Si baptizatos vides à corruptibili generatione liberatos, diuinam benignitatem admirans, cane trigesimum primum Psalmum: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

Si canere vis inter multos iustos viros, & rectè viuentes, colligens cane trigesimum secundum Psalmum: Exultate iusti in domino, rectos decet collaud.

Si incidisti in hostes, & eos prudenter euitasti, atque insidias effugisti, & ob id agere vis gratias, conuoca mites homines, & cum eis cane Psalmum trigesimum tertium: Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius.

Si vides iniquos in multum certare, ne putes secundum naturam inesse illis peccatum, quemadmodum hæretici quidam, sed dic Psalmũ trigesimum quintum: Dixit iniustus vt delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius, & videbis quod ipsimet peccandi causa sunt.

Si malos iniqua agentes cernis, & contra paruos superbientes, & admonere vis aliquos, ne istos attendant aut æmulentur, quoniam cito extinguentur, dic tibi & alijs trigesimum sextum Psalmum: Noli æmulari in malignantibus.

Si statuisti habere tui curam, & vides insidiantem aduersarium, maximè enim contra tales excitatur, ac vis temet in eum parare, cane trigesimũ octauum Psalmum: Dixi custodiam vias meas.

D Si multos vides pauperes & mendicos, ac misereri vis, potes eos, & qui iam sunt miserti, probare, & alios vt idem agant, hortari, dicens Psalmum quadragesimum: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala.

Si desiderium habes erga Deum, inimicos audis exprobrantes, ne perturberis, sed intelligens immortalem fructum, qui ex hoc desiderio nascitur, consolare animam tuam, spe erga Deum & hac reuelans, mitigánsque vitæ dolores, dic Psalmum quadragesimum primum: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.

Si recordari frequenter vis beneficia Dei, quæ patribus fecit, & in exitu de Aegypto, & in deserto. Et quomodo Deus quidem bonus, ipsi autem ingrati, habes quadragesimum quartum: Deus auribus nostris audiuimus. Item lxxvij. Attendite populemeus. lxxxviij. Misericordias domini in æternum cantabo. Cl. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. cv. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. cvi. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Et dies centesimum octauum Psalmum: In exitu Israel de Aegypto.

Si confugiens ad Deũ, euasisti, quæ aduersus te dicta sunt, & gratias agere vis Deo & narrare eius erga te benignitatem, habes quadragesimum quintũ Psalmum: Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

Si peccasti, & conuersus pœnitentia afficeris, & vis misericordiam consequi, habes confessionis verba in Psalmo quinquagesimo: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.

Si calumniam passus es apud malũ regem, & diabolum vides gloriantem, secede, & dic quæ sunt in quinquagesimo primo Psalmo: Quid gloriaris in malitia, qui

tia,qui potens es iniquitate. A

Si qui te persequuntur & calumniãtur,prodere volunt,sicut pharisæi Iesum, & alienigenæ Dauid,ne tædio marcescas,sed confidens in domino,cane quinquagesimumoctauum:Deus in nomine tuo saluũ me fac,& in virtute tua iudica me.Et quinquagesimumquintum:Miserere mei Deus,quoniam conculcauit.

Si autem concurrant persequutiones,& non cognoscens in speluncam ingrediatur,in qua tu absconderis,ne metue,habes enim in hac necessitate vtilia,cum ad consolandum,tum ad memoriam recolendam,verba in quinquagesimosexto Psalmo: Miserere mei Deus,miserere mei,quoniam in te confidit anima mea. Et,centesimo quadragesimoprimo Psalmo: Voce mea ad dominum clamaui,voce mea ad dominum deprecatus sum.

Si obseruari domum qui insidiatur iusserit,vt effugeris,age gratias Deo,& in tabulis animæ tuæ rem incidens,dic quadragesimumtertium Psalmum: Eripe me de inimicis meis Deus meus.

Si exprobrent inimici qui tribulant te,& loquacius detrahant qui amici esse videntur,& in exercitatione tua labores aliquantulum,potes inuocare tu quoque Deum,dicens quæ sunt in quarto Psalmo: Quum inuocarem exaudisti me Deus iustitiæ meæ,in tribulatione dilatasti mihi.

Contra hypocritas & in facie gloriantes,dicad eorum conuersionem quinquagesimumseptimum Psalmum:Siverè vtiq; iustitiam loquimini.

Si aspere irruant in te,& capere animam tuam velint,oppone illis subiectionem tuam ad Deum,& bono animo sis.Quò enim magis insæuiunt illi,eò magis domino subijcientur.Dic autem Psalmum quadragesimumprimum.Nonne Deo subiectaerit anima mea?

Si persequutionem fugiens in desertum concesseris,ne metuas,quasi solus ibi sis,sed habens Deum,& ad ipsum diluculo surgens,cane sexagesimumsecun B dum:Deus Deus meus,ad te de luce vigilo.

Si perterrefaciant inimici,nec struere insidias desinant,& omnia inquirunt aduersum te,etiam si plurimi sint,ne cesseris. Sagittæ enim paruulorum erunt horum plagæ,si cecineris sexagesimumtertium Psalmum: Exaudi Deus orationem meam cum deprecor,à timore inimici eripe animam meam.Et,quadragesimũseptimũ.Exurgat Deus & dissipentur inimici,& fugiant qui oderunt eum à facie eius. lxix.Deus in adiutorium meum intende,domine ad adiuuandum me festina. Et septuagesimum Psalmum: In te domine speraui non confundar in æternum,in iustitia tua libera me.

Si canere Deum vis,habes lxiiij.Psal. Te decet hymnus Deus in Sion.

Si quos imbuas resurrectionis mysterio,habes septuagesimumnonum Psalmum:Qui regis Israel intende,qui deducis velut ouem Ioseph.

Si misericordias à Deo petis,cane Psalmum. lxvi. Deus misereatur nostri & benedicat nobis,illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri.

Si videas impios in pace prosperari,ne scandalizeris,vt commouearis,dic tu quoq; septuagesimumsecundum:Quã bonus Israel Deus his qui recto sunt cor.

Si irascitur populo Deus,habes verba quibus hunc consoleris in septuagesimotertio Psalmo: Vt quid Deus repulisti.

Si confessione tibi est opus,cane septuagesimum:In te domine speraui.lxxiiij. Psalmum:Confitebimur tibi Deus confitebimur. xci. Bonum est confiteri domino,& psal. cliij. Confitemini domino & inuocate nomen eius. cv. Confitemini domino quoniam bonus,quoniam in secu. cvij. Paratum cor meum Deus, cx.Confitebor tibi domine in toto corde meo.cxvij. Confitemini domino quoniam bonus,quoniam in seculum misericordia eius. Psal.cxxxv.Cõfitemini do-

mino

C mino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Et cxxxvij. Cõfitebor tibi domine in toto corde meo, quoniam audisti verba oris mei.

Si vituperare gentilem vis & hæreticos, vt apud quos Dei cognitio non est, potes intelligendo canere & dicere, quæ sunt in psalmo octogesimo quinto: Inclina domine aurem tuam & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego.

Si occupauerint inimici effugia tua, & magnopere tribuleris, quanquã perturberis, ne despera, sed ora. Et si clamans exauditus fueris, age Deo gratias, dicens quæ sunt in psalmo septuagesimo sexto: Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad dominum deprecatus sum.

Si persequentes inimici irruerint, & polluerint domum Dei, ac sanctos occiderint, & eorum corpora volatilibus cœli proiecerint, ne metuas illorum crudelitatem, sed compatiens patientibus, dic psalmum septuagesimum octauũ: Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam.

Si canere vis domino, in celebritate conuocatis Dei seruis, cane octogesimũ psalmum: Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob. xciij. Venite exultemus domino, iubilemus Deo salutari nostro, præoccupemus faciẽ eius in confessione, & in psalmis.

Si rursus inimici congregentur vndiq;, & minentur domui Dei, conspirantes contra pietatem, ne te multitudo & potentia illorum perturbet, habes velut ancoram spei verba, quæ sunt in lxxxij. Deus quis similis erit tibi, nec taceas, neq; compescaris Deus.

Si vides domũ Dei, & æterna eius tabernacula, & desideriũ habes ad illa, sicut habebat Apostolus, dic & tu octogesimũ tertiũ: Quàm dilecta tabernacula tua.

Si cessauerit ira, & soluta captiuitas fuerit, habes quibus gratias Deo agas. lxxxiij. Benedixisti domine terram tuam. Et psal. cxv. Credidi propter quod

D locutus sum.

Si discordiam catholicæ Ecclesiæ aduersus schismata cognoscere vis, & illos conuertere, potes dicere q̃ sunt in psalmo octogesimo sexto: Fundamẽta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

Si exhortari teipsum vis & alios ad religionem, ac persuadere quòd spes in Deum non confundit, sed intrepidam reddit animam, lauda Deum dicens, quæ sunt in psal. nonagesimo: Qui habitat in adiutorio altissimi.

Si canere vis sabbato, habes nonagesimum primum: Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime.

Si gratias agere vis dominico die, habes decimumtertium: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.

Si canere vis in secunda sabbati, habes quæ sunt in nonagesimo quarto: Venite exultemus domino, iubilemus Deo salutari nostro, præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei.

Si canere vis parasceue, habes laudationem in nonagesimo secundo: Dominus regnauit, decorem indutus est. Tunc enim domus ædificata est, quãuis circuire conati sunt hostes. Atq; ideo triumphale carmen canendum est ipsi Deo.

Si captiuata fuerit ac vastata domus, rursusq; ædificata domus, cane quæ sunt in nonagesimo quinto. Cantate domino canticum nouum.

Si vexata terra fuerit ab hostibus, & deinde quiescat regnante domino, habes habes q̃ canas. xcvi. psal. Dominus regnauit, exultet terra, lætẽtur insulæ multæ.

Si vis quarta sabbati canere, habes nonagesimum tertium: Deus vltionum dominus Deus vl. Tunc enim traditus, vlcisci mortem cœpit, & de ea triumphaꝛe. Quum igitur euangelium legens videris Iudæos consilium ineuntes aduersus dominum, & ipsum audacter stare pro nobis aduersus diabolum, cane

quæ sunt in nonagesimo tertio, vt supra. A

Si vides prouidentiam domini in omnia, & dominium ipsius, & vis imbuere aliquos ipsius fide & obedientia, cum persuaseris prius vt confiteantur, cane nonagesimum nonum. Iubilate Deo omnis terra, seruite domino in lætitia.

Si potestatem iudicandi in eo cognoscis, & quod misericordiæ iudicium admiscens iudicat Deus, atque accedere ad ipsum vis, habes ad hoc verba centesimi psalmi: Misericordiam & iudicium cantabo tibi.

Si propter imbecillitatem naturæ nostræ assiduis vitæ malis aliquando, ceu medicus, tædio afficeris, & consolari te vis, habes psalmum centesimum primũ. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.

Et quoniam conuenit semper, & in omnibus agere Deo gratias, quando ipsi benedicere vis, habes quomodo tuam animam adhorteris. ciij. Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Et ciij. Benedic anima mea domino, domine Deus meus magnificatus es vehementer.

Si laudare vis Deum, & scire quomodo ob aliquod oportet laudare, & q̃ verba dicere laudãs debet, habes cxij. Laudate pueri dominum, laudate nomẽ dñi. cxvi. Laudate dñm oẽs gentes, laudate eum oẽs populi. cxlv. Lauda anima mea dominum, laudabo dominum in vita mea, psallã Deo meo q̃diu fuero. cxxxij. Ecce q̃ bonum. cxlvi. Laudate dominum qm̃ bonus est psalmus. cxlvij. Lauda Hierusalem dominum, lauda Deum tuum Sion. cxlviij. Laudate dominum de cœlis. cxlix. Cante domino cãticum nouum, laus eius in Ecclesia sanctorum. cl. Laudate dominum in sanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis eius.

Si habes fidem, quemadmodum dominus dixit, & credis in his, quæ orans loqueris, dic centesimum quindecimum: Credidi propter quod locutus sum.

Si te ascendentẽ sentis actionibus, sic vt dicas obliuiscor, his aũt quæ p̃cedunt contendo, habes in vnoquoq; processu, quæ dicas quindecim graduum cantica. B

Si captiuatus es alienis cogitationibus, & sensisti te abduci, & pœnituit, desine deinceps. Et manens vbi repeccantem deprehendisti, fede ac lege tu quoq; quemadmodum fecit populus, dicens quæ sunt in centesimo trigesimo sexto psalmo: Super flumina Babylonis illic sedimus.

Si tentationes putas esse tui probationem, age post tentiones gratias Deo, dicens centesimum trigesimum octauũ: Domine probasti me, & cognouisti me.

Si teneris rursus ab inimicis, & liberari vis, dic centesimum trigesimum nonum psalmum: Eripe me domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me.

Si orare vis & deprecari, dic quintum psalmum: Verba mea auribus percipe domine, intellige clamorem meum. cx. Domine clamaui ad te, exaudi me. cxli. Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad dominum deprecatus sum. cxlij. Domine exaudi orationem meam, auribus. cxlv. Lauda anima mea dominum, laudabo Deum meum in vita mea, psallam Deo meo quàm diu fuero.

Si inimicus tyrannus insurrexerit aduersus populum, tu quoque sicut Dauid Goliath ne timeas, sed vnà cum Dauid crede, & canens dic. cxliij. Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prelium, & digitos meos ad bellũ.

Si bonitatem Dei & in te & in omnes recolis, & benedicere Deo vis, dic verba quæ Dauid dixit in octogesimoquarto: Benedixisti domine terram tuam.

Si cantare vis domino, habes quid dicas. xcv. Cantate domino canticum nouũ. xcvij. Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit.

Si parcius fortè in aliquo vsu fratribus anteponeris, ne extollaris contra ipsos, sed dans gloriam Deo, psalle tu quoq;. psal. li. Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate. Qui proprius Dei es, aliàs cl. Laudate dominum in sanctis eius.

C Si canere vis obedientiam habentem Alleluia, habes centesimum quartum: Confitemini domino, & inuocate nomen eius. c.v. Cõfitemini domino quoniã bonus, quoniam in seculum misericordia eius, quis loquetur p. d. cvi. Confitemini dño quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicant nũc qui. & cx. Confitebor tibi domine in toto corde meo. cxi. Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius. cxij. Laudate pueri dominum, laudate nomen domini. cxiij. In exitu Israel de Aegypto. cxiiij. Dilexi quoniam exaudiet dñs. cxv. Credidi propter quod locutus sum. cxvi. Laudate dominum oẽs gentes. cxvij. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc Israel. cxviij. Beati immaculati. cxxxiij. Laudate nomen dñi. cxlv. Lauda anima mea dominum. cxlvi. Laudate dominum quoniã bonus est psalmus. cxlvij. Lauda Hierusalem dominum. cxlviij. Laudate dominum de cœlis. cxlix. Cantate domino canticũ nouum. Et cl. Laudate dominum in sanctis eius.

Si seorsum canere vis de saluatore, habes de eo in quouis psal. præcipuè verò habes xliij. Ad te domine leuaui animam meam. cix. Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis.

Indicantes ipsius ex patre legitimam generationem, & corporalem eius præsentiam. x. In domino confido. Et lxviij. Saluum me fac Deus. Prædicentes de diuina cruce, & quantum pro nobis insidiarum susceperit, & q̃ multa passus est. ij. Quare fremuerunt gentes. Et. cxviij. Beati immaculati. Significantes Iudæorũ insidias & malignitatem, & Iudæ Scariotis proditionẽ. xx. psal. Domine in virtute tua. xlix. Deus deorum dñs locutus est. lxxi. psalm. Deus iudicium tuum.

Ostendentes regnum eius, & iudicandi potestatem, & eius præsentiam in carne. xv. Conserua me domine, quoniam speraui in te.

Indicat eius in carne resurrectionem gloriosam. xxij. Domini est terra, &
D plenitudo eius. Et xlvi. Omnes gentes plaudite. Annũciant eius in cœlum ascensum. xcij. Dominus regnauit. xcv. Cantate domino canticũ nouum, cantate dño omnis terra. xcvij. Cantate domino cãticum nouum, quia mirabilia fecit. xcviij. Dominus regnauit, iracscantur populi. Si leges, speculari poteris, quæ dominus noster beneficia per passionem contulit.

Talis est igitur stylus & character Psalmorum ad hominũ vtilitatem.

# D. ATHANASII AR
## ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIni, de exhortatione monachorum.
### Liber. I.

ET si quid gloriari, in Christo licet, huiusmodi principijs initiati, vt sit inchoatio vestra perfectio, & ad veram viuẽdi frugem gradus interpositos prꝫuolantes, apice ipsius culminis occupato, disciplinæ summã teneatis, vt in votis habere debeat, & imitari quisq; vos quàm posse credat. Instituti mihi tamen huius licentiam prærogatiuè paternus adscripsit affectus, & amplectenda mihi vestræ expostulatiõis exactio. Quidum me auditis, non solum libenter, sed etiam auide, impudentem me vestro amore feciſtis. Præcedentes duco, & vltra mensuram meæ possibilitatis extensus, quos sequi cupio, ducere compellor. Pergam igitur per tramitem vitæ vestræ, vt quasi qui primis literarum imbuatur elementis

tis depictis, adumbratis prærogationibus, notas stylo imitatore calcabo, accedentibus ad sperata beati instituti præmia, quæ sequenda sunt. Primùm abstinentiæ cura, ieiunij, patientiæ, orandi assiduitas & legendi, vel si quis adhuc literarum expers sit, audiendi sit desiderium cum cupiditate discendi. Hæc enim sunt prima quasi lactentium cunabulorum in DEI agnitione crepundia, quibus homo admonitus, ortus sui diuini tramitis ingredi viam velle incipiat, dum posse consuescat. Et quidem ista tradens, non de vulgi promiscua fide loquor, quòd omnipotentis Dei tantùm insinuata confessio, & innocentiæ singularis instillata doctrina, venia sola efficit esse contentum. Quanqnam dominus noster, sicut legimus, omnes velit saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, tamē quia præeminentis gratiæ cuncti capaces esse non possunt (.Non enim omnes, qui ex Israel sunt, Israelitæ sunt. Nam & Ismael à consortio fraternæ hæreditatis excluditur, & compugnantes Iacob & Esau, vnius vteri claustra rupetunt.) vel contenti puteo aquæ viuæ, nos in holocaustū nostri, hostiam voluntariæ oblationis aptemus, desiderantes escas & parantes, ac primatibus illis ad mensuram viæ hanc sententiam largientes. Omnis creatura Dei bona, & nihil abijciendum quod cum gratiarum actione percipitur, nos ad præmium gloriæ illo labore nitentes, bonum est non manducare carnem, neque bibere vinum. Et rursus: Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Abstinentia enim continentiæ nutrix est, quæ innupta siue nupta, facilius possibilitatis frenos patitur, si non deliciarum calcaribus incitetur, quàm sic eos qui ad summa nituntur, vel cupio vel mando colere, ne putent in alijs crimen esse nupsisse, scientes scriptum esse: Bonum est nubere, melius est non nubere. Qui hoc enim illicitum credunt, ipsi præmium sui laboris imminuunt. Illicitis enim carere, iugum necessitatis est: permissa vincere, munus arbitrij. Malis abstinere, disciplinæ merces est; bona supergredi, libertas meriti est, non finis imperij: Illud legis indultum est terminis, hoc gratiæ reseruatum est incrementis. Ieiuniorum quoque non sit volentibus certa mensura, sed in quantum possibilitas valet, nisu laborantis extensa, quæ præter dominicam semper sint solemnia, si votiua sint. His sese Moses beatissimus præparans, affatibus Dei dignus ingessit. His prædictas per Ionam Niniuitæ minas, in placidam rursus flexere sententiam: His Getuliæ populus Assyria obsidione conclusus, & vsque ad deditionem sui, experta plurima virtute conterritus, ab Holofernis tumentibus minis constantis manu fœminæ meruit vindicari: His Mardocheus Aman crudelem superbia, præparato sibimet ligno, acceptæ pœnæ conuersione suspendit. His Iesus saluator noster in carne hominis quem adsumpserat eruditus, suadelas diaboli tentantis obtundit. Quas & si aliter potuisset expellere, docendos tamen populos voluit hac imitatione formare. Orationibus verò ita frequenter instandum est, vt vix eas aliquod tempus interpollet. Scriptum est enim: Orationibus instate, vigilantes in illis. Et iterum: Quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Per has amicus dormiens excitatur: & quamuis omnem familiam sopor altus obsederit, depromi tamen sibi ac porrigi panes importunus expostulator extorquet. Has, si fieri potest, sola intercapedo disrumpat. Cuius rei cura in canonicis ponenda est salubriter monimentis: Non quòd apocrypha debeamus, præsertim ignorata, damnare, sed quod ad scientiam DEI digestam, canonis seriem putemus posse sufficere. Illa enim si consentiunt, superuacua sunt. Si dissentiunt, vitanda sunt. Sine orandi studio nemo ad DEVM intentus, sine autem legendi studio nemo ad dominum esse valebit intentus. Primum, quod huiuf-

C huiusmodi opera ab alijs actibus caducæ occupationis abducunt, & diuersorum exemplorum insinuata cognitio, vel bonorum appetentiam, vel malorum factam esse cautelam. Neq; enim aliàs Petrus apostolus admoneret nos, dicens: Parati semper estote ad rationem reddendam, ad omnes poscentes vos de verbo spei vestræ, & fidei. Et Apostolus: Non cessamus pro vobis orantes, vt impleamini agnitione eius in omni sapientia & intellectu spirituali. Et rursus: Verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia. Nam & in veteri testamento similem hominibus curam sacræ præceptionis inculcauit eloquium. Sic enim Dauid ait: Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Sed in lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et ad Iesum Naue Deus loquitur: Non recedet liber iste de manibus tuis, & meditaberis in eo die ac nocte. His quoq; negocijs malarum cogitationum lubrica frequenter interserunt. Et quãuis ipsa sedulitas animum ad Deum præstet intentum, efficit tamen in sese mordax seculi cura solicitum. Quòd si hæc frequenter & importunè patitur religioso labori deditus, nunquàm profectò illis carebit ocioſus. Nam quoniam studiorum membra digessimus, morum augmenta cumulemus. Illud autem extra commonitionem puto, vt sit victus facilis, vestitusq; vilis, cùm hæc tegendi corporis gratia reperta sint, non ornandi. Et illa sustinendæ animæ potius, quàm obruendæ. His ergo, quæ suprà ostendimus, actibus mancipatus, omne odium deponat inimici. Nec hoc tantùm fine contentus, simultates amore commutet, iram patientiæ temperet freno, auaritiam abstinentiæ forti vincat imperio, & præcipuè linguam custodia taciturnitatis obsepiat, ne in litigium controuersia feruescat, ne in maledictum procurrat, ne in obtrectationem maledica serpat, ne in iurationem facilis prolabatur, ne in mendacium
D ficta simulet, ne in circumuentione astuta calleat, ne in elationem superba iactetur, sed obseruans tẽpus tacendi, & tẽpus loquendi, omne verbum ociosum, obnoxium sciat esse rationi. Nam ideo & Dauid beatissimus, ori suo custodiã deposcit. Et condiendum sale, benedicti Pauli pagina sacra, sermonẽ constituit. Et nullum indomabile membrũ esse q̃ linguam, testificata Iacobi p̃cepta signarunt. Sit igitur qui huiusmodi viã scandit tacitus, mitis, benignus. Et quia charitatis insolubilis habetur affectus, in studio parili semper alium iudicans potiorem. Hoc enim freno adstringit inuidiam, quam vicinæ sibi elationis sæpius incitatã iudicio, dum gratias referẽdi sibi honoris appetit, notam miseri liuoris incurrit. Nec primũ adeò vnusquisq; percipit, si ab hominibus id requirit. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiã. Qui cùm de huiusmodi studio discipulos erudiret, ipsum pronunciat maximũ, qui minimus velit esse cunctorum. Esto ab aliquibus frater tuus propẽsius honoretur, nec illos quasi minus amicos habeas, nec hunc quasi æmulum p̃latæ veneratiõnis attẽdas. Quinimò iudica circa te augmentũ illius honoris accrescere, sciens scriptum: Si enim gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Vos aũt estis corpus Christi, & mẽbra. Nam quicunq; aliquẽ vestrum dilígit, omnem dignitatem Deo in quem vos coitis, adscribit. In hoc silentium placet, in hoc affabilitas blanda dilígitur. Hunc rudis & innata simplicitas, hunc scientia erudita commendat. Huius in ieiunij iugitate patientia, huius in abstinentiæ virtute contemptus, huius lectionis assiduitate sedulitas pro diuinorum munerum diuersitate laudatur. Hæc autem sicut scriptum est, operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Sicut enim corpus vnum membra habet multa, omnia aũt membra corporis cùm sint multa, vnum tamen corpus sunt, ita & Christus. Omnes enim nos in vno spiritu, in vnũ corpus baptizati sumus. Singuli vobis

potestis

potestis omniũ bonorum summã ꝑsumere, si nullus se incipiat in eo, ꝙd altero A
præcellit, efferre. Sed enim vos inuicem nexu astrictæ charitatis arctabitis, tunc
eos qui foris sunt, & in seculari actu adhuc mundialibus vinculis colligãtur, no-
lite propter attẽtioris vitæ austeritatẽ dãnare, scientes scriptũ: Nolo iudicetis, ne
iudicemini. Et iterum: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? domino suo stat
aut cadit. Potens est enim statuere illum Deus. Magis benignitatis adhortatio-
nibus & illiciente blandimento viaveritatis ostensa, nubem erroris aperite, vt
non trahi incipiat vnusquisq; sed sequi præcedentẽ. Semper duriora flectenda
sunt, ne viribus inclinata curuatio priusq; in circulũ veniat fatiscẽs, fragmẽ effun-
dat. Hinc eñ sæpius scandala vulgi dicaciter gignũtur. Dum ad religionis iugũ
censorium arrogatur imperium, vita nostra iubeat, lingua persuadeat, quia plus
autoritatis gestat exemplũ, & ingerit appetentiam sui, morũ lenis formatio. In
omni igitur actu vestro quasi speculo relucẽte, fulgete. Vbiq; circũspecti, vbiq;
soliciti, ne quid liuor inueniat, ne quid rumor vel falsus infligat. Fœminas pro-
bas & religiõis studio vero deditas, cũ mensura veneratiõis honorate, vt nec au-
steritas inhumana, nec sedulitas sit remissa. Accessus ad vos inuicẽ vester nõ in-
gestus sit, sed innatus, quem causa fecerit, nõ quẽ causa sibi relaxarit. Plures au-
dite cum pluribus, aut si quando alterius sexus frequentia deerit, vel annorum
cuiusquam est probata grauitas, vel celebritas loci, vel ratio temporis, id hone-
stè, quia præcipue vobis ætas, hora, solicitudo vitanda sunt. Non quo mihi fas
sit, de his qui verè semel deuota Deo pectora dicauerunt, secus ęstimare aliquid,
sed vt ex abundanti sic omne quod fingi potest, tanquam possit & credi caueа-
mus, ne in nullo famæ nostræ vulnere serpat nata ab occasione suspicio. Ipsa fa-
mæ semina priusquam linguis nutriantur, intereant. Non tamen nobis fides fa-
cti, sed possibilitas etiam releganda mendacij. Beata enim vita est præclara, de
qua nihil licet falsitati. Neq; enim ego hoc iudicium meum austerus censor arri- B
pui, sed cœleste imperium monitor blandus adsumpsi. Nam & sic ait Apostо-
lus: Zelans vos Dei zelo, despõdi vos vni viro virginem castam exhibere Chri-
sto, sciens scriptum esse: Ne ponatis offensionem, vel scandalum fratri. Et iterũ:
Sine offensione estote iudæis & gentibus, et Ecclesiæ Dei. Et iterum: Non er-
go blasphemetur bonum nostrũ. Et iterum: Vt quid enim libertas nostra iudi-
cetur ab infidelí conscientia? Et iterum: Omnia autem vestra, honesta fiant. Et
iterum: Cõmendantes vosmetipsos ad omnem conscietiam hominũ corã Deo.
Et iterũ: Prouideamus bona nõ solum coram Deo, sed etiã coram ꝟominibus.
Et iterum: Vt is qui ex aduerso est, confundatur, nihil habẽs dicere mali. Neq;
me præterit secularis laboris inuidia in obtrectationem semper religiõis arde-
re, & mordacem malignis rumoribus dentem impressum dicacitatis infigere.
Vtatur sua mũdus natura, dũ nihil in nostra inueniat disciplina. Falsitas ex mo-
re iactetur, dũ nec verisimile quidem possit esse quod dicitur. Nemo ideo debet
contẽnere vulnus infamiæ, quia semp consueuerit rumor simulare. Sed eo attẽ-
tius præcauere, quòd soleat etiam ficta componere. Nemo ab obtrectatiõis me-
tu redditur obtrectandi solennitate securus. Neq; est negligentiæ causa solicitu
dinis continuata materia. Sit igitur pudoris ac reuerentiæ vestræ tuta ac circũ-
specta custodia. Necessarius è domo, & rarus egressus. Quem aut religionis ra-
tio extulerit, aut ad substantiam victus causa exercendi operis ordinarit. Mune
ribus cunctis, nisi quæ ad quotidianum cibum annuumq; vestitũ suppetant, ab-
stinentes. Scientes scriptum esse: Habentes autem alimẽta & quibus tegamur,
his contenti simus. Et iterum: Vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt, & nul
lius aliquid desideretis. Nec quidem præbendæ eleemosynæ gratia vltra supra-
dictos victus ab vllo quippiam præsumatis, scientes scriptum: Si enim voluntas

prompta

A prompta est secundum id quod habet, acceptum est, non secundum id quod nō habet. Sic illa Euangelici sermonis diuina sententia, anum pauperem, inter largā locupletum munera gemina tantum æra mittentem, magnifica accepta largitione ditauit. Quia non potest parum esse, quod totum est. Neq; quisquam amplius dedit, quàm qui sibi nihil reseruauit. Hæc si cui præter vos nimium videbuntur astricta, qui Dei claustra pulsare tentauerit, prout ratio sua tulerit, relaxabit. Ne quis fortè aut connexus sit coniuge, aut liberis impeditus. Habet præter hæc charta subiectantiæ pluriima, quæ sequatur. Neq; se repulsum credat, sed aditu alterius vocationis admissum, sicut scriptum est: Vnusquisq; in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Non tamen vt propensiorem curam patrimonio, quàm religioni in caducis magis occupatus impendat, agnoscens scriptum esse: Et possidentes tanq̄ non possidentes. Si quem tamen posteritatis compede felicior natura, si intelligatur, absoluerit, causam hærendi in mundo, nisi ignarus est Dei munerum, non habebit. Cur enim viuendi voluntate non soluat, q̄d moriendi lege rumpendum est, faciens de sorte mercedem, vt de necessitate virtutem augeat? Quinimò, qui in sua re familiari de paruis magna, de vilibus pretiosa, æterna facit de caducis, solus est postquàm peruenerit, ni sempiternus patrimonij sui possit esse possessor. Si auarus non est, debet desiderare perpetua, sciens scriptum esse: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi tinea & rubigo exterminant, & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo, vbi neque tinea, neque erugo exterminant, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Hoc enim ei, qui non caret filijs, hortamentum est, qui carer, imperium. Ista vos cuncta congrua temporibus, apta personis, referta exemplis, condita blanditijs, affatu illice, hortamenti, mitis integritate, facilius potest persuadere qui facit. Neq; enim aliquo horum omnium fructu inuidi estis, cuiusquam æstimatione fraudandi. Erat vobis certè corpus firmum, ætas integra, rudes animi, quamuis angusta pro humani generis varietate patebant, vel negociandi vsus, vel studium militandi. Diuersæ artes innumera in actibus mundi augendæ facultatis officia. Postremò non deerat, vel pauper vxor, quę viuendi pararet voluptatem, & in ista humanis sensibus pignorum blandimenta. Quæ vos oīa quidem corpore, & castis sensibus, respuentes diuinę sententiæ formam religiosis actibus custoditis, dicente scriptura: Quicunq; plus me fecerit domum, aut vxorem, aut filios, non est me dignus. Vestra igitur intuentes exempla, nec illi de meritorum summa, angusta sui æstimatione desperent, qui substantia pari li ad studium vitæ huius aduenerunt. In hoc ergo, filij charissimi, viuendi tramite constituti, vacate & videte qm̄ suauis est dn̄s. Dies noctesq; lectionibus atq; orationibus ducite. Et mei semper, quem in opere & scientia abortiuum omnium sacerdotum præceptorem vobis tāti habuistis eligere, mementote. Vigilate, state in fide, viriliter agite, confortamini, omnia vestra in charitate fiant, & Deus pacis erit vobiscum.

B

## RELATIO MIRACVLORVM DOMINI nostri Iesu Christi, quæ per imaginem ipsius facta sunt, in Beritho ciuitate, quinto Idus Nouembris.

APud Cæsaream Cappadociæ vrbem permaximam, conuenientes de singulis vrbibus Asiæ, sanctissimi præsules, pro stabilimento sanctæ Ecclesiæ inierunt consilium. Siquidē apud eos de cruore lateris domini nostri Iesu Christi non exiguus error exortus esse videbatur. Qua ex re, vt præfati sumus, in iam dicta vrbe maximus congregatus est sanctorum episcoporum conuentus, vt ex

hoc errore in vnum tractare deberent, Sed dum cuncti ex more in sanctam Ecclesiam ad residendum se contulissent, Petrus beatissimus Nicomediæ vrbis antistes, in medio eorum consurgens, ita ad vniuersos exorsus est loqui: Si placet, inquit, vestræ sanctitati, o sanctissimi patres, libellum vnum Athanasij Alexandrinæ vrbis magni episcopi, me vobis referre delectat. Sancta synodus respondit: Placet plane, & vt legatur, optamus. Ad hæc ille libellum in medio protulit, & materiam ipsius tituli taliter aggressus est legendo.

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, de passione imaginis domini nostri Iesu Christi, qualiter crucifixa est in Syria, in vrbe, quæ Berithus dicitur, temporibus Constantini senioris, & Hyrenæ vxoris eius.

## Liber I.

Dilectissimi itaque omnes filij sanctæ ecclesiæ, mentis vestræ oculos simul & aures erigite, & considerantes admiremini rem gestam, quam ad vestram scientiam transmittere cupimus. Cernite cuncti infinita Dei omnipotentis mirabilia, & eilaudes incessabiles reddite per secula. Contemplemini eius ineffabilem per cunctas generationes benignitatis magnitudinem, multis modis luce clariorem, super humanum genus resplenduisse semper. Considerate sublime dispensationis eius mysterium, & ideo ex nimia eius pietate permoti, adsumite planctum, lachrymásque amaras proferre mementote, ac singultibus super tale miraculum in nostra generatione patratum, quod penè omnibus seculis est mandatum. Deo quippe nihil impossibile, sed etiam nec aliquid est difficile. Nam super ea, quæ ipse modernis dignatus est patrare temporibus, omne cor obstupescit, audientium fugit visus, hebetatur auditus. Sicut enim in passione vnigeniti ipsius expauit cœlum, Dei cæca imago est reddita, radij quoque solis luce obtenebrati sunt, quin etiam terræmotus suo horrendo sonitu abyssi fundamenta valide exterruit, & mortuos plurimos, quos tenebat, eructauit viuificatos, ita & nunc secundo eadem signa pariter sunt innouata. Igitur audientes intelligite, intelligentes obstupescite, & ea quæ vobis intimare curamus, plena fide & aure intenta cordis percipite. Est autem huiusmodi series narrationis.

Caput

## Caput primum.

EST quædam ciuitas in Syria, inter terminos Tyri & Sidonis posita, Berithus vocata, Antiochiæ verò subdita. In hac vrbe innumerabilis multitudo erat Hebræorum, quamuis eodem tempore ciuitas metropolitana obtineret dignitatem. Accidit autem, vt iuxta synagogam Hebræorum quæ magna valde habebatur, quidam Christicola à quodam suscepisset cellulã, censumq; ei ex ea redderet. In qua dum ingressus esset ad habitandum, icona domini nostri Iesu Christi, quam apud se habebat, fixit in pariete contra lectuli sui faciem, quę etiam continebat in se integram domini staturam. Euoluto denique non paruo temporis spatio, iam prælibatus deicola perquirere studuit in alio loco eiusdem vrbis spatiosam domum ad habitandum. Quam quum reperisset, tollens cuncta quæ ad se pertinere videbantur, egressus est de cellula. Domini autem prouidentia id agente, Iesu Christi domini nostri iconam ibi neglectam reliquit. Hoc autem domini occulto peractum est consilio, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, vt ostẽderet cunctis se colẽtibus, suorum miraculorum virtutem ad increpationem impiorum, firmamentun quoq; suorum fidelium. Factum est autem post hæc, vt Hebræus quidam eandem cellulam susciperet ad habitandum. Quam ingressus, cum suis omnibus cœpit habitare in ea, minimè contemplatus locum illum, qui dominicam iconam apud se retinebat absconditam. Die verò quadam idem Hebræus de suis contubernalibus inuitauit vnum ad prandium. Epulantibus illis, eleuauit Hebræus qui inuitatus fuerat oculos, & vidit in interiori loco cellulæ eius iconam dominicam parieti conexam. Tunc vehementi furore exardescens, cœpit fremere dentibus aduersus eum, qui ipsum conuocauerat, dicens: Tu Hebræus cùm sis, quomodo apud te Iesu illius Nazareni iconam habes repositã? Conuitia quoq; & opprobria tanta aduersus dominum saluatorem emisit, quanta nec aures fidelium sufferre possunt, nec nos scriptis tradere præsumimus, ob iniuriam nostri redemptoris. Iudæus verò, qui illum maleuolum conuocauerat ad prandium, satisfacere illi cupiens, sacramentis terribilibus profitebatur se aliquando minimè, quam prædemonstrabat, vidisse iconam. Ad hæc qui inuitatus fuerat, siluit. Finito autem conuiuio, abscessit, & abijt ad summos sacerdotes & principes, & dixit eis: Notum vobis sit, quoniam Hebræus ille talis Iesu Nazareni iconam apud se retinet clanculo. At illi hæc audientes, dixerunt ad eum: Numquid possunt vera esse quæ adseris? non credimus, nisi demonstraueris. Ipse verò affirmabat, quia ego in domo eius eam demonstrare curabo. Hæc illi audientes, maximam iram deciderunt. Sed die illo, quia iam hora incumbebat vespertina, siluerunt. Mane verò facto, summi sacerdotes, principes, & maiores natu plebis Iudæorum, assumentes secum illum, qui eum accusauerat, ad domum ipsius velocius festinauerunt. Videntes autem vera esse, quę dicta fuerant, facto impetu cum eo, qui hæc testificauerat, irruerunt in eum, multisq; contumelijs, ac varijs cruciatibus affectum, extra synagogam semiuiuum proiecerunt.

## Capitulum secundum.

DEponentes aũt domini nostri Iesu Christi iconam in terra, dixerunt ad inuicem: Quoniam aures nostras tetigit non exigua opinio, quòd Iesum Nazarenum patres nostri diuersis modis illuserunt, ita & nos huic faciamus. Tunc cœperunt spuere in faciem imaginis domini saluatoris nostri, & percutiebant eum alapis, & inde dicentes: Quanta de Iesu Galilæo nostri genitores fecerunt, eadem & nos huic eius imagini faciamus. Innumerabilibus itaque illusionibus dominicam illuserunt iconam. Iterum dicunt,

in eius passione scriptum esse agnoscimus, & eius pedes ac manus in cruce confixæ sunt, nos verò quamuis moderniores tempore nil prætermittentes, addamus & hæc: Tunc crucifigentes iconam dominicam, clauos acutissimos adhibuerunt in manibus & pedibus illius imaginis. Post hæc permoti magis ac magis fellis amaritudine, dicunt inter se: Audiuimus quòd patres nostri Iesu Galilæo acetum & fel in potum cum spongia præbuerunt, hoc & huic faciamus. Quod & sic fecerunt, apponentes ad os sanctæ iconæ nostri redemptoris acetū cum felle mixtum. Nec sic itaque cordis sui malitiam refrenantes, iterum dicūt: Didicimus quòd nostri maiores coronam contextam de spinis capiti illius crucifixi circumponebant, post modum arundine percutiebant, insultantes ei, & nos igitur nequaquam postponentes, id ipsum faciamus. Cúmque coronam spineam capiti illius circumposuissent, accipientes arundinem, percutiebant caput imaginis illius, qui caput est omnium sanctorum. Ad extremum vero, quum insaniam suæ mentis tolerare non possent, dixerunt, sicut veraciter didicimus, patres nostri latus Iesu lancea aperuerunt. Nos verò ne aliquid minus fecisse videamur, & hoc ipsum adijciamus. Nullam ad hæc moram mediam fecerunt, & adferri lanceam iusserunt, & præceperunt cuidam Hebræo tollere eam, & valido ictu latus dextrum iconæ illius transfodere. Cumque tàm maximum facinus fuisset perpetratum, res mira & vehementer stupenda, nullóque vnquam seculo vnquam audita, ibi repente est effecta. Nam ipsius vulneris locus, aqua & sanguine illico cœpit decurrere. Et sicut in passione Dei filij saluatoris mundi olim contigit cœlum expauisse, ita nunc quoque pariter Deo præstante, eadem innouantur siue reparantur. Verè enim in hoc facto non solum elementa mundi concuti potuere, sed etiam virtutes supernæ tale facinus exhorruere. Tibi ergo Christe cum patre spiritúq; sancto sit gloria indeficiens. Quis enim est sicut tu domine, & quis est Deus faciens mirabilia signa, & terribilia, & obstupescenda in cœlo & in terra? O admirabilis mediator Dei & hominum, δμόκοσμε, mundi redemptor ac saluator, totius bonitatis & pietatis, fons & origo. O quantus es domine Iesu in humilitate, qui cùm esses Deus, morticinum nostræ carnis suscipiendo homo fieri dignatus es pro salute generis humani, quem impij & crudeles paulo minus ab angelis minoratum cernentes, horribili morte plectere non erubuerunt. O quàm magnus es noster saluator in patientia, qui in tempore tuæ traditionis, tuo proditori ad te venienti osculum præbere non renuisti, & seruo Malcho Apostoli gladio abscissam auriculam reintegrasti, quando ad passionis victimam velut ouis mansueta ducebaris. O quantus es in misericordia Christe, spes vnica mundi, qui quum in cruce teipsum hostiam Deo patri exhibuisses sanctam & immaculatam, pro tuis crucifixoribus veniam postulasti, dicendo ad patrem: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tunc quidem pro nostra salute incurvatus, in eadem carne quam ex virgine sancta & immaculata adsumpseras, mortem pertulisti crudelem. Et qui eras in substantia cum patre sanctóque spiritu vnus & impassibilis existens, & inuisibilis, condoluisti humanam perire naturam. Et ideo in hanc lachrymarum vallem descendens, pro nostris erratibus & piaculis, formam seruilem suscepisti, in qua te permisisti ab iniquis teneri, flagellari, ad vltimum verò crucifigi. Nunc autem in sancta imagine tua crucifigeris domine iterum ad confusionem impiorum omnium infidelium, & ad corroborationem omnium in te credentium. Et ideo tibi omnipotenti Deo vnà cum patre spiritúque sancto gloria sit, per cuncta seculorum secula, decus & fortitudo, virtus atq; victoria, Amen.

Capitu-

## Capitulum tertium.

A Vdite omnes ecclesiæ filij, cætera quæ postmodum facta sunt, ipsius enim mysterij fuit dispensatio. Postquam enim, vt superius dictum est, latus sanctæ imaginis illius lancea apertum est, continuo exiuit sanguis & aqua. Dixerunt autem principes sacerdotum, adferatur vas ad locum vulneris, & videamus exitum rei. Qui illico detulerunt hydriam, & ad locum vulneris, vnde sanguis & aqua decurrebant, statuerunt. Quæ absque vlla mora subito repleta est. Dixerunt autem ad inuicem: Quoniam susurrant Christum colentes, quòd signa & mirabilia multa inaudita fecerit in mundo, quæ nemo alius potuit agere: Accipiamus hunc sanguinem, & aquam hanc, & deferamus ad nostram synagogam, & congregemus vniuersos, qui se malè habent, & ex hoc perungamus eos, & si vera sunt ea, quæ de Christo dicuntur, continuo sanabuntur, sin alias, ostentui habeantur à nobis cuncta, quæ à suis sequacibus astruuntur de eo. Hæc dicentes, hydriam deferunt ad synagogam, æstimantes se Christo Iesu domino nostro æterni regis filio, maximam inferre posse iniuriam. Congregauerunt igitur quoscunque reperierunt languidos, & in conspectu cunctorum Hebræorum introducti in synagogam, inter quos quidem proiectæ ætatis erat homo, quem à natiuitate sua grauissima possederat corporis molestia, quæ Græca locutione παράλυσις, Latina verò dissolutio membrorum dicitur. Hic dum primùm ab eis fuisset perunctus, repentè de suo grabato, quasi ceruus exiliens, ad laudem filij Dei incolumis redditus, ad propria remeauit. Deinde adducentes cæcos nonnullos, loca eorum luminum perungere studuerunt. Qui ipsi statim in Iesu Christi nomine discussa cæcitate, post multos annos lumen amissum recipere meruerunt. Aegrotantes autem plurimi ad hoc spectaculum sunt adducti, manibus post terga reuinctis. Cumq; & illi fuissent perunctiB, mirabili Dei virtute vndiq; perfusi, sensu reintegrato pristino, ad propria dum reuertuntur sanissimi, laudes Dei omnipotentis filio Iesu Christo domino saluatori nostro persoluuntur ab omni populo. Tumultus autē exortus est magnus per totam eandem vrbem concurrentibus omnibus, propter innumerabilia quæ fiebant miracula. Et quicunq; variis languoribus infirmos possessos habebant apud se, illuc eos deducētes perungebant, & statim sanitatem quam desiderabant, consequebantur. Omnes autem ad quoscunq; peruenire potuit opinio, adferentes infirmos, quos habere poterant in domibus, paralyticos, cæcos, claudos, surdos, mutos, & leprosos siue aridos, deducebant eos ad synagogam Iudæorum, vbi hæc fiebant signa diuinitus. Sed quamuis maxima esset hæc eadem synagoga, neq; quam tamen recipere poterat superuenientium multitudinem. Infinitæ enim erant populorum cateruę, quę vndiq; illuc confluebāt propter innumerabilia miracula & prodigia, quæ pro sua nimia prolixitate ne fastidium generent, transgrediendo prætermittuntur. Omnes autem principes sacerdotum, & seniores, & omnis turba Iudæorum paruulorum ac maiorum, & mulierum, videntes quæ facta fuerant, crediderunt in dominum nostrum Iesum Christum, & dicebant: Gloria tibi sit æternæ Deus, & omnipotens pater, qui nobis indignis, quamuis sero, reuelasti vnicum filium tuum dominum nostrum Iesum Christum, quem vt Esaiæ vaticinium cecinit, virgo concepit, & virgo peperit, ac post partum virgo permansit. Gloria sit tibi Christe, quem patres nostri verum Deum & verum hominem, in cruce morte horribili afficere non metuerunt. Qui nunc etiam à nobis iterum passus es te in imagine tua crucifigi: Gloria sit tibi Christe fili Dei, qui tanta mirabilia nobis miseris demonstrasti. Te credimus, tu nobis esto propitius, & nos suscipere dignare, quia ex toto corde, & tota anima, atq; virtute ad te confugimus. Hæc & his similia clamantes,

tes dicebant, lachrymas autem amaras emittebant & singultus. C

## Capitulum quartum.

POstquam autem curati sunt cuncti, qui ęgritudine detinebantur, occurrit omnis multitudo Iudæorum ad domum sanctæ ecclesiæ, quæ in eadem vrbe erat, vbi metropolitanus. Cuius prouoluti vestigijs, se peccasse, se grauiter deliquisse, magnis vocibus fatebãtur. Qui cùm ab eis perquireret omnem rei gestę veritatem, sanctam iconam domini demonstrantes, annunciauerunt cuncta, quæ in ea exercuerant. Et qualiter ab ictu lanceæ, sanguis & aqua emanauit ex latere ipsius, necnon & de mirabilibus ab ea ostensis, illi retulerunt per ordinem. Ille verò interrogabat, qualiter icona ipsa ab eis fuisset reperta, & si ab aliquo eam excepissent. At illi retulerunt ei, q̃ quidam Christicola per obliuionem in cellula synagogę proxima dimisisset eandem iconam, dum se ad alium locum transferret hospitandi gratia. Qui statim iubetur inquiri, & repertus in præsentia domini metropolitani statuitur. Cumq; ab eo studiosissimè fuisset interrogatus, quomodo icona apud se deuenisset, vel à quo tãmirabiliter posita esset, respondit dicens, quòd Nicodemus qui ad Iesum nocte venerat, proprijs manibus eam composuisset, & moriens Gamalieli tradidisset. Gamaliel autem doctoris gentium Pauli διδάσκαλος, cùm diem sibi cerneret adesse extremum, Iacobo eam reliquit, & Iacobus Symeoni, & Symeõ Zachęo & sic per successores temporum in Hierosolyma perdurauit, vsq; quo subuersio illius vrbis patrata est quadragesimo & tertio anno post ascensionẽ dñi saluatoris ad cœlos. Sed biennium anteq̃ Titus & Vespasianus eandem subuerterent vrbem, admoniti sunt à spiritu sancto fideles atque discipuli Christi, vt relicta vrbe, ad regnum se transferrent Agrippæ regis, quia ipse tunc Agrippa Romanis fœderatus erat. Qui egressi ab vrbe, omnia quæ ad cultum nostræ religionis vel fidei pertinere videbantur, secum auferentes, in has regiones transtulerunt D se. Quo tempore etiam icona, cum cæteris rebus ecclesiasticis deportata, vsq; hodie in Syria permansit, quam ego ipse à parentibus ex hac luce migrantibus mihi traditam, iure hæreditario vsque nunc possedi. Hæc certa & manifesta ratio est de icona sancta domini saluatoris, qualiter de Syria in Iudęæ partes deuenit. Auditis his sermonibus reuerẽdissimus metropolitanus, valde hilaris redditus, conuersus ad populum Israeliticum, dicebat: Conuertere Israel ad dominum patrem vniuersorum viuentium, & adora nobiscum eius filium, per quem sunt omnia creata, & spiritum sanctum, qui est viuificator cunctorum viuentium, & illuminator nostrarum animarum. Festina debitum absoluere votum. Omnis autem turba stirpis Iudaicæ, clara voce cœpit cantare, & dicere: Vnus Deus pater, & ipse ingenitus. Vnus filius, & ipse vnigenitus Christus, quem patres nostri crucifixerunt, & nos ipsum agnouimus verum dominũ. Vnus spiritus sanctus, & ab vtroque procedens, per quem veraciter nos credimus esse saluandos. Hæc dicentes, prostrati genibus ipsius, veniam postulabant de suis consequi sceleribus, per baptismi remedium. Quos suscipiens beatus antistes cum suis clericis, per dies plurimos de disciplina erudiuit Christiana. Ad vltimum verò catechumenos factos, & triduano peracto ieiunio, ex aqua & spiritu sancto regenerauit eos.

## Capitulum quintum.

POstquàm verò baptismum consecuti sunt, rogabant enixius sanctum virum, vt synagogam suam ecclesiam consecraret in honore sancti Saluatoris mundi. Quorum petitionem minimè aspernatus, synagogam illorum, quæ maior esse videbatur, in nomine vnigeniti Dei filij redemptoris mundi, consecrauit. Extunc itaque per diuersas orbis terræ nationes & prouincias

A prouincias mos inoleuit, vt basilicas plurimas vel oratoria, pontifices Christianæ legis in honore sancti saluatoris mundi condere & dedicare non desinant. Nam antea antiquiores nostri, vel maiores, hoc peragere minimè præsumpserunt. Sed ad narrationis nostræ ordinem reflectamus articulum. Rogauerunt autem metropolitani præfatum virum, vt cæteras synagogas eorum in honore quorundam beatorum martyrum consecrando reconciliaret. Itaque & huic petitioni libenter animum accommodauit, & quæ illi suggesserunt, Dei iuuamine fretus, cuncta expleuit deuotus. Factum est gaudium magnum in ciuitate illa, non solum de sanitate corporum, quæ emanauerat maxima, sed & de tantis animabus, quæ ab interitu satanæ ad vitam æternam fuerant reuocatæ.

Capitulum sextum.

VEnerabilis verò & summus antistes, die noctuq; varijs fluctuabat cogitationibus de hydria, quæ dominicum intra se retinebat cruorem. Valde hæsitans quid de ea oportunum fuisset peragere. Tandem autem salubri reperto consilio, omnium ecclesiarum, quæ per orbem terræ, longè lateq; consistebant, inæstimabile atque profuturum prouidit consolationis remedium. Denique ampullas præcepit fieri vitreas, in quibus portiones. misit singulas de sanguine & aqua, quę de imagine domini saluatoris nostri decurrerant, quas etiam per Asiam, Africam, Europam, per suos nuncios dirigēs, cuncta quæ apud vrbem iam dictam suo tempore contigerant, deuenisse suis scriptis vel eloquijs manifestissimè vniuersis sanctę Ecclesiæ filijs viriliter declarauit. Hoc insuper ab eis efflagitans, vt per annos singulos in mense Nouembri, qui apud Hebræos est nonus, apud nos verò mensis vndecimus, nono die ipsius mensis, id est, quinto idus Nouembris, non minori reuerentia, quàm natalis domini vel paschalis, ista dies præcipua obseruatione colatur.

B Capitulum septimum.

HAec est vera & vehementer credula ratio de cruore lateris domini nostri saluatoris, qui profluxit de sancta imagine ipsius, quæ crucifixa est in Syria, in Beritho ciuitate. Hic est etiam sanguis ille dominicus, qui apud plerosque repertus esse dicitur. Nec esse aliter æstimandum est à verè catholicis, præterid quod scribitur à nobis, quasi ex carne & sanguine Christi aliquid possit in mundo inueniri, nisi illud, quod in ara altaris per manus sacerdotum, quotidie spiritaliter efficitur. Hæc ergo sciens, amantissimi patres & fratres, acceleraui declarare, vobis ad ædificationem animarum vestrarum, ad incrementum vestræ fidei, vt & in hoc scire valeatis, quãta sit virtus & pietas dñi saluatoris nostri Iesu Christi. Idcirco in fide fortes estote, & congaudete sup magna & obstupescēda eius miracula, quæ in nostra generatiõe à Deo sunt patrata. Et date illi gloriam cum lætitia gaudentes, & cum nimia cordis compunctione ius maiestati immensas gratias agite, eo quòd fidei suæ, & scientiæ dignos nos fecit esse. Ipsi Christo Iesu saluatori nostro cum patre sanctóque spiritu gloria sit honórque, laus etiam perennis. Qui sempiternum atque indiuisum absque initio & fine obtinet imperium, Amen.

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, de virginitate, siue de exercitatione.

PRimus sermo salutis, factus est ad virginem. Primum omnium credere in vnum Deum, patrem omnipotentem, visibilium pariter & inuisibilium conditorem, & in vnicum eius filium Iesum Christum, qui est ex substantia patris, eidem æqualis per omnia, qui erat ante secula: & in spiritum sanctum, qui est in patre ac filio, qui à patre mittitur, ac per filium datur. Pater, & filius, & spiritus sanctus, tres personæ, vna deitas, vna potestas, vnum baptisma. Siquidem ipse Deus noster, qui est pater vniuersorũ, sex diebus fecit cœlum ac terrã, mare, & omnia quæ in his sunt. Ipse enim exornauit cœlum sole & luna, stellisq; pulcherrimis: similiter & terram decenter fundauit, super aquas, exornans eam plantis & arboribus omnijugijs, huiusque iussu manant amnes melliflui, fontiumque perennes scatebræ prosiliunt, præcepitque terræ & produxit carnem, ac genuit omnes bestias terræ, iuxta suum quodque genus. Mandauit aquis, & produxerunt pisces, fecitque cete grandia. Omnium autem postremum condidit hominem, cui tradidit omnia in famulatum. Dixit enim Deus filio suo: Faciamus hominem iuxta imaginem, iuxtaq; similitudinem nostram. Et formauit dominus Deus hominem sumpto luto de terra, & collocauit eum in paradiso deliciarum. Immisit autem Deus Adæ stuporem ac soporauit, sumptaque vna de costis eius, impleuit carnem pro ea, & ædificauit costam, quam sumpserat, in mulierem, & adduxit illam ad Adam, dixitq; Adam: Hæc nunc caro de carne mea, & os de ossibus meis. Hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Propter hoc relinquet homo patrem suum ac matrem, & adglutinabitur vxori suę, & erunt duo in carnem vnam. Audi ancilla Christi, audiant oẽs quicunq; volunt salui fieri, & auribus excipiant verba oris mei, suscipiantq; aures tuæ verba diuino afflatu prodita. Mysterium em̃, inquit, hoc magnum est, quemadmodũ ait beatus Paulus, qm̃ cùm adhæret vir vxori, vnum corpus sunt ambo, ita rursus, qs quis vir aut quæcunq; mulier adhæret domino, vnus spiritus est. Etenim si qui mundo adglutinantur, relinquunt patrem ac matrem, & adiunguntur hominibus mortalibus: quanto magis virgo continens debet omnia terrena relinquere, soliq; domino adglutinari. His quæ dico, ipse etiam Apostolus attestatur, dicens: Mulier innupta, solicita est de his, quæ sunt domini, vt sit sancta corpore & spiritu: quæ verò nupta est, solicita est de his, quæ sunt huius mundi, quomodo placeat viro, & diuisa est. Hoc igitur dico, quòd omnis virgo viduáve continens, si habuerit solicitudinem in hoc mundo, ipsa cura maritus eius est. Quòd si possessiões, si facultates habeat, ipsa solicitudo polluit illius mentẽ. Quemadmodum enim per maritum corpus polluitur, sic & affectiones mundanæ, animam simul & corpus continentis polluunt, nec iam est sancta corpore ac spiritu. Cæterùm eius quæ curat opus Dei, sponsus est ipse Christus. Quæ em̃ viro mortali desponsa est, quod vult vir ipsius, facit. Sic enim dictum est, quòd vxor sui corporis potestatem non habet, sed vir. Ac rursum: Quemadmodum Ecclesia subdita est domino, sic & vxores maritis in omnibus. Ex rebus enim mundanis si velimus, res cœlestes intelligere licet. Porrò, quę cœlesti sponso iuncta est, facit quod vult sponsus ipsius. Hæc est aũt voluntas Christi, vt quisquis ipsi adhęret, ne quid

C

D

Vt conne ctit

Virgo Christo nupta

Dico

καλὰς

A ne q̃d oĩno huius ſeculi ſecũ adferat, neq; terrenarũ rerũ cura teneat, ſed deſo la crucifixi cruce glorietur, eamq; baiulet, eius curã ac ſolicitudinẽ gerat noctu pariter atq; inter diu, vtq; inceſſanter laudẽ & gloriã ipſius & hymnis celebret, vtq; mentis oculũ habeat illuminatũ, quo videat quę ſit voluntas ipſius, eamq; perficiat, vt ſimplex habeat cor, vt animũ purum, vt ſit miſericors, vt quemadmodum ille miſericors eſt & miſerator, ſic & hic illum ſequens mitis ſit ac quietus, tolerans malorum, neq; cuiq̃ malum pro malo reddat, multas ſuſtinens cõtumelias, quemadmodũ ipſe à ludæis affectus eſt contumelijs, plagaſq; perpeſſus eſt, & ſuſtinuit cruciatus. Nã ipſe hęc pertulit. Cùm enim alapa percuſſus eſſet à ſeruo pontificis, nihil fecit, tantũ dixit: Si malè locutus ſum, perhibe teſtimoniũ de malo, ſi verò bene, quare me cædis? Qui terræ præceperat, vt Dathan & Abiron viuos deuoraret, poterat efficere, vt & hunc qui manum extenderat verberaratq; conditorem ſuum, viuum abſorberet, ſed pertulit, nobis exemplum relinquens, vt nos ipſius ſequamur veſtigia. Tu porrò homo, non ſuſtines à cognato tibi homine affici contumelia? imitare dñm tuum. Etenim ſi ille, cùm eſſet Deus, tua cauſa ſuſtinuit ab homine peccatore, cædi alapa, tu indignaris, q̃ homo tui ſimilis in te dixit conuitium, ac moliris in illum talionem? O miram demẽtiam, ô inſignem incogitantiam. Propter hoc & nobis vitio parata eſt, & ipſi nobis ignẽ ac cẽdimus, q̃ cùm ſimus ratione prędíti, rõne carentibus animantibus noſipſos ſimiles reddamus. Vehemẽter humilis venit in hunc mundũ, & cùm eſſet diues, propter nos egenus factus eſt, vt nos illius inopia diteſceremus, & cùm eſſet Deus, propter nos hõ factus eſt, ac natus eſt ex deipara Maria, vt nos eriperet è poteſtate diaboli. Vnde nos ſeruare cupiens, facit ſeipſum ſtultum in hoc mundo, vt apud Deum habeatur ſapiens. Homines enim, eos qui dare callent & accipere, emere ac vendere, tractare ſuffurarique res proximi, vſurpare aliena, fœnerari, atque ex vno obolo facere duos, prudentes appellant. Deus autem illos fatuos, imprudentes & peccatores vocat. Audi ſiquidem quid ipſe Deus per Hieremiam Prophetam loquitur: Populus hic, filij imprudentes ſunt, vt faciant mala, bonum autem facere neſciunt. Item beatus Paulus: Sapientia mundi huius, ſtultitia eſt apud Deum. Rurſus: Qui vult fieri ſapiens, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Iterum dicit idem: Fratres nolite fieri pueri ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Deus enim vult vos ad res terrenas ſtultos eſſe, ſed ad cœleſtes prudentes. Nam aduerſarius noſter diabolus malitia ſapiens eſt, & nos oportet ſapienter inuadere, quo vincamus illius inſidias, quas malis artibus in nos ſtruit. Loquitur enim & Saluator in Euangelijs: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Verùm, qui ſapiens apud eum vocatur, hic eſt qui ſapiens eſt ad explendam Dei voluntatem, & ad ſeruanda illius mandata. Magnum ſalutis remedium eſt, animus modeſtus ac ſubmiſſus. Etenim Satanas non obſcortationem, aut ob adulteria aut furtum deiectus eſt è cœlis, ſed ob ſuperbiam ipſius deiecit eum Deus ad inferiores partes abyſſi. Sic enim dicebat: Aſcendam & ponam ſedem meam in conſpectu Dei, & ero ſimilis altiſſimo, ac propter hunc ſermonem deiectus eſt, factáque eſt illius hæreditas ignis æternus. Itaque ſuperbia in diabolo eſt, modeſtia in Chriſto. Nam ipſe dominus dicit: Qui vult inter vos eſſe magnus, ſit omnium ſeruus, Deus enim humilium eſt. Diligamus vehementer ieiunium, magna cuſtodia eſt ieiunium, & deprecatio atque eleemoſyna. Liberant enim hominem à morte. Siquidem quemadmodum propter cibum & inobedientiam eiectus eſt Adam è paradiſo, ſic rurſus per ieiunium & obedientiam qui vult ingreditur paradiſum. Hac virtute orna corpus tuum ô virgo, & placebis cœleſti ſponſo. Etenim quæ mundo ſeſe applicant, & vnguentis, odoribus, aromatibus, precioſiſq; veſtibus, auroq;

Virgo Chriſti qualis.

B Prudentia vera.

Modeſtia.

Ieiunium.

auroq; corpora sua exornant, vt placeant hominibus, Deo placere non possint. C
Christus autẽ nihil horum petit abs te, sed tantummodo cor purum, & corpus
immaculatum, ieiunioq; castigatum. Quod si qui venerint dixerintq; tibi, ne ie-
iuna frequenter, alioqui redderis imbecillior, ne credas illis neque auscultaueris
eis, nam diabolus illos subornauit. Memento q; scriptum est, cùm tres pueri ac
Daniel captiui tenerentur à Nabuchodonosor rege Babylonis, alijq; pueri cũ il-
lis, rexq; illis præcepisset, vt ederent de mensa ipsius, biberentq; de vino ipsius,
Daniel ac tres pueri nolebant vesci de mensa regis, sed dicunt eunucho, qui eos
curandos susceperat: Da nobis de leguminibus terræ, & comedemus: ait q; illis
eunuchus: Metuo regẽ qui præscripsit vobis cibũ & potũ, ne quãdo visæ fuerint
facies vestrę tristes in oculis regis, præter alios pueros vescẽtes de mensa regis, et
condẽnet me. Dixerũ ita ũt illi: Tenta famulos tuos dies fermè decẽ ac da nobis
deditq; illis legumina in cibũ, & aquã ad bibendũ, & adduxit eos in conspectu re
gis, & visæ sunt facies illorum insignes supra pueros alios vescentes de mensa re
gis. Vide quid facit ieiuniũ, & morbos sanat, & pituitam corporis exiccat, & dę-
mones ejicit, & cogitationes pravas excutit, & meniẽ reddit splendidiorem, &
cor purum & corpus sanctificatum, & throno Dei cõmendat hominem. Ac ne
putes hęc temerè dici, habes testimoniũ in euangelijs, quid à seruatore dicitur?
Interrogauerãt eum discipuli ipsius, dicentes: Domine, ostende nobis, quomo-
do immundi spiritus pellantur. Dixit aũt dominus: Hoc genus non ejicitur, nisi
precatione & ieiunio. Quisquis igitur ab immundo spiritu turbatur, si cogita-
uerit vsusq; fuerit hoc pharmaco, nimirũ ieiunio, protinus spiritus malus in an-
gustiam redactus discedit, territus ieiunio. Nam prorsus gaudent dęmones cra
pula & ebrietate, corporisq; requie. Magnam vim habet ieiunium, magnaq; per
illud fiunt benefacta. Nam vnde & homines ingentia perfecerunt miracula, vn-
de per eos signa fiunt, vnde sanationes ęgrotantibus per hos donat Deus, nisi o- D
mnino per exercitationẽ & macerationem corporis, perq; modestiam animi, per
bonã vitę moderationẽ? ieiuniũ enim angelorum vita est, qui illo vtitur, in angelo
rum ordine est. Ac ne putes dilecta, q; res vulgaris sit ieiuniũ. Non enim qui tantũ
ab edulijs ieiunat, illæ præstat virtutẽ, sed qui abstinet ab omni malo opere, huic
impuratur ieiunium. Etenim si ieiunes, nec serues os tuum ne loquatur sermonẽ
prauum, aut iracundiam, aut mendacium, aut periurium, aut si loquaris contra
proximum tuum, si hæc, inquam, prodierint ex ore ieiunãtis, nihil profecit, ve-
rumetiam totum laborem suum perdidit. Tu igitur ancilla Christi, & omnes
quotquot volunt consequi salutem, si ieiunaueris, purifica teipsam ab omni aua
ritia. Nam qui diligit pecuniã, non potest Deum diligere: radix enim omnium
malorum est auaritia. Inanem gloriæ cupiditatem & arrogantiam vehementer
fuge. Si tibi suggesserit cogitatio q; facta es magna pulchraq;, quodq; profeceris
virtute, ne credideris illi: inimicus enim est, qui obstat, quiq; inanem gloriæ cupi
ditatem submittit. Ne sustineas igitur cogitationem subeũtem animum tuum.
Quòd si tibi suggesserit cogitatio, dicens: Noli laborare adeò molestè, poteris
fieri salua, ne audias illam, inimicus enim est, qui suggerit remissionem ac negli-
gentiam, quo dejiciat à tuo probo vitæ instituto. Multæ sunt enim artes, quibus
hostis vtitur aduersus seruos Dei. Suggerit enim hominibus, vt illis subeant co
gitationes ad efferendum cor ipsorum. Tu verò ne recipito laudem hominum.
Quòd si quis tibi dixerit, beatus es, dic illi, si exiuero ex hoc corpore rectè per-
acta vita, tunc beatus fiam, nunc autem non credo mihi ipsi, quòd sim beatus.
Siquidem homines veluti ventus, sic mutãtur. Frequenter autem suggerit tibi,
vt contemnas vescentes, ne credideris illi, alienus enim est, sed omnium minimũ
teipsam æstimato, vt multos præcedas in regno cœlorum, atq; apud Deum sub-

limis

Ieiunũ nõ a cibo tan tum

Pecuniæ coacẽptus

Gloria

Tentationes variæ.

A limis fias. Suggerit aũt inimicus etiam magnã exercitationem, vt corpus imbecille & inutile reddas. Tu verò in ieiunio perseuerato, ieiuna totum annũ, etiam si nulla cogat necessitas. Hora verò nona diei, cùm iam in hymnis & precibus perseueraueris, sume panes tuos cum oleribus conspersis oleo, omnia pura quę cunq; carent anima. Tu verò virgo, ne quis cognoscat exercitationem tuam, ne ex proprijs quidẽ tuis cognatis, sed si quid facis, in occulto facito, & pater tuus cœlestis qui videt in occulto, reddet tibi in aperto. Quòd si manifestaueris vitam tuam, nalcitur tibi vana gloria, damnoq; afficit: quòd si quam inueneris animam concordem laborantem Deo, quemadmodum & tu facis, huic soli patefacito se cretum. Illic non est inanis gloria, dixisti enim, vt seruetur anima. Multam mercedem accipies, si per te seruata fuerit anima. His, qui audiendi cupidi sunt, loquere ea quæ conducunt; si non audiuerint nec fecerint, ne quid loquaris. Dicit enim Deus: Nolite sancta dare canibus, neque proijciatis margaritas vestras ante porcos. Canes enim ac porcos appellat Deus eos, qui infamem agunt vitã. Nam margaritæ sunt preciosa Dei eloquia, quæ solis dignis dantur. O beata anima, quæ audiuerit hos sermones scriptos in libro hoc, & quæ fecerit eos, testificor omni homini audienti verba hæc & facienti, quòd nomen eius scribetur in libro vitæ, & in tertio ordine angelorum inuenietur. Si oras aut psallis, aut legis, sola sedeto, ne quis audiat nisi tu sola. Aut nisi habueris concordem vnam aut duas virgines, dicit enim Christus, vbi duo aut tres sunt congregati propter nomen meum, illic sum in medio illorum. Depone muliebrem affectum, & sume fiduciam fortitudinémque. Nam in regno cœlorum non est masculus & fœmina, sed & omnes mulieres quæ strenuè se gesserunt, virorum ordinẽ sortiuntur. Obliuiscere iuuenilis ornamẽtorum, vt accipias honorẽ illius pulchrę viduæ: ait eñ sic Paulus: Honora viduas quæ veræ viduæ sunt: quæ verò vera vidua est ac desolata, spem habet in Deo, & perseuerat in precationibus & obsecrationibus nocte ac die: quæ viuit in delicijs, viuens mortua est. Vidua eligatur non minor annis sexaginta, quæ fuerit vnius viri vxor, si filios educauit, si hospites excepit, si sanctorum pedes lauit, si afflictis subministrauit, si in omni opere bono fuit assidua: iuniores autem viduas reijce. Quum enim lasciuierint aduersus CHRISTVM, nubere volunt, habentes condemnationem, quod priorem fidem irritam fecerunt. Tu verò si non facis quæ habent speciem iuuenilem, non audis iuuencula, verumetiam anus appellaris, próque anu honoraris. Substantia vestium tuarum ne sit preciosa, pallium tuum nigrum, non tinctura tinctum, sed natiuo proprioq; colore, aut ad concharum speciem accedens. Tum maphorium crassum eiusdem coloris, ac manicæ laneæ, quæ tegant brachia, vsque ad manuum digitos. Capitis pilos habeto circuntunsos, deinde vitta lanea caput obcingat, ad hæc cucullus & humerale crassum. Quòd si occurras homini, tecta facie esto, in humum defixis oculis, nec attollas faciem tuam aduersus hominem, sed Deo tantum exhibeas tuo. Cùm stabis ad orandum, sint pedes tui tecti calceis. Nam hic amictus decet sacris vacantem. Ne nuderis, sed noctu pariter & interdiu vestis tua tegat corpus tuum nudum. Ne qua mulier videat corpus tuum, nisi summa cogat necessitas, imò ne ipsa quidem scias te nudatam corpore. Postea quàm enim Deo consentiam professa es, corpus tuum sanctificatum est, templúmque Dei factum. Non conuenit autem, vt Dei templum à quoquam nudetur. Prospera valetudine non ibis ad balnea, nisi summa vrgeat necessitas. Nec corpus tuum totum immerges aquæ, quoniã sacra es domino Deo, nec vlla re mundana contaminabis carnem tuam, sed solam faciem lauato, solásque manus ac pedes. Cùm faciem laueris, non lauabis ambabus manibus, neque defricabis genas vultus tui, nec

Cibus

Sermo

Precatio

Virago

B

Cultus

Cultus ἰδιόχροος

Balnea

tui, nec adhibebis herbam, neq; nitrum, neque quicquam his assimile. Nam hęc faciunt mundo deditæ, sed aqua pura lauato. Non inunges corpus tuũ vnguento precioso, nec adhibebis vestibus tuis aromata precioſa. Quòd si corpus tuum fuerit imbecillius, vtere modico vino propter stomachum. Si verò, quod Deus auertat, inciderís in afflictionem, tu ipsius curam habeto, ne des ansam hominibus, vt dicant tibi hanc afflictionem accidisse ex duritia vitæ. Verùm priusquã te quisquam admoneat, prospicias tibi, donec conualueris, ac rursus ad eandem redeas regulam. Per omne vitæ tempus in ieiunijs, precibus & eleemosynis perseuerato. Beatus qui auscultat his nocte ac die. Ne recedat sermo Dei ab ore tuo. Sit autem semper opus tuum, scripturarum meditatio. Habeto psalterium, ac psalmos edisce. Sol exoriens videat librum in manu tua. Post tertiam horam, peragito communionem, quoniam hac hora adductum est lignum crucis. Sexta hora celebrato preces cum psalmis, opplorationibus & obiecrationibus, quoniam hac hora filius Dei sublatus est in cruce. Hora nona rursus esto in hymnis & laudibus Dei cum lachrymis confitens peccata tua, Deo supplica, quoniam hac hora dominus in cruce pendens, reddidit spiritum. Post communionem autem horæ nonæ, comede panem tuum, gratias agens Deo super mensam tuam hunc in modum: Benedictus Deus, qui alis meà iuuentute mea, qui das alimoniam omni carni, imple gaudio & lætitia cor meum, vt semper omnem habentes sufficiẽtiam, abundemus in omne opus bonum in Christo Iesu domino nostro, cum quo tibi gloria & honor & imperium vnà cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen. Cumq; accumbens mensæ cœperis frangere panem, primùm tersignato, deinde gratias agens, dicito: Gratias agimus tibi pater noster pro sancta resurrectione, per Iesum enim filium tuum, notam nobis eam fecisti, & quemadmodum hic panis erat super mensam distributus, & congregatis factus est vnum, sic tua congregetur ecclesia, à finibus terræ in regnum tuum, quoniam tua est potentia & gloria in secula seculorum, Amen. Quòd si tecum adfuerint, duæ trés ve virgines, gratias agant super panem appositum, simulq; conuiuẽtur. Porrò, si reperiatur in mensa catechumina, ne conuiuetur cum fidelibus, neque discumbas ad edendum panem cum illa. Rursum non discumbes ad edendum panem tuum cum mulieribus solutioribus & scurrilibus, nisi compellat nec essi tas. Tu enim sacra es domino Deo, tuusq; cibus ac potus sanctificatus est, nã precibus sacrisq; verbis sanctificatur. Virgines piæ, Deoq; deditæ, tecum capiant cibum. Non cœnabis cum mulieribus superbis, neque tibi concilia bis amicitiam cum muliere satuosa. Ait enim diuina scriptura: Qui tãgit picem, inquinabitur, & qui commercium habuerit cum superbo, similis illi reddetur. Cùm mulier diues accumbit ad mensam tuam, si víderis interea mulierem pauperem, inuitam illam ad edendum, nec erubescas ob diuitis præsentiam. Noli diligere gloriam apud homines magis q̃ gloriam apud Deum. Deus enim pauperum pro nihilo habitorum, Deus est. Felix anima quæ seruat hæc. Non est bonum adolescentulam habere consuetudinem cum puellis. Alioqui nihil faciunt boni, vtraq; enim alterius monitis non auscultat, vtraq; alteram contemnit. Sed bonum est, vt adolescentula sit sub anu. Neq; enim anus obsecundat adolescentulæ. Væ virgini, quæ non est sub regula. Est enim veluti nauis non habens gubernatorem. Etenim cum fractis gubernaculis non habeat viæ ductorem, iactatur fluctibus huc & huc, donec impingat in saxum, moxq; deperit, sic est omnis virgo non habẽs quem vereatur. Beata virgo quæ fuerit sub regula. Erit enim veluti frugifera vitis in paradiso. Siquidem veniens agricola illius perpurgat palmites, irrigátque reuellens malas herbas in circuitu eius. Illa verò habens Deum cultorem, reddit precioſum fructum suum in tempore oportuno. Obserua verò inter edendum ac bi-

Vnctio

Lectio

Eucharistia

Vespertina, nã videtur olim id solere fieri. Eadẽ sunt apud Chrysostomum

Panis sacer.

Cõuictus.

Regula

A ac bibendum, vt glorifices Deum hymnis, qui solent super mensam dici, & erit cibus ac potus tuus sanctificatus. Vbi verò surrexeris à mensa, rursus gratias agens, dicito ter: Misericors & miserator dominus, cibum dedit timentibus ipsum. Gloria patri & filio, & sancto spiritui. Postq; gloriam Deo dictam, rursus perfice precationem, sic dicens: Deus omnipotens ac dominus noster Iesus Christus, nomen quod est supra omne nomen, gratias agimus tibi, ac laudamus te, q̃ nos tuorum bonorum fecisti participes, videlicet corporalium alimentorum, rogamus & obsecramus te domine, vt & cœlestes nobis epulas largiaris; da nobis tremere ac reuereri adorandum ac preciosum nomen tuum, ne prætergrediamur præcepta tua, Legem tuam & iustitias tuas insere cordibus nostris. Sanctifica verò spiritum nostrum, animam nostram, & corpus nostrum per dilectum filium tuum Iesum Christum dominum nostrum, cum quo tibi gloria, honor & imperium in secula seculorum, Amen. Sunt enim quidam mundo dediti, qui carent intelligentia, brutorum animantium more pascuntur, mane surgentes quærunt quem circunueniant, quem opprimant, vt expleant fœdum ipsorum ventrem. Hi non norunt ad mensam glorificare Deum. De his loquutus est diuinus ille Paulus: Hi sunt inimici crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter, & gloria in pudendis eorum, qui terrena sapiunt. Nostra verò conuersatio in cœlis. Isti deteriores sunt & bestijs & iumentis. Siquidem iumenta feræq; norunt conditorem suum Deum, eumq; laudant. Homines verò q manibus illius conditi sunt, & ipsius imaginem gerunt, non norunt eum à quo sunt conditi, sed ore quidem confitentur illum, factis autem negant eum. Tu credis esse Deum, bene facis, & dæmones credunt & contremiscunt. Fides sine operibus mortua est. Quid proderit homini, si confiteatur esse Deum, cum suis malefactis abneget illum? Quomodo profitebitur se illum habere dominũ, B cùm illi non seruiat? Propter hoc enim dicitur dominus eius. Et seruí agnoscũt eos, à quibus empti sunt. Proinde nos quoque debemus honorare eum, nõ verbis tantum, sed & factis. Siquidem ipse dominus noster Iesus Christus in euangelio testatus est, dicens: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Et rursus: Non assumes nomen domini Dei tui in vanum. Rursum alibi præcepit nobis, dicens: Discedat ab iniquitate quisquis nominat nomen domini. Sed vis ne scire, quòd bestiæ & iumenta norunt Deum, ac laudant illum? Audi sanctum spiritum præcipientem illis in hymnis: Benedicite bestiæ & omnia pecora dominum, nisi benedicerẽt, nequaquam illis præciperet. Nec illa solum benedicunt, verumetiam omnis creatura visibilis & inuisibilis sine intermissione benedicit Deum. Et tu igitur famula Dei, siue surgis siue sedes, siue quid operis facis, siue edis, siue dormitura petis cubile, siue expergisceris, ne recedat laus Dei à labijs tuis. Beatæ aures quæ excipiunt hos sermones. Quòd si venerit hora duodecima, maiorem & crebriorem celebres communionem cum virginibus tuis quas habes vnanimes. Quòd si non habueris vnanimem, sola peragito Deo præsente & audiente. Bonum est effundere lachrymas in conspectu Dei. Memento horæ duodecimæ, quoniam in hac dominus noster descendit ad inferos, quumq; vidisset illum tartarus, inhorruit expauitq;, dicens: Quis est iste, qui cum potestate magnaq; virtute descendit? Quis est, qui portas inferorum ferreas contriuit, & vectes adamantinos confregit? Quis iste qui descendit è cœlis, & crucifixus est, & à me morte teneri non potuit? Quis est iste, qui soluit vincula eorum, qui tenebantur à me captiui? Quis est iste, qui sua morte me mortẽ destruit? Propterea debemus nobis cauere in hora illa, cumq; lachrymis noctu inuocare dominum. Magna enim virtus est lachryma, ingens benefactum, magnaq; peccata & iniquitates lachrymis abolẽtur. Testimonium

Gratiarũ actio.

Fides

Synaxis, hora duodecima q̃ nobis opinor est septima vespertina.

Lachrymarũ laus

C

præbet mihi sanctum Euangelium. Cùm enim seruator traditus esset Iudæis, tum Petrus illũ cum iureiurando ter abnegauit, priusq̃ cantaret gallus. Sed Christus conuersus intuitus est Petrum, & recordatus est Petrus verbi domini, quo modo dixisset ipsit Priusq̃ gallus cantet, abnegabis me ter. Et egressus foras, fleuit amarè. Vides remedium lachrymarum, vidisti qualem iniquitatem deleuerint. Quid enim hoc malo peius, q̃ ter cum iureiurando dñm abnegauit? & tam tam iniquitatem lachrymis deleuit. Vides quantã vim habeant lachrymæ. Nam illa scripta sunt ad nostrã correptionẽ, vt nos illa sequentes vitã æternã hęreditate possideamus. Nõ multi habẽt gratiã lachrymarũ, sed ij tantũ, qui mentẽ habent in cœlis, qui rerũ terrenarũ sunt oblíti, qui non faciunt prouidentiã carnis, qui ne norũt quidẽ an sit mundus, qui mortificarũt membra quæ sunt super terrã. His solis datus est luctus lachrymarum. Cùm eñ purã habeant mentẽ ac perspicaces cordis oculos, adhuc versantes in terris, vidẽt pœnas inferorũ, & cruciatus sempiternos, quibus puniuntur peccatores, vident ignẽ æternum, ac tenebras exteriores, vident fletum ac stridorẽ dentium. Simul aũt vident & cœlestia munera quæ Deus largitus est sanctis, vident glorias & coronas, stolasq̃ sanctas, vestesq̃ regias, ac lucida penetralia, & delicias inenarrabiles ac vitam sempiternam. Sed quid differo dicere, quod est omnium maximũ miraculũ? Quod quisquis habet purã mentem, ipsum etiam Deũ internis oculis contẽplatur. Quinõ igitur fiat, vt non velit flere lugereq̃ qui talia videat? Flet eñ ac plorat, vt liberetur ab illis acerbis supplicijs, rursus plorat obsecransq̃ postulat, vt cœlestibus illis bonis dignus habeatur. Eoq̃ sancti oderunt hunc mundũ, scientes qualium bonorũ hæreditatẽ sint habituri, itaq̃ qui requiem habet in hoc mundo, ne speret ęternam illam requiem. Regnum enim cœlorum, non est eorum, qui hic requiescũt, sed illorum qui in afflictione multa atque angustia peregerunt hanc vitam. Non enim acceperunt illud gratis, sed cum magnis laboribus, perpetuisq̃ sudoribus id sibi parauerunt, quos dignatus est Deus. Non est illis curę quantumcunq̃ hic laborauerint. Verùm si mulatq̃ illic ingressi fuerint, obliuiscuntur laborũ ac dolorum, quoscunq̃ passi sunt in hoc vano mundo, præ multa & inenarrabili refocillatione ipsis data. Quid ais homo? Ecce duæ viæ propositæ sunt in conspectu tuo, vita & mors, quocunq̃ volueris ito, & ecce ignis & aqua, quocunq̃ volueris

Arbitriũ. extende manum tuam, in te situm est an velis parare vitam, & in te situm est, an velis parare mortem. Mors igitur est mundus, vita autem est iustitia, procul igitur mundus abest à iustitia quantum mors abest à vita. Itaq̃ si ambulaueris in mundo, in morte ambulas, & extra Deum es iuxta diuinam scripturam. Sin in iustitia ambulaueris, in vita ambulasti, nec te tanget mors. Non est enim apud iustos mors, sed translatio. Transferuntur enim ex hoc mundo in æternam requiem. Et quemadmodum aliquis egreditur è carcere, sic & sancti egrediuntur ex hac misera vita, ad bona ipsius præparata, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ipsum. Peccatores autem pręterquàm quòd hic miserè affliguntur, etiam illic iterum ignis eos manet. Tales igitur oportet duplici nomine flere, & quod hic in angustia sunt, & q̃ illic amplitudinem non recipiunt. Propterea dicit diuina scriptura: Quocunq̃ se verterit impius perdetur, angusta enim illi sunt vndiq̃, & illic dolores, & hic afflictiones. Non est enim homo qui non laboret in misera vita, siue mendicus, siue diues, siue seruus, siue liber, siue peccator, siue iustus, omnes similiter laborant. Idemq̃ casus occurret omnibus, tum peccatori, tum iusto in hoc mundo. Illic vero non est eodem modo, sed alius atq̃ alius ordo: alius eñ labor iusti in hoc mundo, alius peccatoris. Nam iustus quidem laborat, non vt ventrem expleat, neq̃ omnino carnis curam habet, neq̃ cogitat se gestare carnem

στενοχωρία ψυχῶν

D

A nem, sed laborat noctu & interdiu quærens Deum. Sæpe nec somno, nec pane, nec aqua saturatur, nec explet animum, in desertis oberrans, subigens corpus in multa afflictione, donec assequatur coronam inenarrabilem ipsi repositam. Pec cator aũt laborat sudatq; non iustitiæ causa, sed ob miseram hanc carnem, ob fœ dam mulierem, alijs atq; alijs modis laborãs, nec contentus his quæ adsunt, in ma litia & inuidia vitam agens. Verùm nihil horum intelligunt isti vecordes, excæ cauit enim illos materia, multæq; mundi solicitudines, & in errorem ducũt, do nec mittatur aduersus ipsos ille seuerus carnifex, qui non miratur faciem, ac acci pit dona. Abducentur enim illorum animæ via ab angelis inclementibus, & fe rent sententiam suam à Deo. Nam cùm essent inanes, etiam inaniter laborarũt in hoc mundo, res terrenas operati sunt, eaq; propter in interitum abierunt. Nõ enim memores fuerunt Dei cùm essent in terra, neq; fuit illis curæ, recordari ti moris domini, propterea q; nec ipsi futuri sunt ei curæ. Iustus enim Deus, & iu stum iudicium eius. Cùm enim venerit iudicaturus mundum, tunc reddet vni cuiq; iuxta opera sua. Beatum cor quod accipit hæc. Media nocte surgito & lau dato dominum Deum tuũ. In hac enim hora surrexit dñs noster à mortuis. Et laudi bus celebra patrẽ, propter hoc in hac hora præcepit nobis laudare Deũ. Cũ aũt à somno surrexeris, cum primis hunc versiculum dicito. Media nocte surgebam ad confitendum tibi, ad iudicia iustificationis tuę. Et orans incipito dice re quinquagesimum psalmũ totũ donec perfeceris. Et hæc sint tibi singulis die bus præscripta. Hos aũt psalmos dicito quantum potes stans, ac post psalmũ pre catio genuum q; flexio addatur cum lachrymis, cõmemoresq; dño peccata tua, postulesq; vt remittantur tibi. Post tres aũt psalmos dic Alleluia. Quòd si etiam virgines fuerint tecum, & hę psallant, atq; alia post aliam precationem perficite. Diluculo verò hunc psalmum dicite: Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Siti-
B uit in te anima mea. Interspiratio verò sit. Benedicite omnia opera Deo, Gloria in excelsis Deo, & reliqua. Cæterùm dilectionem seruemus omnibus maiorem. Diliges dñm Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & proximũ tuum sicut teipsum. In his duobus præceptis tota lex ac Prophetæ pẽdent. Deus charitas est, & ipse prior dilexit hominẽ, ac seipsum tradidit pro nobis, vt nos li beraret ab iniquitate. Si igiẽ ipse dñs noster mortuus est pro nobis, nos quoq; de bem9 pro nobis inuicẽ animas nostras ponere. Deus charitas est, & q habet cha ritatẽ, Deũ habet. Ipse em̃ dixit: In hoc cognoscẽt oẽs, q mei discipuli estis, si dili gatis inuicẽ. Quantũcunq; laborarit homo, si non habuerit charitatẽ erga proxi mum, frustra laborauit. Sic aũt declarabis charitatem erga proximũ, nõ verbis tantũ, sed etiam factis. Non tenebis aliquam malitiam in corde tuo, alioqui non ascendet precatio tua pura. Non enim occidet sol super iracundiam vestrã. Man suetudinem habe, patientiam habe, animi lenitatem, placabilitatem. Dicit enim dñs: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut pueri, non intrabitis in regnũ cœ lorum. Ne te contristet, si quid molestiæ acciderit tibi, neq; damno contristeris, neq; iniuria. Nam huius mundi tristitia mortem operatur. Tantum pro pecca tis tuis contristeris, de leuioribus aũt negocijs ne contristeris. Ne exaltes vocem tuam, irascens erga quampiam. Famulam aũt dñi non oportet litigare. Non egre diatur execratio ex ore tuo, non contumelia, non maledictum, nam os tuũ san ctificatum est in laudem & gloriam Dei. Non est bonum te prodire absque ma gna necessitate. Silentium ama quantum potes. Ancillarum Dei ne obliuiscaris, neq; de leantur è corde tuo. Si sanctus venerit in domum tuam, sic illum excipe vt filium Dei. Dicit enim dominus noster Iesus Christus: Qui recipit vos, me re pit. Si ingrediatur vir iustus in domum tuam, cum metu & tremore occurres il li, & procumbes ad pedes illius in terra. Non enim illum adorabis, sed Deum

Nox media.

Confessio

Diluculũ

Charitas.

cõdonatio

Ira

Silentium

Hospitalitas

A

## D. CYRILLI ALEXANDRINI ARchiepiſcopi, de hac epiſtola Athanaſij ad Epictetum, teſtimonium, ex ſecunda epiſtola ad Succeſſum.

HOc quoq; neceſſarium iudicaui ſuperius memoratis apponere. Nam veniens ad nos vir venerabilis Paulus Emeſinç ciuitatis Epiſcopus, cum ſermo de vera & immaculata fide fuiſſet agitatus, ſciſcitatus eſt me, & valde ſtudioſe, ſi conſentirẽ ſcriptis bratæ recordationis Athanaſij patris noſtri, quæ ad Epictetum Corinthiorum direxit Epiſcopum. Ego vero reſpondi: Si hęc apud vos ſcripta non ſunt adulterata, ſi integra permanent, Nam plura ex his ab hoſtibus Eccleſiæ deprehenduntur eſſe deprauata, me eis omnibus præbere conſenſum. Ille autem ad hæc intulit, habere ſe præfatam Epiſtolam, ſed velle ſibi de noſtris exemplaribus ſatisfieri, vtrum deprauata ſit an non. Tunc ſumens exemplaria nimis antiqua, cum illis contuli, quę ferebat, eaq; adulterata omnino deprehẽdi. Vnde nos hortatus eſt, vt ex noſtris codicibus veraciſſima deſcribẽtes, Antiochenæ deſtinaremus Eccleſiæ. Quod etiam factum eſt.

# D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIni, ad Epictetum Epiſcopum Corinthiorum, Epiſtola.

EGo quidem putabam omne vaniloquium vniuerſorũ, qui vbiq; ſunt Hæreticorum ceſſaſſe, ex ea, quæ facta eſt in Nicæa, Synodo. Quæ enim in ea à patribus ſecundum ſanctas ſcripturas expoſita fides eſt, ſufficiens eſt ad omnem deſtructionem totius impietatis. Ad confirmationem autem pię in Chriſto fidei, & propter hoc, & nunc diuerſis factis Synodis tam in Gallia & Hiſpania, & in magna Roma, oẽs qui conuenerunt eos, qui adhuc latent, & ſentiunt eadem, quæ Arrius ſenſit, Auxentium dico Mediolanenſem, & Vrſatium, & Valentem, & Gaium de Pannonijs vnanimiter, vtpote ab vno ſpiritu moti, anathematizarũt, & ſcripſerunt vbiq; propter hos tales, qui Synodi ſibi nomen adſcripſerũt: neq; vllam in catholica eccleſia Synodum nominari, niſi ſolam, quæ in Nicæa facta eſt. Quæ eſt trophæum aduerſus omnes hæreſes, præcipuè erga Arrium, propter quem maximè tunc Synodus congregata eſt. Quomodo ergo poſt tãtam dubitare auſi ſunt, aut queri aliquanti conantur? Si ergo de Arrianis ſint, nihil mirum, ſi quæ contra ſe ſcripta ſunt, accuſant. Sicut & pagani, audiẽtes idola Gẽtium argentum & aurum, opera manuum hominum, ſtultam putarunt diuinæ crucis doctrinã. Eorũ verò, qui putant rectè credere, ſecundũ omnia quæ dicta ſunt à ſanctis patribus, qui propter inquiſitionẽ immutare volẽtes, nihil aliud faciunt, niſi ſecundũ quod ſcriptũ eſt, proximum quidẽ putant inſipientia: repugnant aũt ad nullam vtilitatẽ, ſed vt ſimplices tantũ euertant. Hęc ita ſcribo, lectis quę apud tuã ſanctitatẽ acta ſunt geſtis, quę nec ſcribi vtiq; debuerãt, vt nec aliqua memoria eorũ in poſterum fieret. Quis etẽ audiuit talia vnq;? aut quis docuit? aut qs didicit? Ex Sion eñ prodijt lex, & verbũ dñi ex Hieruſalẽ. Hęc aũt vnde proceſſerunt? quis infernus eructauit? ὁμόσιον dicere corpus ex Maria verbo deitatis, aut q̃d verbũ in carnẽ, & oſſa, & capillos, & oẽ corpus translatũ, & mutatũ eſt de propria natura. Quis aũt audiuit in eccleſia omnino à Chriſtia-

B

Auxẽtius. Gaius Pẽnonius Synodus Nicæna propter Arriũ

Eſaiæ.

nis, & figura, & non natura corpus indutus est Christus? Aut quis in tantã impie A
tatem delapsus est, vt dicat simulac sentiat, quòd deitas ipsa ὁμόσ. & patri circũ-
cisa est? & imperfecta ex perfecto facta est? & quod in ligno crucifixum est, nõ
fuerit corpus, sed ipsa creatrix substantiæ? Quis autem audiens non ex Maria,
sed ex propria substantia effecisse sibi corpus passibile verbum, aut qualem
Christianum existimet hæc dicentem? Quis autem hanc nefariam fecit impie-
tatem, vt in huiusmodi cogitationem veniret & diceret: Quoniam qui dicit ex
Maria esse dominicum corpus, non iam trinitatem, sed quaterniratem in deita-
te sentit. Propter eos qui sic sentiunt, vt substantiæ trinitatis dicãt carnem quam
indutus est ex Maria Saluator. Vnde autem quidam iterum eructarunt impie
Corpus Christi tẽporaneũ tatem similem suprædictis, & dicunt non nouellum esse corpus deitatis verbi,
sed consempiternum ipsi per omnia fuisse, quoniam ex substantia sapientiæ eõ
stitit. Quomodo autem & dubitare ausi sunt, qui dicuntur Christiani, siquidem
ex Maria processit dominus, filius quidem substantiæ, natura Dei est. Quòd au
tem secundum carnem, ex semine Dauid est, & carne sanctæ Mariæ. Quid au-
tem ita temerarij fuerunt, vt dicerent Christum carne passum & crucifixum,
non esse dominum & Saluatorem, & Deum filium patris? Vel quomodo Chri-
stiani volunt nominari, qui dicunt in hominem sanctum, sicut in vnum Pro-
phetarum, aduenisse verbum, & non ipsum hominem factum esse sumentem
carnem ex Maria? Sed alterum esse Christum, & alterum Dei verbũ ante Ma-
riam, & ante secula filium patris. Aut quomodo Christiani esse possunt, qui di-
cunt alium esse filium, & alium Dei verbum? Hæc fuerunt in gestis, diuersę qui
dem dicta, vnam autem mentem & eandem habentia impieratis ruinam. Pro-
pter hæc disputabant & contendebant inter se inuicem, qui gloriantur in confes
sione patrum, quę in Niceа facta est. Ego autem admiratus sum sanctam religio
nem tuam sic toleraſſe, & non corripi fuisse eos talia dicentes, nec fidem piam D
exposuisse eis, vt vel audientes quiescerent, vel contradicentes vt Hæretici æsti-
marentur. Quæ autem prædicta sunt, neq; dicta neq; audita sunt apud Christia
nos, sed aliena omnimodo apostolicæ doctrinę. Propterea igitur etiam ego, quę
ab illis dicta sunt, scripta per te in epistola, feci vt solum audiens, videas in ipsis
confessionem & impietatem. Quamuis oporteret pluribus accusare, & conuin-
cere stultitiam eorum, qui ista senserũt, sed melius est hucusq; esse epistolam, &
nihil amplius scribere: quę enim ita manifestè praua monstrantur, tractare diu
Manifeste vera non sunt accuratius confirmanda. tius & perscrutari non oportet, ne contendentibus tanq̃ dubia putẽrur. Sed hoc
solum respondisse ad hæc & dixisse sufficiat: quia non sunt ista catholicæ eccle-
siæ, nec patres ista senserunt. Ac ne in totum ex silentio occasionem impuden-
tem sibi malorum inuentores acquirant, bonum est vt ex diuinis scripturis pau
ca commemorem, forsitan vel sic erubescentes, quiescent à sordidis cogitationi
bus suis. Vnde vobis dicere, ô qui tales estis, consubstantiale esse corpus deitati
verbi: ex hoc enim bonum fuerit, inchoare, vt hoc fragili demonstrato, & eõia
Corpꝰ nõ esse cõsub stantiale verbo. alia talia demonstrentur. Ex diuinis ergo scripturis non potest inueniri, Deum
enim in humano corpore fuisse dicunt. Sed patres in Niceа congregati, nõ cor-
pus, sed ipsum filium dixerunt consubstantialem patri, & hunc quidem ex sub-
stantia patris: corpus autem ex Maria esse confessi sunt iterum secundũ scriptu-
ras. Si igitur negatis synodũ Nicænam, vt Heretici ista inducitis: aut si vultis filij
patrum esse, nolite sentire præter illa quę ipsi scripserunt. Et enim ex hoc iniqui
tatem vos videre licet, si consubstantiale sit verbum corpori, de terra habenti na
turam: consubstantiale autem verbum patri, secundum patrum confessionem,
ὁμόσιον erit & ipse pater corpori, quod ex terra factum est. Et quid accusaris ad-
huc Arrianos, dicentes filium esse creatum, cùm dicatis ipsi etiam patrem cõsub
stantia-

A stantialem creaturis: Et ad impietatem alteram transeuntes, dicitis in carnē, ossa, & capillos, & neruos, & in totum corpus conuersum verbum, & mutatum à sua natura. Aliquando enim dicitis euidenter, ex terra eum factum esse: ex terra enim os suum, & totius corporis natura est. Quæ igitur hæc tanta dementia, vt aduersum vos ipsos repugnantes, ὁμόσιον eūm dicentes verbum corpori, aliud aduersum aliud significatis. Quod autem in carnem conuersum dicitis, ipsius verbi mutationem fingitis. Et quis iam vos vltra toleret, si vel sola ista dicatis? nam ad impietatem supra omnes hæreses declinastis. Si eūm ὁμόσιον verbum corpori, superfluit Mariæ cōmemoratio, & non necessaria, cùm potuisset & ante Mariā sempiternum corpus existere, sicut est ipsum verbum. Si igitur secundum vos ὁμόσιον est corpori, quid necesse erat aduentus verbi: aut vt suum ὁμόσιον indueret, aut mutatum de propria natura corpus fieret: Non enim deitas se ipsa suscepit, vt etiam ὁμόσιον suum indueret, sed nec peccauit verbum, quòd aliorum peccata liberauit, vt mutatus in carnem semetipsum pro seipso offerret, & sacrificio seipsum liberaret. Sed non est ita, absit. Abrahę semen apprehendit, sicut dixit Apostolus: Vnde debuit fratribus similari, & simile nobis corpus adsumere. Propterea ergo necessaria verè Maria, vt ex ipsa hoc adsumeret, & vt suum pro nobis corpus offerret. Et hanc Esaias prophetizans ostendit, dicēs: Ecce virgo. Gabriel autem mittitur ad ipsam non transitoriè virginem, sed ad virginem desponsatam viro, vt sponso ostenderet Mariam verè hominem fuisse. Et partus meminit scriptura, & dicit: Involuit puerum. Et: Beata sunt vbera, quæ suxit. Et Oblatum est sacrificium, quoniam aperuit qui natus est vuluam. Hæc autem omnia parturientis virginis erant indicia. Et Gabriel certissimè euangelizauit ipsi, dicens non transitoriè, ꝙ nascetur, vt non deforis inductum ei corpus putaretur, sed ex te, vt ex ipsa naturaliter quod natum est, esse manifestè credatur, &

B hoc natura demonstrante: quia impossibile est virginem lac proferre: & impossibile est lacte nutriri corpus, & pannis inuolui non ante naturaliter natum. Hoc est, quòd circumcisum est octaua die. Hoc Simeon in manus suscepit. Hoc factum est infans, & creuit vsq; ad tredecim annos, & ad tricesimum annum venit. Neque enim sicut quidam arbitrati sunt, substantia ipsius verbi mutata circuncisa est, quæ erat immutabilis, & inconuertibilis, dicente quidem ipso saluatore. Videte, videte quia ego sum, & non sum mutatus. Paulo etiam scribente: Iesus Christus heri & hodie ipse, & in secula. Sed circuncisso corpore & portato, & manducanti & laboranti, & in ligno affixo & passo, erat impassibile incorporeum Dei verbum. Hoc erat in sepulchro positum, quando ipse perrexit prędicare his, qui in custodia erant, spiritibus, sicut Petrus ait: Quòd magis ostendit amentiam dicentium, verbum in carnem & ossa mutatum. Quòd si ita erat, non erat necessarium sepulchrum, ipsum enim perrexisset corpus prædicare in inferno spiritibus. Nunc autem ipse quidem perrexit prædicare, corpus verò inuolutum Ioseph posuit in Golgotha, & ostensum est omnibus: quia non corpus erat verbum, sed corpus erat verbi. Et hoc palpauit Thomas, postquàm resurrexisse vidit à mortuis, & vidit in eo fixuras clauorum, quas pertulit ipsum verbum in corpore suo dum crucifigeretur: aspiciens, & cum posset prohibere, non prohibuit. Sed etiam propria sua faciebat, quæ erant propria corporis tanquam sua. Verbum incorporale denique cæso corpore à ministro, sicut ipse patiens dicebat: Quid me cædis? ita impassibilis naturaliter dicebat: Dorsum meum dedi ad verbera, & faciem meam non auerti à confusione sputorum. Quæ enim humanitas patiebatur verbi, hæc inhabitans verbum ad se referebat, vt nos deitatis verbi participes esse possimus. Et erat admirabile, quia ipse erat patiens, & non patiens. Patiens quidem, quoniam proprium eius corpus patiebatur, & in ipso

Verbū nō esse vnius substantię cum corpore.

Esaiæ 7 Lucæ 1

Lucæ 2

Hebræ. 13

1. Petri 3

Ioannis 20

Ioannis 11

qui patiebatur erat non patiens: propterea quia natura Deus manens verbū est C
impassibile, & ipse quidem incorporalis erat in corpore passibili: corpus autem
habebat in se verbū impassibile destruens infirmitates ipsius corporis. Faciebat
1. Cor. 15 autem hoc, & fiebat ita, vt nostra ipse suscipiens & offerens in sacrificiū destrue-
ret, & suis iam nos operiens, faceret Apostolū dicere: Oportet corruptibile hoc
induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Absit autem
vt figuratè ista facta sint, sicut quidam iterū arbitrati sunt, sed vero homine fa-
cto Saluatore, totius hominis facta est salus. Si enim figuratè verbum erat in cor
pore secundum illos, quod autē figuratè dicitur, phantasia est, inueniretur ea opi
Manichæi nione & salus & resurrectio hominum dicta secundum impijssimum Manichę
um. Sed non per phantasiam est salus nostra, nec corporis sola, sed totius homi-
nis animæ & corporis verè salus facta est in ipso verbo, humanum verè naturali
ter ex Maria secundū diuinas scripturas est, & verum erat corpus saluatoris. Ve
rum aūt erat: quia simile erat nostro. Soror etenim nostra fuit Maria, quoniam
Luc. 24 omnes ex Adam sumus, & hoc nunq̄ aliquis dubitauit, recolēs, quia scripsit Lu-
cas: Postq̄ em̄ resurrexit ā mortuis, ę stimantibus quibusdā nō in corpore ex Ma
ria videri dominum, sed pro ipso spiritum videri, dicebat: Videte manus meas
& pedes, & vestigia clauorum: quia ego ipse sum, palpate & videte: quia spiritus
carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et hoc dicens, ostēdit eis ma
nus suas, & pedes. Ex quibus confutari possunt iterum, qui ausi sunt dicere, in car
nem & ossa mutatum esse dominum. Non enim dixit, sicut me videtis carnē es-
se & ossa: sed habere, vt nō ipsum verbum in hęc mutatum esse credatur, sed ipse
in his & ante mortem & post resurrectionē esse credatur. His ergo ita se haben
tibus rationem, superfluum est iam aliam tractare, & scrutari aliquid de ipsius
corpore, in quo erat verbum inconsubstantiale deitatis, & ex Maria verè proge
nito, & ipso verbo nequaquam in carnem mutato, sed in carnē facto. Quòd au- D
Verbū ver tem à Ioanne dictum est: Verbum caro factum est, hanc habet intelligentiam, si
nem factū, cut similitudine hoc poterit inueniri. Scriptum est enim à Paulo: Christus pro
quomodo nobis factus est maledictum. Et quemadmodum non hoc ipsum factus est ma
intelligat. ledictum, sed quia pro nobis adsumpsit maledictum, dictum est: maledictū fa-
ctus est. Sic & caro factum est, non mutatus in carnem, sed quia pro nobis car-
nem adsumpsit, & factus est homo. Quòd autem dixit: Verbum caro factū est,
simile est iterum dicere, homo factus est, secundum quod dictum est in Iohel:
Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Non enim vsq; ad animalia e-
rat promissio, sed in hominibus est, propter quos etiam dominus ipse homo fa
ctus est. Hoc autem dicto hanc habēte intelligentiam, profectò reprehendāt se
omnes, qui putarunt ante Mariam esse carnem, quæ ex ipsa est, & ante hanc ali-
quam habuisse animam humanam verbum, & in ipsa ante aduēt um semper fu-
isse. Desinant aūt & illi qui dixerunt, non esse capacem mortis carnem, sed eam
immortalis esse naturę. Si enim non est mortuus, quomodo Paulus tradidit Co
rinthijs, quod & ipse accepit: Et quia Christus mortuus est pro peccatis nostris
secundum scripturas, aut quomodo omnino resurrexit, si non est mortuus? Eru
Quaterni bescant autem maximè, qui omnino ista cogitarūt, posse fieri pro trinitate qua-
tatem non ternitatem, si dicatur ex Maria esse corpus: dicam enim consubstantialem. Si di-
nulli inue camus corpus verbo, manet trinitas, nihil extraneum in ipsa adferente ipso ver-
hunt. bo. Si verò humanum dicamus corpus necessariò existente extraneum secun-
dum substantiam corporis, & sit in ipso verbum, erit pro trinitate quaternitas,
propter corporis adiectionem. Hæc ita dicentes, non intelligunt, quemadmo-
dum in seipsos incidunt: nam & si non ex Maria dicunt corpus, sed consubstan-
tiale ipsi verbo, nihilo minus quod simularunt, ne fortè vt sapientes putentur se-

cundum

A cundum suum intellectum, ostendentur dicentes quaternitatem, sicut enim filius secundum patres ὁμόσιον est patri, & non est ipse pater, sed filius ad patrem dicitur ὁμόσιον, sic & consubstantiale corpus verbi, non est ipsum verbum, sed aliud à verbo. Cùm autem aliud sit, erit secundum ipsos ipsorum trinitas quaternitas: non enim vera & specialiter perfecta, atque indiuisa trinitas recipit adiectionem, sed hæc quæ ab illis est intellecta. Et quomodo adhuc Christiani alium præter eum qui est Deus adinueniunt? iterum enim & in alio commento licet eorum insipientiam peruiderim, si propter quod est, & dicitur in scripturis ex Maria esse, & humanum corpus Saluatoris, putant pro trinitate quaternitatem dici, quasi facta adiectione propter corpus, multum errant, facturam coæquantes factori, & suspicantur deitatem aliquid adiectionis accipere, & ignorant quia non propter adiectionem deitatis verbum caro factum est, sed vt caro resurgat. Neq; vt melioraretur verbum processit ex Maria, sed vt humanum genus liberaret. Quomodo igitur putant liberatum corpus per verbum & viuificatum, in deitate verbo faciat adiectionem. Magis autem ipsi humanitati adiectio magna facta est ex verbo, in ipsa communione & vnitione, ex mortali enim factum est immortale, ex animali factum est spiritale, ex terra factum est cœleste, cœli portas transgressum est trinitas verò ab assumẽte verbo, corpus ex Maria. Trinitas est non accipiens adiectionem, neq; diminutionem, sed semper perfecta est, & in trinitate deitas vna cognoscitur, & sicut vnus Deus in ecclesia prædicatur verbi pater. Ex hoc autem iam conticescant, qui aliquando dixerũt eũ, qui ex Maria processit non esse ipsum Christum, & dominum & Deum. Si enim non Deus erat in corpore, quomodo statim procedens ex Maria vocatur Emanuel, quod interpretatur nobiscum Deus? Quomodo autem & Paulus, si verbũ non erat in carne, ad Romanos scribebat: Ex quibus Christus secundũ carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula? Confiteant ergo & qui ante negabant crucifixum esse Deum, errasse se, acquiescentes scripturis sanctis, & maximè Thomæ, qui postea quàm vidit in ipso clauorum vestigia, exclamauit: Dominus meus, & Deus meus. Cùm enim Deus & dominus gloriæ esset filius, erat in gloria affixo & exhonorato corpore. Corpus verò patiebatur, dum percuteretur in ligno, & fluebat de eius latere sanguis & aqua: templum enim verbi erat plenum deitatis. Propterea igitur sol videns creatorem suum in iniuriato corpore tolerantem, radios suos subtraxit, & obscurauit terram. Ipsum autem corpus habens naturam mortalem, vltra suam naturam resurrexit, propter habitans in se verbum, & desijt quidem naturali corruptione, induens autẽ quod supra hominem est, verbum, indumentum verbi factum est incorruptum. De eis autem qui falluntur & dicunt, quòd sicut in vnumquemque Prophetarum factum est, ita & in vnum aliquem hominem ex Maria venit verbum, superfluum est disputare: manifesta est enim dementia eorum, & indubitata reprehensio. Si enim ita venit, quare hic ex virgine, non similiter ex viro & muliere? sic enim vnusquisque sanctorum natus est. Aut quare ita veniente verbo, non vniuscuiusque mors dicitur pro nobis facta, sed istius sola? Cur autem per vnumquenque Prophetarum adueniente verbo dicitur de hoc solo, qui ex Maria natus est, semel in fine seculorum adueniente? Aut quare veniente eo, sicut venit in prioribus quidem sanctis, alijs quidem omnes mortui nondum resurrexerũt: qui autem ex Maria solus tertia die resurrexit? Aut cur similiter alijs veniente verbo, dicit̃ solus ex Maria Emanuel, corpore pleno deitatis nato, ex ipsa enim Emanuel, interpretatur nobiscũ Deus. Aut quare si ita venit, manducante vnoquoq; Propheta & bibente, & laborante, moriente, nõ dicitur sicut ipse mãducans, bibẽs, laborãs, & moriẽs; sed de solo qui ex Maria est: quę enim patiebtr̃ hoc corpus,

Caro assumpta a Christo propter resurrectionem

B

hæc

hæc quasi ipso patiente dicta sunt. Et cùm dealijs omnibus dictum sit solũ: natiC
sunt & creati. De eo qui ex Maria est, solum dictum est: Et verbum caro factum
est. Ex quibus ostenditur, quia ad alios quidem omnes factum est verbum pro
phetandi gratia. Ex Maria autem ipsum verbum, in semetipso carnem adsu-
mens, processit homo, natura quidem & substantia verbum erat Dei: secũdum
carnem autem, ex semine Dauid, & carne Mariæ factus est homo, sicut Aposto
Matth. 3 lus dixit: Hunc pater demonstrabat in Iordane, & in monte, dicens: Hic est filius
meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Hunc Arriani quidem negauerũt,
nos autem agnoscentes adoramus, non diuidentes filium & verbum, sed ipsum
verbum scientes esse filium, per quẽ vniuersa facta sunt, & nos liberati sumus.
Propter quod admirati sumus, quomodo omnino in vobis de rebus manifestis
facta contentio est, sed gratias Deo: quia quãtum contristati sumus lectis gestis,
tantum gratulati sumus in fine, quia cum concordia discesserunt, & pacati facti
sunt, & consenserunt in confessione piæ & rectæ fidei. Propterea igitur & post
multa antè tractata, cogitaui hæc pauca scribere, existimans ne fortè ex taciturnitate prolætitia tristitia nasceretur, his qui causa cõcordiæ nobis lætitiã præstiterunt. Deprecor itaq; ante omnia tuã sanctitatem, & iterũ audientes vniuersos, vt hæc bona mente suscipiant, & si quid deest ad institutionẽ religionis, corrigant, & me scire faciant. Sin verò, vt pote ab ignaro sermone nec dignè nec perfectè scriptum est, veniam tribuant nostræ in loquendo infirmitati. Saluta cunctos fratres nostros. Te omnes, qui nobiscum sunt, plurimum salutant.

**Sequentis quoque Epistolæ Theodoretus non modo meminit, sed & magnam eius partem recenset libro historiæ Tripartitæ secundo.**

# D. ATHANASII ARD
## CHIEPISCOPI ALEXANDRIni, ad Episcopos Africæ. Epistola.

Damasus episcopus Romanus

Vfficiunt quidem ea quæ scripta sunt, & à dilectissimo & cõministro nostro Damaso, Episcopo inclytæ Romæ, & à tantis episcopis, qui apud eam sunt congregati. Nihilo minus & ab alijs quę sunt facta cõcilijs, in Gallia, & Italia de salubri fide, quã Deus quidẽ donauit, Apostoli verò prędicauerunt, tradiderunt; patres apud Nicæam conuenientes ex omni nostro orbe terrarum. Tantũ nanq; fuit tũc studium, propter hęresim Arrianã, vt qui ceciderãt quidẽ in ea resurgerent, qui verò adinuenerãt apparerent. Propterea & dudũ quidem vniuersus terrarũ orbis concinnauit, & nunc plurimis Cõcilijs habitis omnes admoniti, & qui in Dalmatia, & Sardinia sunt, & Macedonia, & vtraq; Epyro, quiq; in Hellada, & Creta, & alijs insulis Siciliæ, & Cypro, Pamphylia, Lycia, & Isauria, omni Aegypto, & Libijs, & plurimis in Arabia constitutis hanc cognouerunt, & admirati sunt eos, qui subscripserunt: quia & si qua remanserit ex Arriana radice exorta apud eos amaritudo, Auxentium dicimus & Vrsatium, & Valentem, eisque similia sapientes, isti per literas abscisi sunt & delecti. Sufficiunt itaque quæ in Nicæa confessa sunt, & abundant, sicut prædiximus, & ad destructionem hęresis impię, & ad cautelam vtilitatemq; doctrinæ ecclesiasticæ. Quia verò audiuimus, eò q aliqui volentes aduersus eam contendere, nituntur quoddam

A dam nominare concilium, veluti in Arimino factum, & instant, hoc potius prævalere, q̃ illud. Necessarium iudicauimus scribere, & cõmonere vos, ne talia patiamini, hoc enim non est aliud, q̃ pullulatio Arrianę rursus hæreseos. Nam si Cõcilium contra eum factum respuunt, quod est Nicęæ celebratũ: quid volunt aliud, q̃ reparare ea quę sunt Arrij? Quid igitur digni sunt isti, nisi Arriani quidem vocari: pœna verò participari, quã illi qui neq; Deum timuerunt, neq; illud: Ne transgrediaris terminos æternos, quos posuerũt patres tui. Et: Qui maledicit patri aut matri, morte moriatur. Neq; patres reueriti sunt, definientes anathema esse eos, qui contraria saperent eorũ confessioni. Propterea em̃ & vniuersale factũ est in Nicæa Conciliũ CCCXVIII. conuenientium Episcoporum, de fide propter Arrianam impietatem, vt vel si rursus particulariter causa fidei alia fierent, non valerent. Quid enim illi deest, vt quærat aliquis nouiora? Plena pietate est, dilectissimi, hęc omnem terrarum orbem impleuit, hanc agnouerunt & ludęi, & quicunq; apud alios Barbaros Christiani sunt. Vanus ergo labor eorum est, qui contra eam sæpe conati sunt: iam enim isti qui huiusmodi sunt decem & amplius fecere Concilia, per singula se mutantes, & alia quidem à primis auferẽtes, alia verò in posteris permutantes, & adijcientes profecerũt. Nihil hactenus scribentes & delentes vimq; in his patientes: nescientes quia omnis plantatio, quam non plantauit pater cœlestis, eradicabitur: verbum aũt dñi, quod per vniuersale Concilium in Nicæa factum est, manet in æternum. Siue enim numerum quis numero comparet, maior est horum qui in Nicæa, q̃ qui per partes cõuenerint, quanto & totum amplius est à parte: siue causam Nicęni Concilij, & tantorum, quæ postea facta sunt ab istis quisq̃ examinare voluerit, inueniet Nicænum causam quidem habere rationalem, alia verò per odium & iurgia violenter facta. Hoc equidem propter hæresim Arrianam, & Pascha celebratum est: quoniam
B qui in Syria & Cilicia, & Mesopotamia discordabãt à nobis, & tempore, quo tenent Iudæi, tenebant & ipsi. Sed gratias domino, quia sicut de fide, sic & sancta festiuitate facta concordia est. Et hæc fuit causa Nicæni Concilij. Quæ verò postea, pro Arrio quidẽ, contra vniuersalẽ verò Synodum cõgregata sunt. His ita patefactis, quis recipiat eos, qui Arimin ense, vel aliud Concilium nominãt, citra Nicænum? Vel quis non habuerit odiosos respuentes ea, quæ patrum sunt: & iuniora quæ Arimino per contentionem & violentiam sunt composita præponentes. Quis autem cum istis conueniat hominibus: vtiq; neq; sua dicta recipientibus: nam in decem suis & amplius, sicut prędiximus, Concilijs, alio tempore alia conscribentes, certi sunt quia vniuscuiusq; ipsi accusatores existunt. Hoc verò patiuntur, quod tunc Iudæi proditores perpessi sunt. Nam sicut illi deserentes solum fontem aquæ viuæ, foderunt sibi lacus contritos, qui aquam continere non poterant, sicut scriptum est apud Prophetam Hieremiam. Sic isti litigantes aduersus vniuersale Conciliũ, foderunt sibi multa Concilia, & omnia vana sunt apud eos, sicut manipulum non habens fortitudinem. Non igitur feramus eos, qui Arimin ẽse vel aliud concilium nominant: nam & ipsi qui Arimin ense nominant, videntur nescire, quæ in ea sunt gesta: nam tacuissent. Nostis enim charissimi, cognoscentes & ab eis vos qui ex vestris interfuerunt Arimino, quia Vrsatius & Valens, Eudoxius & Auxentius illic fuerunt cum eis, & Demophilus, cõdemnati sunt, volentes alia citra quàm dogmata Nicæna conscribere, quando etiam exacti anathematizare Arrianam hæresim respuerunt, & magis eius patroni esse voluerunt. Porrò Episcopi verè puri dei serui, & rectè credentes erant penè CC. scripserunt sufficere Nicænam synodum solam, nihilq; plus minũsve quærere vel sapere præter illam. Hæc & Constantio significauerunt, qui etiã synodũ fieri iusserat. Sed qui in Arimino condẽnati sunt, euntes ad Constantiũ, fecerunt

Ariminense Concilium.

Nicænum Cõcilium trecentorum octo decim Episcoporum

Matth. 15.

Concilij Nicæni causę.

Hierem. 2.

Constantius imperator

cerunt iniuriari quidem eos, interminati verò sunt, ne reuerterentur ad proprias C
parochias, hi qui contra eos damnationem decreuerant, vimq; fecerunt in Thracia in ipsa hyeme, quatenus quæ ab eis fuerant innouata, susciperẽt. Si ergo quidam Ariminense nominant Concilium, ostendant prius prædictorum damnationem, & quæ scripserunt Episcopi, dicentes nihil amplius quęri, quàm ea, quę Niceæ sunt à patribus confessa, neq; nominari aliud Concilium præter illud. Sed hæc quidem abscondunt. Quę verò in Thracia violenter sunt gesta, proponunt, ex quibus clarent Arrianæ quidem hæreseos existentes, alieni verò fidei salutaris. Ipsam verò magnam Synodum, & quæ ab illis facta sunt, si quis examinare è diuerso voluerit, inueniet horum quidem fidem Dei culturam, horum verò irrationabilem sensum: qui Nicęę conuenerunt, non damnati conuenerunt, sed etiam confessi sunt substantiæ patris esse filium. Isti verò & semel, & secundo, & tertio damnati, in ipso Arimino scribere præsumpserunt, nõ oportere dicere substantiam aut essentiam habere Deum. Ex istis considerare licet, fratres, qui in Nicæa quidem fuerunt, ex scripturis sunt inspirati, dicente ipso Deo in Exodo: Ego sum qui sum. Et per Hieremiam: Quis stabit in substantia eius, & videbit verbum eius? Et post pauca: Et si stetissent in substantia mea, & si audissent verba mea. Si autem essentia substantia est, & nihil aliud significatiuum habet, q̃ ipsum quod est, quod Hieremias substantiam nominat, dicens: Et non audierũt vocem substantię meę: nam & consessentia, substantia, existentia est. Hoc intelligens & Paulus scripsit Hebræis: Qui est splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Isti verò qui videntur scire scripturas, & nominantes sese sapientes, dicere in Deo nolentes essentiam: hoc enim scripserunt in Arimino, & in alijs Concilijs suis, quomodo non sunt iustè damnati? dicentes & ipsi sicut insipiens in corde suo: Non est Deus. Rursus autem patres docuerunt in Nicæa, non esse D
creaturam, aut facturam Dei verbum, vt agnoscatur illud: Omnia per ipsum facta sunt, & in ipso vniuersa creata sunt, & consistunt. Isti verò Arriani, potius quàm Christiani, etiam in alijs suis Concilijs creaturam eum dicere præsumpserunt, & vnam facturarum, quarum ipsum verbum creator est atque factor. Si enim per eum omnia facta sunt, creatura verò & ipse est, erit vtique & sui factor. Et quomodo possibile est quod creatur vt creet? aut quomodo qui creat creatur? Sed nec sic confunduntur ea dicentes, in quibus etiam odibiles apud omnes sunt, & nominantes simpliciter Ariminum, dum monstrentur & in ea damnati. Sed & ipsi damnantes quod in Nicæa scriptum est, consubstantialem esse filium patri, qua gratia videntur contra synodum litigare? & circunsonant veluti culices, vbique proferentes consubstantialis sermonem. Aut velut ignorãtes offendunt in eo, sicut qui offendunt in lapidem offensionis, positum in Sion. Aut sciunt quidem, propterea verò contendunt, & crebro murmurant, quia contra eorum est hæresim. Est verò hæc perfecta sententia: non enim eos sermones offendunt, sed in eis facta damnatio. Sed & horum ipsi rursum autores facti sunt, etsi hoc ipsi celare volunt, cùm vtiq; nouerint. Veruntamen nos dicere consequens est, vt etiam ex his integritas magni Concilij cum veritate mõstretur. Episcopis quidem conuenientibus, & volentibus ab Arrianis quidem inuentos impietate damnare sermones, id est, ex non existentibus, & dicẽtibus facturam & creaturam filium, & fuit aliquando, quando non fuit, & quia conuertibilis est naturæ. Scripturarum verò testimonia manifesta conscribere, quia ex Deo filius naturaliter vnigenitum est verbum, virtus, sapientia sola patris, de us verus, sicut ait Ioannes, & sicut scripsit Paulus: Splendor gloriæ, & figura substantiæ. Quicirca Eusebium, mala secta tracti, loquebantur ad inuicem: Consentiamus, nam & nos ex Deo sumus: vnus enim Deus, ex quo omnia, & antiqua transie-

Ariminensis concilij decreta.

Hebræo. 1

Psalm. 13

Arriani ἀμέσιον negant.

C transierunt, & ecce noua facta sunt, omnia aũt ex Deo. Cogitabãt autem etiam illud quod in Pastore scriptum est: Ante omnia crede, quia vnus est Deus, qui condidit vniuersa, & perfecit & fecit ex non existente vt sint: Sed Episcopi nequitiam videntes eorum, & malam impietatis artem clarius dixerunt ex Deo, & scripserunt ex substantia Dei esse filium, vt creaturæ quidem eò quod non à semetipsis sine autore sint, sed principium habeant, facturæ dicantur ex Deo: filius aũt solus proprius ex patris substantia. hoc enim proprium est vnigeniti, & veri vnius patris. Et cur quidem scriptum sit ex substantia hæc fuit occasio. Rursus autem interrogantibus Episcopis eos, qui videbantur pauci, si dicerent filium nõ creaturam, sed virtutem, sapientiam solam patris, & imaginem propriam impermutabilem per omnia patris, & Deum verum. Deprehensi sunt, qui circa Eusebium inuentes alterutris, quia & hæc eueniunt etiam apud nos: Nam & imago, & gloria dicimur Dei, & de nobis dictum est: Semper enim nos viuentes, & virtutes plurimæ sunt. Et: Exijt quidem omnis virtus domini ex terra Aegypti, eruca autem & locusta dicitur virtus magna. Et: dominus virtutũ nobiscum, susceptor noster Deus Iacob. Sed etiam quia proprij sumus Dei, habemus hoc non simpliciter, sed quia vt fratres nos vocauit. Si autem & Deum verum vocant filium, non nos contristant: factus enim verus est. Hæc Arrianorum corrupta mens est. Sed etiam hic Episcopi conspicientes illud dolosum, collegerunt ex scripturis splendorem, & fontem, & fluuium, & imaginem, & substantiam. Et: In lumine tuo videbimus lumen. Et: Ego & pater vnum sumus. Et clarius iam & compendiosè scripserunt consubstantialem patri filiũ: omnia enim quæ prædicta sunt, hanc habent significationem. Sed & murmur eorum, quasi verba hæc in scriptura non habeantur, inanis in eis arguitur, cùm ex non scripto impiè gesserint ipsi: Non enim scripta sunt: ex non existẽtibus. Et: Erat quã-

D do non erat. Accusant enim quia ex non scriptis verbis cum pietate tamen intellectis damnati sunt. Sed isti tanq̃ ex sordibus locuti sunt verè de terra: Episcopi verò non sibimet inuenientes verba, sed habentes ex patribus testimonium, ista scripserunt. Episcopi enim antiqui ante annos iuxta centum & triginta, & magnæ Romæ, & nostræ ciuitatis accusauerunt eos, qui facturam dicebant filium, & non consubstantialem patri. Et hoc sciebat Eusebius Episcopus Cæsareæ, qui primùm quidem concurrebat hæresi Arrianæ, postea verò subscripsit in ipso Nicæno Concilio, & scripsit suis, sic affirmans: quia & antiquorum aliqs doctos & insignes Episcopos & cõscriptores agnouimus in patris & filij deitate nomine consubstãtialis vsos. Cur ergo adhuc Ariminense Conciliũ nominant: in quo etiam sunt damnati, qui refutant Nicænam Synodum, in qua & patres eorum subscripserunt, & confessi sunt ex substantia, & consubstantialem esse filium patri cùm circuncurrunt: Non enim contra solos, qui Nicæam conuenerunt, sed aduersus magnos Episcopos qui antea fuerunt, & aduersus propriosiã contendunt. Quorum ergo sunt successores & hæredes, q̃modo possunt dicere Ipares eos, quorum non suscipiunt confessionẽ benè apostolicẽq; conscriptam: Nam si putant contradicere seposse, dicant. Magis autem respondeant, vt et semetipsos impugnantes redarguantur, si credant dicenti filio: Ego et pater vnum sumus. Et: Qui me videt, videt et patrem meum. Vtiq; dicẽt, quia scriptum est, credimus. Sed qũo vnum sunt: Et q̃modo qui videt filiũ, videt et patrẽ, si interrogentur, omnimodo dicturi sunt: propter similitudinẽ, nisi perfectè corruerũt in his, qui proxima sapiunt eis, et quis dissimiles nuncupãtur. Sed si rursus interrogentur, quomodo similes: Audacter dicent, virtute perfecta, et concordia, ea volendo quæ pater, et nolendo quæ pater non vult. Sed dicãt, quia qui ex virtute et voluntate similatur Deo, habet quidem et conuersionis voluntatẽ, non aũt sic

1. Corin. 5 Pastoris liberab Arrianis citatus.

Psalm. 45

Psalm. 35.

Non scripta cũ pietate intellecta, refutatiõi etiã conuenit.

ὁμοούσιον nomen in scripturis.

Al. patres.

ὁμοιούσιον nomen ab Arrianis excogitatum.

Al. his similes.

est verbum, nisi forsan ex parte, & secundū vos similes, quia non etiam secundū substantiā similis est: hæc autem nostra sunt, facta creatamq; naturā habentiū: A
Nam & nos, licet non possimus similes secundum substantiam Dei fieri, tamen ex virtute meliorati imitamur Deum, & hoc domino largiente & dicente: Estote
Matth. 5 misericordes, sicut pater vester misericors est. Et: Estote perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est. Creaturæ verò conuertibiles sunt, nullus negauit, angelis quidem transgressis, Adam verò inobediente, & omnibus indigentibus gratia verbi. Conuertibile verò inconuertibili non erit simile, sicut nec creatum creatori. Propterea de nobis quidē dum contemplaretur sanctus Dauid, aiebat Deus quis similis erit tibi? Et: Quis similis tibi in dijs domine? Deos dicens creatos quidem, participes autem verbi factos, sicut ipse dixit: Si illos deos dixit, ad quos verbum Dei factum est, quæ verò participant, non sunt semper idē, neq; similia eius de quo participantur, de semetipso igitur dicebat: Ego & pater vnū sumus, tanquam his quæ facta sunt non sic existentibus. Nam respondeant, qui Ariminense præponunt, si creata substantia potest dicere: quæ patrē video facientē, hæc & ego facio: facta enim sunt quæ creata sunt, & non facientia, alioqui & ipsa fecissent. Denicq;, sicut dicunt, & creatura est filius & factura, eum pater omnino fecit, & ipse semetipsum filius, cùm possit facere quæ facit pater, sicut ait ipse. Sed absurdū nimis & irrationale est hoc, facere nanq; semetipsum nullus potest. Rursus autem dicant, si possunt ea quæ facta sunt dicere: Omnia quæcunq; habet pater mea sunt. Habet aūt vt creet, vt faciat, vt sempiternus sit, vt sit omnipotens, inconuertibilis: Creaturæ verò non possunt habere vt creent, creatæ nāq; sunt: neq; sempiternitatem, habent enim principium vt sint: nec omnipotentiā, & inconuertibilitatē tenentur enim & conuertibilis sunt naturæ, sicut scripturę dicunt. Ergo si hęc filij sunt, nō ex virtute, sicut diximus, sed substantiæ est vtiq;, sicut Synodus dixit, non ex alia substantia est, sed patris, cuius sunt & ista, p B
pria verò patris substantiæ: proprium & eius, & vt quod natum ex ea est. V
quomodo quisq; hoc nominet quàm consubstantiale? quæ enim videt q
patre, hæc videt in filio: filio autem non ex participatione, sed secundum
tiam, & hoc est: Ego & pater vnum sumus. Et: Qui me videt, videt patrē. Proinde & ex hoc rursus bonum est eorum insipientiam declarare: Si ex virtute sequitur velle & nolle, & secundum modum melioratiónis similis est secundum vos filius patri, hæc autem propria qualitatis sunt, palàm est, quia compositum
Qualitatū omnium Deus expers est, Deum ex qualitate & substantia dicitis. Et quis vos patietur talia præsumētes? non enim compositus Deus est, qui omnia vt essent composuit, neq; talis qualia sunt quæ ab eo per verbum facta sunt: Absit: Simplex enim est substantia, in qua non est qualitas. Neq;, sicut dixit Apostolus, immutatio, aut momenti obumbratio. Ergo si probatur, quia non ex virtute, non enim qualitas est in Deo, neq; in filio, palàm quia substantiæ proprium erit, & hoc omnino confitea mini, nisi funditus perijt intellectus in vobis. Quod autem proprium & idem, dei substantia est, & ex ea natum naturaliter est, quid erit apud vos, q̄ rursus secundum hoc cōsubstantiale genitori? Hoc enim proprium filij ad patrem indictum est, & qui nō hoc dicit, non sapit naturaliter et verè esse verbum. Sic intelligētes patres, scripserunt consubstantialem esse filium patri, & anathematizauerunt eos qui dicunt ex altera substantia esse filium, non sibimet verba fingentes, sed & ipsi à progenitoribus discentes, sicuti diximus. His itaq; sic ostensis, superflua est eis Ariminensis, superflua & alia quæ nominantur ab eis de fide Synodus: sufficit enim Nicæna, consona existens & antiquis Episcopis, in qua & eorū subscripserunt patres, q̄s isti reuereri debebant, ne omnia potius q̄ Christiani putarentur. Si aūt & post tanta quæ gesta sunt, post testimonium etiam antiquorū Episcoporū,

C porũ, post subscriptionẽ suorum patrũ simulant se velut ignorantes timere sermonem consubstantialis, dicant & sapiant simplicius quidem filiũ, anathematizent autem sicut Synodus definiuit, eos qui dicũt creaturam aut facturam, aut ex non existentibus. Et: Erat aliquando quando non erat filius Dei quia inconuertibilis & immutabilis est, & non ex altera substantia, & ita ab hæresi fugiant Arriana. Et confidimus quia hæc perfectè anathematizantes, mox confiteantur ex substantia, & consubstantialem esse filium patri. Propterea nanq; & patres cùm dixissent consubstantialem filium, mox intulerunt: Eos autem qui dicunt creatum aut facturam, aut fuit aliquando quando non fuit, anathematizat catholica Ecclesia. Vt per hæc declararent, quia consubstantiale, & consubstantialis virtus agnoscitur, eò quod non sit creatura & factura filius, & qui consubstantialem dicit, non sapit creaturam esse verbum: Et qui anathematizat ea quę prædicta sunt, consubstantialem vtiq; sapit filium patri: Et qui consubstantialẽ dicit, genuinum, & verum dicit filium Dei, & qui genuinũ dicit, intelligit illud: Ego & pater vnum sumus. Et: Qui me videt, videt & patrem. Oportebat igitur ex pluribus hæc scribere: Sed quia vobis scientibus scripsimus, propterea compendiosè dictauimus, orãtes apud omnes seruari vinculum pacis, & omnes qui Ecclesiæ sunt catholicæ ipsum dicere, ipsum sapere, & non tanquam docentes, sed tanq; cõmemorantes sumus apud vos. Sumus autem non nos qui scribimus soli, sed etiam omnes in Aegypto, & Lybijs penè XC. Episcopi: Omnium nanq; est iste sensus, & pro alterutris semper subscribimus, si aliquos non interesse cõtigerit. Sic itaq; constituti, quoniam nos contigit conuenire, scripsimus & dilectissimo nostro Damaso, Episcopo inclytæ Romæ de Auxentio, qui Mediolani inuasit Ecclesiam, narrantes quæ illius sunt. Quia non solum Arrianæ hæresis cõmunicator est, sed etiam reus est multarum actionum malarum, & hęc cũ
D Gregorio socio impietatis suæ. Et miramur, quoniam hactenus damnatus non est, & Ecclesia pulsus. Et gratias confessi sumus eius sanctitati, & cõuenientium Romæ, quia & eos qui circa Vrsatium, et Valentem, eorumq; sequaces excludentes vnanimitatem Ecclesiæ catholicæ, seruauerunt. Quam apud vos optãtes custodiri, sicuti prædiximus, exclusa multitudine Synodorum occasione fidei factarum, quæ in Arimino, quæ in Syrmio, in Isauria, quæ in Thracia, diuersis quæ in Constantinopoli, plurimis in Antiochia congregatis. Extra omnes sola firma sit apud vos fides, quæ in Nicæa prius est confessa, in qua etiã patres omẽs, et qui nunc impugnant eam, sicuti prædiximus, subscripserunt, vt et de vobis dicat Apostolus: Laudo verò vos, quia omnia mea sic memoria retinetis, memoramini, et sicut tradidi vobis traditiones, ita seruatis. Hæc eñ in Nicæna Synodo verè scripta regula contra omnem est impijssimam hæresim, hæc etiam blasphemantes in spiritum sanctum, et dicentes eum creaturam, destruit: Nam cùm dixissent patres de fide, quæ in filio est, mox intulerũt: Credimus et spiritum sanctum. Vt perfectam et plenam in sanctam trinitatem cõfessi fidem, formã fidei, quæ in Christo est, et catholicæ doctrinam Ecclesiæ in hoc declararent. Certum nanq; est et apud vos, et apud omnes, nullusq; Christianorum mentem in hoc habebit ancipitem, quia non est nostra fides in creatura, sed in vnum dominum, qui in sancta et perfecta trinitate cognoscitur, in qua et baptizati, in ipsa connexa diuinitati. Credimus etiam hæreditate regnum possideri cœlorum in Christo Iesu domino nostro, per quem patri cum spiritu sancto gloria, et potestas in secula seculorum Amen.

ὁμοούσιον nomen Arrianis inuisum.

Mos subscriptionũ apud veteres.

1. Corin. 11

Nicænæ Synodi de spiritu sancto professio.

# D. ATHANASII AR[A]

## ARCHIEPISCOPI ALEXANDRI-

ni,& pontificum Aegyptiorum ad Marcum Papam pro exemplaribus Nicæni cõcilij: quia Arriani eorum exemplaria incenderant,

Epistola.

OMINO sancto & apostolici culminis venerando Marco sanctæ Romanæ & apostolicæ sedis, atq; vniuersalis Ecclesiæ Papæ, Athanasius & vniuersi Aegyptiorũ Episcopi. Ad vos peruenisse nõ dubitamus, quanta & qualia ab hæreticis & maximè ab Arrianis quotidie patimur. Quoniã intantũ ab eis persequimur, vt etiã viuere iã nos tædeat. Nã instanti tempore, subito & insperatè in nos irruentes, nosq; iuxta p̃ceptum dñi, qui ait: Si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatẽ, fugite in aliam, fugiendo propter cladem populi eos declinantes, nos comprehendere non valuerunt, sed omnia nostra depopulati sunt. Intantum etiã nostra vastauerunt, vt nec libros, nec vestimenta ecclesiastica, aliaq; ornamenta, nec reliqua vtẽsilia nobis dimiserint. Libros verò nostros vsq; ad minimũ incendẽtes, nec iota vnum relinquentes, propter veritatis fidem Nicænam synodũ, qua clerus & populus imbuebatur, et maximè iã imbuti erant, in contumeliam nostrã, & omnium Christianorum incenderunt. Quapropter precamur pater beatissime, quia non dubitamus apud vos plenaria esse Nicæni concilij exẽplaria, vt illa nobis quæ sanctæ recordationis prædecessoris vestri Syluestri fuerunt, sub tuta mittatis stipulatione. Nam quando prædictæ synodo cum potifice nostro, id est, Alexandrinæ magnæ ciuitatis Episcopo in diaconatus interfuimus officio, sub nostræ præsentiæ testimonio, per beatos viros Victorem & Vincentiũ presbyteros, apostolicæ sedis apocrysiarios, missa sunt prædicto Papæ Syluestro cũ adstipulatione subnexa capitula septuaginta. Sane p̃sentibus nobis octoginta capitula in memorata tractata sunt synodo semel, & quadraginta à Græcis græca dicta lingua, & quadraginta à latinis similiter dicta latina lingua. Sed visum est trecentis decem & octo patribus, sancto spiritu repletis, in prędicto concilio cõgregatis, & maximè iam dicto Alexandro, & apostolicæ sedis apocrysiarijs, vt decem capitula adunarẽtur alijs, atq; congruis in locis insererentur, & ad formã septuaginta discipulorum, vel totius orbis terræ linguarum septuaginta, tanti et tam excellentis concilij fierent capitula, quæ omnem Christianorum informarent orbem, & omnes sub sacerdotali nomine & Christiano degẽtes, vna fides, & vna sacerdotalis regeret norma, nec quisq; à suo dissideret capite. Nunc ergo, quia vt prędictum est, inimici sanctę Dei Ecclesiæ, & maximè Arriani, à quibus quotidie expugnamur & opprimimur, præfata septuaginta Nicæni concilij capitula, quæ præfata synodo iam facta, iubente domino meo Alexandro omniũ Episcoporum decreto attuli, quæ etiam coram omnibus recitaui atque transcripsi, sunt igne cõbusta, optamus vt à vestræ sanctæ sedis Ecclesiæ autoritate, quæ est mater & caput omnium Ecclesiarum, ea ad correctionem & recreationem fidelium orthodoxorum percipere per præsentes legatos mereamur, quatenus vestra fulti autoritate, vestrisq; precibus roborati, illæsi à memoratis æmulis sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris euadere, nobisq; commissos eruere valeamus. Verè nouimus apostolatus vestri cor gratia sancti spiritus in tantum esse accensum

vt

C vt omnibus oppressis succurratis, quanto magis nobis, qui licet exigui ordinis, tamen vestri sumus vobisq; obedientes cum omnibus nobis commilis, & sumus, & esse semper volumus. Ideo decet & oportet vos nobis hæc q̃ rogamus & alia quæ necessaria (iuxta sapientiam quam vobis præstitit altissimus) esse cognoueritis, absq; tarditate præstare, vt tantæ miseriæ squalores à fideliũ mentibus detergantur, & quasi vulnus corpori infixum, auditu tantæ miseriæ obserato, salutari curetur antidoto, vt diuino freti iuuamine, vestraq; autoritate atque auxilio roborati, aduersantium tergiuersationes euadere valeamus, atq; inconfuso vultu, non fraude cuiusquam perculsi, adsistere æterno iudici mereamur, & vocem audire inquientem: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Intra in gaudium domini tui. Et subscriptio: Orantem pro nobis sanctum apostolatum vestrũ suis dñs conseruet tẽporibus.

# MARCI PAPAE RE

## SCRIPTVM. DE MISSIONE CAPitulorum Nicæni Concilij D. Athanasio, & omnibus Aegyptiorum Episcopis.

DOMINIS venerabilibus fratribus Athanasio, & vniuersis Aegyptiorum Episcopis, MARCVS sanctæ Romanę apostolicæq; sedis, & vniuersalis Ecclesię Episcopus. Doleo fratres, & nimium contristor super afflictione vestra, sed oppidò consolor, quòd vento agitata non estis arundo, sed recti in fide, inter omnes procellarum & turbinum afflictiones, inter omnes colluctatiões, incessanter perduratis. Lectis ergo fraternitatis vestræ literis, vigorem constantiæ vestræ, quam olim noueramus, agnouimus. Congratulantes vobis, quòd ad custodiendum gregem pastoralem curam vigilanter insequimini, ne lupi, qui sub specie ouium subintrarunt, bestiali sæuitia simplices quasq; dilacerent. Qui non ad hoc subintrarunt, vt aliqua correctione proficiant, sed vt ea quæ sunt sana, corrumpant. Quapropter moneo & hortor dilectionem vestram, vt bonum quod cœpistis, adminiculante diuina gratia, vsq; in finem perducere satagatis, veritatis voce monẽte: Beatus qui perseuerauerit in finem. Vnde enim beata perseuerantia, nisi de virtute patientiæ? Nam iuxta Apostolum: Omnes qui voluerint piè viuere in Christo, persecutionem patientur. Quæ non in eo tantùm cõputanda est, quòd contra Christianam pietatẽ aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuscunq; supplicijs, cùm persecutionum sæuitiam suppleant, sed dissimilitudines morum & contumaciæ inobedientium, & malignarum tela linguarum, quibus conflictationibus vt cõmunia semper membra pulsantur, vt nulla piorũ portio conflictatione sit libera, ita vt nec periculis, nec ocio careant, nec labore. Nam hæc & omnia incrementa probabilium studiorum, & in eis vsq; in finem perseuerantium, atque bonæ voluntatis incrementa, ad Christi gratiam semper sunt referenda, vt in omnibus quæ agimus, Deus omni perfectè laudetur tempore. De capitulorum nanq; veritate & numero Nicæni concilij, quibus vos interfuisse literis vestræ fraternitatis significastis, à nostris qui vnà vobiscũ interfuerunt, diligentioribus requisiuimus collocutionibus. Qui ita, vt vestræ testatæ sunt literæ, omnem nobis ordinem exposuerunt, & vestram epistolam per omnia veram esse testati sunt, non vt aliquid sinistrum vestra ex parte arbitremur, sed nos & vos illosq; absque vlla in posterum titubatione vnum sentire

Perseuerantio bonorum.

optaremus, & sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit & domino prouidente, & beato apostolo Petro opem ferente, in futuro manebit, sine vlla hæreticorum insultatione, firma & immobilis omni tempore persistet. His itaq; peractis, diligenter requirentes, in sancto nostræ & apostolicæ sedis scrinio, eadem quæ sanctæ recordationis prędecessori meo Syluestro sunt directa septuaginta sicut significastis capitula inuenimus. Ipsa autem vobis, propter autoritatem & subscriptionem tantorum patrum, & eius magni concilij, minimè misimus, sed per eadē, coramq; apocryliarijs vestris, alia similia, eundem numerum, eademq; verba, & ipsam subscriptionem continentia, vobis referibere, & sub certa stipulatione & confirmatione mittere curauimus. Et quis est qui fratribus talia negare audeat? Nam non neganda nobis hæc sancti spiritus dona dominus docuit, sed fideliter exercenda, & fratribus contradenda & docenda distribuit. Hæc apostolorum viua traditio, hæc est vera charitas, quæ prædicanda est, & præcipuè diligenda ac fouenda, atq; fiducialiter ab omnibus tenenda hæc sancta & apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, quæ per omnipotentis Dei gratiam à tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticorum nouitatibus deprauanda succubuit, sed vt in exordio normam fidei Christianę percepit à beatis autoribus suis apostolorum Christi principibus, illibata finetenus manet secundum ipsius domini saluatoris diuinam pollicitationem, qui suorum discipulorum principi in suis fatus est euangelijs: Petre (inquiens) ecce Satan expetiuit, vt cribraret vos sicut qui cribrat triticum, ego autem pro te rogaui, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Consideret itaq; vestra excellens prudentia, quàm bonū sit persistere in dispensatione vobis credita, & in fide recta, atque hæreticis & æmulis Christi repugnare, & nunquam à veritatis tramite declinare. Quoniam dominus et saluator omnium, cuius fides est, qui pro nobis mori nō dubitauit, & proprio nos suo sanguine redemit, qui fidem beati Petri non defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit, quòd apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse, semper cunctis est cognitum, quorū & pusillitas mea, licet impar sit et infima, pro suscepta tamen diuina dignatione, ministerio pedisequa cupit existere. Væ enim erit nobis, qui huius ministerij onus susceptum habemus, si veritatem saluatoris nostri Iesu Christi, quam apostoli prædicauerūt, prædicare neglexerimus. Væ etiam erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, qui erogare nummularijs iubemur, id est, Christianos populos imbuere et docere. Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonis eius veritatem confundimur prædicare? Quid erit de nobis, cū de commissis nobis animabus & de officio suscepto, rationē iustus iudex Christus Deus districtam egerit? Ideo fratres hortor dilectionem vestram, obtestor & moneo, vt qua debetis solicitudine, vigiletis ad inuestigandos hæreticos & inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ, & à sanis mentibus ne pestis hæc latius diuulgetur, seueritate, qua potestis pro viribus extirpetis. Quātum enim habebit à Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentius quod ad salutem commissæ sibi plebis prosit, fuerit executus: ita ante tribunal domini de reatu negligentię se non poterit excusare, quicunque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis autores noluerit custodire. Data viij. Calendas Nouembris, Nepotiano & Secundo, viris clarissimis consulibus.

Fides Petri nō defectura.

EPISTO-

# EPISTOLA INCREPATORIA IVLII PAPAE AD Orientales Episcopos pro causis Athanasii, & excessibus contra Romanam Ecclesiam.

VENERABILIBVS fratribus vniuersis Orientalibus Episcopis Iulius. Decuerat vos fratres, alios Ecclesiasticis instruere disciplinis, & non talibus arguere machinamentis, dicente domino: Neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis, & reliqua. De qua re Apostolus Paulus nos instruit, dicens: Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris, & reliqua. Et alibi Petrus apostolus ait: Omnes vnanimes in oratione estote compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, sed econtrario benedicentes, quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia sua ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum, inquirat pacem & persequatur eam, quia oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super facien-
D tes mala. Quid peius est fratres, quàm quod sacerdotes domini, qui ab omni mala coinquinatione, & à nocumento omnium Christianorum alieni debent existere, quanto magis à fratrum & coepiscoporum insidijs, quos tueri & subleuare debent, quos touere & diligere summopere oportet, persequuntur eos, ejicere & communi re priuare decertant: Nec recordamini sapientiam, quæ ait: Peruersæ enim cogitationes separant homines à Deo, quanto magis opera iniqua. Quid enim nequius est, quam illos, de quibus dominus ait: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, quisquam euertere, persequi, destruere nitatur? Probata autem virtus portat, protegit, & consolatur oppressos, & docet insipientes. Est enim testis humani cordis, scrutatorq; verus singularum conscientiarum, & linguarum singularum auditor, quoniam spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod cotinet omnia scientiam habet vocis. Et alias idem ipse ait: Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propiciationem pro peccatis nostris. Charissimi, si Deus dilexit nos, & nos debemus inuicem diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus & testificamur, quoniam pater misit filium suum saluatorē mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniā Iesus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos cognouimus & credidimus charitati quam habet Deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, vt fiduciam habeamus in

Timor nō est in charitate.

A

dit iudicij, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, quomodo Deum quem non videt, potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Nam ipsa sapiētia ait: Lingua sapientium ornat scientiam, os fatuorum ebullit stultitiam. In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Lingua placabilis, lignum vitæ. Quæ autem immoderata est, conteret spiritum, domus iusti, plurima fortitudo, & in fructibus impij conturbatio, labia sapientium disseminabunt sapientiam, cor stultorum dissimile erit. Victimæ impiorum abominabiles sunt domino, vota iustorum placabilia. Qui sequitur iustitiā, diligitur à domino. Item alibi: Labia iusti considerant placida, os impiorum peruersa. Simplicitas iustorum diriget eos, & supplantatio peruersorum vastabit illos. Iustitia rectorum liberabit eos, & in insidijs suis capientur iniqui. Iustus de angustia liberabitur, & tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum, iusti autem liberabuntur scientia. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas, & in perditione impiorum erit laudatio. In benedictione iustorum exaltabitur ciuitas, & in ore impiorum subuertetur. Nec consideratis, qui fratres persequi non cessatis, qualia Iob patientissimus inter cætera exorsus, loquitur: Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, eò quòd liberassem pauperem vociferantem & pupillum, cui non esset adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum, iustitia indutus sum, & vestiuit me sicut vestimento & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius conterebam prædam. Et paulo post: Si negaui, inquit, quod volebant, pauperibus & oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellam meā solus, & non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meę egressa est mecum. Nam si quis hæc recto omnia consideraverit oculo, nequaquā fratribus nocere, sed liberare festinabit: Quia nihil deterius est, quàm ciues ciuibus inuidere, & fratres fratribus insidiari, aut calumnias facere. Talibus enim suffragari volentes insidijs sancti, synodum congregauerunt generalem in Nicæa, vitam corrigere hominum cupientes in Ecclesia commorātium. Licet dudum instituta sanctorum patrum multa essent conscripta, posuerunt leges, quos sacros canones appellamus, quibus multa perneccssaria ad statum Ecclesiæ sanctæ Dei, & supplementum calumniarum eius, id est, Episcoporum, qui eam proprijs humeris gestant, vt qui talia tētauerint, aut eis nocere præsumpserint, siquidem clerici fuerint, à proprio gradu decidant. Si vero monachi, aut laici fuerint, anathematizentur. Quibus armati exemplis oportere arbitrati sumus ab omnipotenti Deo inspirati, vt hāc accensam discordiæ flammam extinguere debeamus, apostolica autoritate, & non concedere eam vlterius animas depasci humanas. Quapropter vna cū omnibus apostolicæ subiectis regulæ sancimus, ne quisquam deinceps Christianorū talia perpetrare, aut Episcopis talia asserere nocumenta, temerè præsumat; cū & doctor gentium id ipsum prohibeat, dicens: Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrē, & reliqua. Bonum est nanq; proculdubio, & omnibus timentibus Deum desiderabile, cohibere dissensiones & altercationes, fratribus subuenire, & inuicē non inuidere, sed adiuuare. Audiatur, inquit, iam dicta in Nicæa ciuitate synodus, cui & ego ipse conscientiæ meæ cultum decenter exhibui, nihil aliud

Synodus Nicęna ad emēdatio nem Eccle siæ facta.

B

volens

C volens, q̃ concordiam omnibus fabricare, & præ cunctis arguere, & remouere hanc insidiantium altercationem. Quas præuidentes sancti patres insidias & altercationes, vnanimiter in prædicta Nicæna statuerunt synodo, vt nullus Episcopus, nisi in legitima synodo, & suo tempore apostolica autoritate conuocata, super quibusdam criminationibus pulsatus audiatur, id est, iudicetur vel damnetur. Sin aliter præsumptum à quibusdam fuerit, in vanum deducatur quod egerint, nec inter ecclesiastica vllo modo reputabuntur. Ipsi verò primæ sedis Ecclesiæ, conuocandarum generalium synodorum iura & iudicia Episcoporum, singulari priuilegio, euangelicis & apostolicis, atq; canonicis concessa sunt institutis, quæ semper maiores causæ, ad sedem apostolicam multis autoritatibus referri præceptæ sunt. Nec vllo modo potest maior à minore iudicari. Ipsa nanq; omnibus maior & prælata est Ecclesijs. Quæ non solum modo canonum & sanctorũ patrum decretis, sed dominí saluatoris nostri voce singularem obtinuit principatum: Tu es (inquiens) Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & reliqua. Et quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & soluta in cœlo & in terra. Porrò dudum à sanctis apostolis successoribusq; eorum in prælatis antiquis statutis decretum fuerat, quæ hactenus sancta & vniuersalis apostolica tenet Ecclesia, non oportere præter sententiam Romani pontificis cõcilia celebrari, nec Episcopum damnari, quoniam sanctam Romanam Ecclesiam primatẽ omnium Ecclesiarum esse voluerunt. Et sicut beatus Petrus apostolus primus fuit omniũ apostolorũ, ita & hæc Ecclesia suo nomine consecrata domino instituente, prima & caput sit cæterarum. Et ad eam quasi ad matrem atq; apicẽ oẽs maiores Ecclesiæ causæ, & iudicia Episcoporum recurrant eiusq; iuxta terminũ sumant sententiã. Nec extra Romanum quicq̃ ex his debere decerni pontificẽ, quatenus nõ ita proterue, & pro libitu quisquã suo proprio arbitrio quibusq; me

Concilia nõ esse celebrãda sine sententia Romani pontificis.

D tropolitanis, sicut agere solebat, liceat inconsulto Rom. pontifice, aut maiores ecclesiæ causas deturbare, aut Episcopos damnare, sed communi sanctæ Romanæq; sedis Episcopi consilio & concordi actione, quæcq; sunt Christi zelo agenda, disponãt vnanimiter, rectéq; sentiant, & ea quæ senserint, non nobis sibimet discrepando, sed Deo placita perficiant. Elt etiam in iam fata Nicæna synodo cõcorditer statutum, vt accusatores & accusationes, quas seculi leges non admittunt, à sacerdotali funditus auertantur nocumento. Ecce inquit propheta, q̃ bonum & q̃ iucundum habitare fratres in vnum. Illi vero non in vnũ habitant, qui à fratrum se solatio subtrahunt, aut fratribus insidias præparant. Non aliter fratres vos patiamini peccato grauari, quia quod necesse est dicere veremur. Ut nec cuius religio dissipatur, indignatio prouocet. Præ oculis habete, & tota mentis acie reuerenter aspicite beati Petri gloriã, & cum ipso communes omnium apostolorum coronas, cunctorumq; martyrum palmas, qui pro fratrum nõ destructione, sed confirmatione & veritate in Christo passi sunt. Nos ergo qui domini discipuli & dici & esse volumus, portare crucem Christi, & compati fratribus debemus, & non persequi. Subtrahite rogamus, actus, cogitationésque à talibus nocumentis, si non vultis ipsam suscipere in vos vltionem, quoniam talionem meretur, qui fratri foueam præparat. Et nos scitote deinceps hunc typum non esse passuros, vt ea quæ ad hanc specialiter sanctam pertinent sedem, sicut iudicia Episcoporum & maiores causas, vt paulò superius prælibatum elt, vos patiamini nobis inconsultis inuadere absque vestri status periculo. Sed si quis ab hodierna die, & deinceps Episcopum præter huius sanctæ sedis sententiam damnare, aut propria pellere sede præsumpserit, sciat se irrecuperabiliter esse damnatũ, & proprio carere perpetim honore. Eosq;, qui absque huius sedis sunt electi sententia, vel dãnati sine huius sanctæ sedis autoritate, scitote pristinã recipere cõmu-

munionem, & in proprijs restitui sedibus. Quoniam & prius à tempore scilicet A
apostolorum hæc huic sanctæ sedi concessa sunt. Et postea in memorata Nicæna synodo, propter prauorum hominum infestationes, atq; hæreticorum persequutiones, & insidiãtium molimina fratrum sunt concorditer ab omnibus corroborata, vt magis singuli prouideant, ne talia audeãt perpetrare. Et caueant, si non propter dominum & amorem fratrum, tamen propter opprobrium hominum ruborem suum, atq; canonicam vltionem, saltem hæc timore & verecundia compressa silentio comprimantur, amputato scilicet totius vsurpationis excessu. Quia nullus debet præsumere, quæ sibi non videntur esse concessa. Quã culpam potuissetis nullo modo incidere, si vnde consecrationem honoris accipitis, inde legem totius obseruantiæ sumeretis. Et beati Petri apostoli sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset Ecclesiasticæ magistra rationis. Vnde sicut nos multum ea quæ vobis piè rectéq; sunt acta, lętificant, ita nimium ea, quæ sunt perperam gesta, contristant. Quoniam necesse est post multarum talium experimenta causarum, hæc in posterũ solicitius prospici & diligentius præcaueri, quatenus ea quæ sunt ab apostolis eorũq; successoribus statuta, nulla desidia negligãtur, nulla dissensione violẽtur, nulla concertatione turbentur. Nam sicut in vno corpore membra multa habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo. Singuli autem alter alterius membra, contextio totius corporis, vnã sanitatẽ, vnam pulchritudinẽ facit. Et hæc quidẽ cõtextio totius corporis, vnanimitatẽ requirit, sed præcipuè exigit concordiam sacerdotum. Quibus etsi dignitas communis non est, tamen ordo generalis est. Quoniam & inter beatissimos apostolos, in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, vni tamen datum, vt cæteris præemineret. De qua forma Episcoporum quædã exorta est distinctio, & magna ordinatione prouisum est, ne omnes sibi omnia B
vendicarẽt, sed essent in singulis prouincijs singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia: & rursum quidẽ in maioribus vrbibus constituti, solicitudinem eius susciperent ampliorem, per quos ad vnam beati Petri sedẽ, vniuersalis Ecclesiæ cura conflueret, & nihil vsquam à suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibusdam præpositum, non molestè ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obediẽtiam quam exigit, etiam ipse rependat. Nolite itaq; errare fratres mei dilectissimi, doctrinis varijs & extraneis nolite abduci, at institutа apostolorum & apostolicorum virorum canonesq; habentes, his fruamini, his circundemini, his delectemini, his armemini, vt his freti, circundati, delectati, armati, cõtra cũcta inimicorum resistere valeatis. Satis enim indignum est quenquam vel pontificum vel ordinum subsequentium hanc regulam refutare, q̃ beati Petri fidẽ valeat & sequi & docere. Multum enim cõuenit, vt totũ corpus Ecclesiæ in hac sibimet obseruatione concordet, quæ inde autoritatem habet, vbi dñs Ecclesiæ totius posuit principatum, dicẽte scriptura: Ordinauit in me charitatẽ. Et item: Omnia cum ordine fiant. Iterumq; Psalmista prædicãt: Circundate Sion & cõplectimini eam, narrate in turribus eius. Ponite corda vestra in virtute eius, vt enarretis in progenies alteras, quoniam hic est dominus Deus noster in æternũ & ipse reget nos in secula. Officij enim nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere liberum, quibus maior cunctis Christianæ religionis zelus incumbit. Ne per taciturnitatem, aut fauere aut cõsentire videamur fratrum nocumentis. Data Calend. Octobris Feliciano & Maximiano viris clarissimis consulibus.

Inter apostolos similitudo honoris fuit & discretio potestatis vt hic dicit.

EPI-

# EPISTOLA ORIENTALIVM AD IVLIVM PAPAM causantium, quod in communionem receperit Athanasium, & cæteros quos ipsi damnauerant.

DOMINO beatissimo & honorabili patri Iulio, apostolicæ sedis venerabili Episcopo, Eusebius, Theogonius, Theodorus & Berinthus, vna reliquis fratribus & coepiscopis nostris in Anthiochia congregatis. Licet circa omnes Ecclesiam Romanam sciamus esse munificam & apostolicam habere curam, & matrem semper existere pietatis, quanquam ab Oriente ad eam prædicatores pietatis aduenerunt, tamen optaremus vos nobiscum concordare, & quos à communione suspendimus, à vobis esse suspensos. Et quos in ordine confirmamus Episcoporum à vobis esse firmandos, nec nos secundo loco habendos, cum his qui ex his partibus ad vos vsque dogmatizantes apostoli peruenerint. Nec enim nos vobis reluctati sumus, quamuis hoc agere potuissemus, quando Nouatianus à Romana pulsus est Ecclesia. Quoniam, vti iuxta vulgarem consuetudinem loquamur, inimicitias quærit omnis qui vult recedere ab amico. Nec crimine carere potest, qui alterius excommunicatum absque eius licentia, à quo communione est priuatus, in communionem susceperit, canonibus semel iubentibus, excommunicatus ab alijs, ab alijs non suscipiatur. Viuentibus illis, à quibus communione priuatus esse dinoscitur. Nec solum in his nobis contumeliam irrogatis, sed etiam in his quædam consilia nostra dissoluitis, neq; ea rectè definitis esse. Sunt nanq; à nobis, & maxime à totius Orientis Episcopis damnati, Athanasius Alexandrinus, Paulus Constantinopolitanus, Marcellus Ancire, Asclepius Gazæ, Lucianusq; Anopolites, pro certis criminibus, quibus aduersarij sunt apud nos inscripti, quæ per præsentes huius epistolæ latores omnia sub certa relatione vestræ innotescere non omittimus sanctitati. Quibus agnitis, si nostris placitis magis, quàm eorum machinationibus assentire, & ordinatos Episcopos in damnatorum loco firmare eligitis, pacẽ vobiscum & communionẽ habere volumus. Si vero aliter egeritis, & eis amplius, q̃ nobis consentire iudicaueritis, contraria celebrabimus, & vobiscum deinceps nec congregari, nec vobis obedire, nec vobis vestrisq; fauere volumus, sed per nos quicquid melius eligerimus agere conabimur. Nam nullus est in hac parte terrarum ætatem habens, qui ignoret prædictorum volumina seductorum. Propter eos enim, multa sunt mala peracta, multa concilia, diuersis & asperis temporibus celebrata, multæ seductiones, multæ machinatiões, multa nobis opprobria illata, & alia multa quæ enumerare perlongum est. Nam si his consentire eligitis, tunc liquet quod nos perdere vultis, & non vt pater filios fouere. Dicunt enim & affirmant, tam ciues istorum, quàm consacerdotes eorum, hos fouere vos velle homicidas, sacrorum templorum euersores, virginum stupratores, sacrorum librorum incensores, sacrorumq; vasorum, & cæterorum sacrorum ministeriorum fraudatores, officiorum neglectores, imperatorum infidos, gentis & patriæ proditores, & inter sacerdo-

Athanasius excommunicatus.

cerdotes maximam generantes discordiam, eò quod substantialitatis vocē, quę A
scripta non inuenitur, in fidei doctrina posuerūt. Quid plura enumerare necesse est, quum propter eos nobis & cunctis regionis huius habitatoribus scientibus, tanta cædes hominum sit perpetrata, vt amplius quàm mille homines sint prostrati? Talibus autem fauere, quid aliud est, quàm sceleribus eorum consentire? Cùm sacra scriptura hæc prohibeat, dicens: Non solum qui faciunt, culpabiles existunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Talibus enim vos obsistere totis viribus optimum, ne inuoluamini peccatis eorum, ne ex communicationem eorum suscipiatis. Tales enim à vobis procul abijcite, ne propter animositatem populi, sacrilega dissensione dispereant, itaq; optimum vos improbis probè resistere. Quapropter si neglexeritis deturbare peruersos, liquet quod eorum protegatis errorem. Nec verò caret scrupulo societatis occultæ, qui manifestè facinoribus desinit obuiare. Decet enim vos ad arguendam proteruiam eorum linguam vestram exacuere, & velut venenosos à vobis repellere, ne eorum veneno vos vestriq; in aliquo sauciemini. Sufficiant hæ vobis querimoniæ contra eos delatæ, quoniam derelinquet nos tempus, secundum quod ait Apostolus: Si voluerimus omnium obloquentium oblatas contra eos producere querelas, maxi-
Persequutio bonorū me quum hæ nobis sufficiant, quæ superius dictæ sunt. Nec nobis necesse est iterum eorum diuulgare mala, cùm ipsa per se prodeant, & maximè omnes Orientales testes super eorum malis existant. Io ore enim, iuxta quod scriptū est, duorum vel trium testiū stabit omne verbum. Quanto magis in multitudine tantorum sacerdotum, populorum, abbatum vel monachorum, & scripto & voce contra horum prauitatem quotidie acclamantium. Nos verò diu expectauimus eos per multam patientiam, vt facerent vuas, sed illi e contrario fecerunt la-
Labrusca vuę agrestes bruscas. Vos ergo non optimum de cætero negligere & differre tales, ne (quod abſit) memorata crimina eorum subimitemini irrationabiliter episcopos ponē- B
tes. Ipsi enim, nisi cito corrigantur, iuxta quod beatus Apostolus protestatur, secundum duritiam eorum & cor impœnitens, thesaurizant sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera eius. Qui corrigendi sunt per temporalem delectationem, & per mendacia atq; figmenta sua, vobis eis assensum præbentibus, æterna perdant præmia, quæ per verā pœnitentiam consequi possunt. Nec hæc quæ prædicta sunt, solummodo Athanasio & sequacibus eius irrogamus, sed etiam quod contra regulam egerit, quam nos decreueramus. Quia non decreto communis concilij Episcoporum recepit sacerdotium, sed sibimet arrogando Ecclesiam fuit ingressus, & in sede resedit, cùm dudum decretum fuisset, nullum à pauciore numero restitui debere, quem depositum fuisse constaret. Deinde quoniam eius aduentu sit turba commota, plurimiq; seditione sint mortui, & non solum hæc per eum & propter eum sint peracta, sed etiam quidem à iam dicto Athanasio cæsi, iudicibus dicuntur esse contraditi. Hæc & alia innumerabilia sunt ab eo suisq; sequacibus impudenter perpetrata, quos excommunicatos cōmunioni, vt audiuimus, contra regulam in contumeliam omnium Orientalium sociastis. Præfato itaque debitæ salutationis officio, propter beati Petri honorem impense postulamus, vt deinceps ad vestras hinc venientes aures, non tam facile admittatis. Neq; à nobis excommunicatos vltra velitis excipere, ne canonum transgressores inueniamini, sed magis salua fraterna charitate, erratum hoc in posterum minime patiamini.

Et subscriptio. Orantem pro nobis apostolicum vestrum dominus æuo custodiat longiore beatissime pater, Amen.

IVLII

# IVLII PAPAE RE-
## SCRIPTVM CONTRA ORIENTA-
### les pro Athanasio & cæteris.

IVLIVS sanctæ Romanæ & apostolicæ Ecclesiæ Episcopus, Eusebio, Theogonio, Theodoro, Berintho, & cæteris Orientalibus Episcopis. Decuerat vos aduersus sanctã Romanam & apostolicam Ecclesiam, limatè & non ironicè loqui. Quoniam & ipse dominus noster Iesus Christus eam decenter alloquutus, ait: Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portę inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Habet enim potestatem singulari priuilegio sibi concessam, aperire & claudere ianuas cœlestis regni quibus voluerit. Nam si ei detrahere quæ domino re sacrata, atq; desuper exaltata est, non timuistis, nec mirum si fratribus irrogare iniurias minime cessatis. Vnde iam silentio non teguntur, quæ vestro concilio turbulento, atq; cum potestate decreta sint. Apparet enim quoniam quadam tumultuosa indisciplinatione veritas est oppressa. Vobis quippe non considerantibus quæ placent Deo propter iurgia, quæ contra proximos vestros habetis, vota vestra inefficabilia esse contenditis. Sed erit opus diuina prouidentia, quatenus è contrario à parte deprehensa possint euacuari. Et quicquid illic conuenientes, sine vlla qualibet
D gratia, odio, aut inimicitiarum causa gessistis, funditus repelli. Quapropter cùm omni festinatione vos omnes ad huius sanctæ sedis reuerentiam volo concurrere, quatenus gestorum apud vos integritatem per vosipsos possitis ostendere. Nam nec dubitare vos credo Athanasium, sacræ legis doctorem, non solum à nobis, sed etiam à Nicæna synodo, veræ fidei cultorem esse comprobatum. Qui defuncto Alexandro mirabili sene, qui Arrij prostrauerat blasphemias, post quinq; menses Nicæni concilij, Alexandrinorum Ecclesiæ suscepit præsulatum. Aduersus quem eiusq; sectatores, multa mendacia texentes, & nudas valde calumnias, quasi veras accusationes componentes, nobis multorum malorum cum causam, tum caput esse perhibuistis. Et non solum apud Aegyptum, sed etiam apud Palæstinam & Phœnicem, vicinasq; gentes scriptis vestris illam perturbationem esse significastis. Qua de re Ecclesiasticam sequentes regulam, vos & illos, Romæ regulariter ad iudicium die statuta, non sub angusto temporis spacio, vt excusatio locum non inueniat, literis & apocrysiarijs euocauimus. Illique vocatione suscepta ad diem præstitutum venêre. Sed vos, ne vestris mendacijs caperemini, vestráque calumnia enudaretur, venire distulistis. Nec his machinationibus solummodo contenti estis, sed etiam videntes oues pastoribus desolatas, lupos pro pastoribus super eos posuistis. Decuerat ergo, vt ad regulam veniretis conuocationem, quo de his, & de alijs vestris præsumptionibus redderetis rationem. Quoniam occurreret veritas, si falsitas displiceret. Et nullus dubitat, quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum quum innocens, vt absoluatur, requirit. Nec suspicione caret, qui alium calumnijs obiurgat falsa dixisse, quum ipse ad iudicium, vt probet, quæ intulit, euocatus venire distulerit. Vellem enim vos magis ad iam dictam conuenire vocationem, vt coram vniuersali concilio redderetis rationem, cur synodum ad statum Eccle-

Athanasius a Nicæna synodo veræ fidei cultor cõprobatus.

larum, & fratrum in Antiochiam subuertendum, & Nicæni magni concilij de- A
structionem fecistis, autcur nobis inconsultis Episcopos ad eam conuocastis,
ad quam nec maximus Hierosolymitanus venit, nec nostra inter fuit legatio,
canonibus quippe in Nicæna synodo iubentibus, non debere præter sententi-
am Romani pontificis, vllo modo concilia celebrari, nec Episcopos damnari.
Aut quur in prædictorum loco fratrum alios adulteros posuistis, antequam pe-
nes nos aut apocrysiarios nostros, eorum causa canonice esset examinata, finém
que perciperet rectum. Isti enim, qui ad memoratam regulam venêre, vocatio-
nem videntes, vos à prædictis subtrahere calumnijs, multa aduersus vos lachry-
mabilia, & doloribus plena referunt. Accusantes vos & dicentes, multa se im-
portabilia à vobis esse passos. Vos ergo refugientes venire, illósque perseueran-
tes in vera ratione, suósque calumnias reclamantes, super quibus & Aegyptio-
rum Episcopi literis nobis missis protestantur suis falsa esse, qui contra Athana-
sium fuósque sectatores machinantur, cunctáque Arrianorum machinata blas-
phemijs. Talibus namque figmentis liquet eos esse inculpabiles, vósque culpa
biles. Quia si de vera confideretis innocentia, nullo modo à iam dicta vos cano
nica subtraheretis euocatione. Quæ non subito, sed spaciose denunciata est. Sed
omni subducta apologia, absque tardatione venire, & causas reddere festinare-
tis. Quibus ita gestis, scripsi vobis & omnibus, qui in Antiochia contra apo-
stolicam canonicámque regulam nobis inconsultis fueratis. Arguens vos pri-
mum de iniurijs literarum, demum quur Athanasium, suósque consectatores
ad vestrum concilium conuocassetis canonibus semel præcipientibus, nihil ex-
tra Romanum decerni pontificem. Cui hæc & maiora Ecclesiarum negocia,
tam ab ipso domino, quàm ab omnibus vniuersorum conciliorum patribus spe
ciali sunt, vt iam dictum est, priuilegio tradita. Vobis ergo refugientibus, & ad
concilium toties conuocatis adesse nolentibus, illis quoq; in sua reclamatione, & B
iustaratione persistentibus, vestraq; cognoscentes crimina, & illorũ iustam exa-
minantes rationem, omnesq; eos Nicæno concilio cooperantes, & nostris aposto
licis iussionibus obtemperantes. Visum est nobis ac vniuerso concilio, vt nos
diuinis præceptis, & apostolicis monitis informati, qui pro omnium Ecclesiarum
statu impigro vigilare debemus effectu, si quicquam reprehensioni vsquam in
uenitur obnoxium celeri solicitudine ab ignorantiæ imperitia, aut à præsum-
ptionis vsurpatione reuocemus.

His taliter consideratis atque discretis, tanquam omnium curam gerentes,
propter sedis propriæ dignitatem, suscepimus eos in orationem, singulísque
cum autoritate huius sanctæ sedis rebus, proprias reddidimus Ecclesias. Quo-
niam huic sanctæ sedi propter priuatorum hominum insidias, ipso domino in-
stituente, & sanctis apostolis, eorúmque successoribus per singula concilia robo
rantibus, hoc semper licuit, licebítque domino auxiliante in perpetuum. Vnde
de qui sit se alijs esse præpositum, non molestè ferat aliquem sibi esse prælatum,
sed obtemperantiam, quam ab alijs requirit, gratis & ipse rependat. Quapro-
pter increpando, vobis scribo, quia non rectè tractastis viros inculpatos, & à no-
bis minimè examinatos de suis Ecclesijs communione priuatos pellentes, & Ec
clesiasticæ disciplinæ iniuriam irrogantes, constitutúmque Nicæni concilij mi-
nimè seruantes, talia indisciplinate agere non formidastis. Idcirco quoniam du
dum venire vocati renuistis, modo ad certum diem, id est, XV. Kalendas No-
uembris, vos iterum regulariter literis, missisq; euocamus, vt coram nobis osten
damus, nos iustam in eos protulisse sententiam, & de cætero non talia esse passu
ros. Est etenim in antiquis Ecclesiæ statutis decretum, vt qui aliena inuadit, non
exeat impunitus, sed cũ multiplicatione restituat. Vñ & in Euãgelio scriptũ est,

Quod

C Quod si aliquid defraudaui, reddo quadruplum. In lege quoq; cautum est: Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui. Et dicet omnis populus, Amen. Quare mirot vos tam audaces esse, et tam imprudenter egisse, & terminos ædituræ beati Petri apostolorum principis inuasisse. Sui enim, vt paulò superius cõprobatum est, iuris erat, vt absq; eius sanctæ sedis autoritate, nullus deberet aut cõcilia celebrare, aut Episcopos ad synodum conuocare, vel damnare eos, aut propriis pellere sedibus, aut alios in eorum loco ordinare, quæ omnia vos temerare nõ timuistis. Quid ergo aliud est talis præsumptio, nisi quod apostolorum, subrumq; successorum decreta transgredi, & maledictionem superius compresentem, in lege semel cautam, quam populus vno ore, cõsonaq; responsione per amen, id est, fiat, confirmauit, suscipere non timuistis? Necnon (vt reor) talibus transgressionum funiculis cõstricti nostrum, ne vestra proderẽtur flagitia, examen declinastis, & ad supradictam vocationem venire distuliſtis. Sanè manifestum est, suum eos confiteri crimen, qui toties euocati absq; ineuitabili causa venire distulerint, & purgandi se voluntate non vtuntur. Nam si de vestris dictis cõsideretis, etiam in faciem probare non distulissetis. Tales insidiatores spiritu præuidentes sancti patres in Nicæa congregati, leges statuerunt, quas nos canones appellamus, ne facile probis ab improbis damnarentur. E quibus nonnullas sententias hic inseri iudicauimus, vt tantorum patrum autoritate, nostra roborare tur epistola. Atq; omnes Orientales sint reliquarum partium Episcopi. Nec audientes in tantam foueam non incidant, ne damnationem à patribus decretam percipiant. Sequuntur enim ex prædicto cõcilio Nicæno capitula, id est, xvij. xix. xxi. xxij. xxvi. xxvij. xxviij. xxxij. xli. & v. vij. & viij. ac li. lij. liij. liiij. lv. lvij. lviij. lix. lx. lxi. lxij. lxiij. lxvij. Et omnes Episcopi, qui in quibusdam grauioribus pulsantur, vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, libere apostoD licam appellent sedem. Atq; ad eam quasi ad matrem confugiant, vt ab ea, sicut semper fuit, piè fulciantur, defendantur & liberentur. Cuius dispositioni omes maiores Ecclesiasticas causas, & Episcoporum iudicia, antiqua apostolorum, eorumq; successorum, atq; canonum autoritas reseruauit. Quoniam culpãtur Episcopi, qui aliter erga fratres egerint, quam eiusdem sedis papæ fieri placuerit. Placuit, vt accusatus vel iudicatus à prouincialibus, in aliqua causa Episcopus, licenter appellet, & adeat apostolicæ sedis pontificem, quia ut per se aut per vicarios suos, eius retractari negocium procuret. Et dum iterato iudicio põtifex causam agit, nullus alius in eius loco ponatur, aut ordinetur Episcopus. Quoniam quanquam comprouincialibus Episcopis, accusati coram eisdem pontificis acta scrutari liceat, non tamen definire inconsulto Romano põtifice permissum est. Cùm beato Petro apostolo, non ab alio, quàm ab ipso dictum sit domino: Quęcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis. Et quæcunq; solueris super terrã, erunt soluta & in cœlis. Si quis putauerit se à metropolitano grauari, apud primatem diœceseos, aut penes vniuersalis apostolicæ Ecclesiæ papam iudicetur. Accusatores & accusationes, quas leges seculi non asciscunt, & nos vna nimiter submouemus, ne fiat indistricta probatione impietas, cùm recta sit iudicij in electione sententia. Nullus Episcopus alterius parochianum præsumat retinere aut ordinare absq; eius voluntate, vel iudicare. Salua tamen in omnibus apostolica autoritate. Quia sicut irrita erit eius ordinatio, ita & dẽjudicatio. Quoniã censemus nullam alterius iudicis nisi sui sententia teneri. Nam qui eum ordinare nõ potuit, nec iudicare vllatenus poterit. Si quis erga Episcopum vel actores Ecclesiæ se proprium habere crediderit negocium, non prius adeat iudices, quàm ad eos recurrat, qui charitatis studio vt familiari colloquio commoniti ea sanare debeãt, quæ in querimoniã deducũtur. Quod si aliter egerit, cõmunione priuetur.

Maledictus qui transfert terminos proximi.

Nota statutum.

Nemo pontificum deinceps aliquẽ Episcopũ suis expoliatũ rebus, aut à sede pul A
sum excommunicare aut iudicare præsumat, quia nõ est priuilegium q̃ spoliari
possit iã nudatus. Pari tenore decernimus, non credi accusatori, q̃ absente aduer
sario causam suggerit, adq; vtriusq; partis discussiõem, nec accusatores vel testes
suscipi, q̃ non sunt idonei. Placuit, vt si accusatus vel dãnatus Episcopus, appella-
uerit Romanũ pontificem, id statuẽdum q̃d ipse iuste cẽsuerit. Et oẽs, qui aduer
sus patres armantur, infames esse censemus. Neq; eos, qui cum inimicis moran-
tur, ad accusationem vel ad testimoniũ recipiendos. Placuit semper in accusatio-
ne clericorum, primo persona, fides, vita & conuersatio blasphemantiũ perscru-
tetur. Nam fides omnes actus hominis præcedere debet. Quia dubius infidelis
est, nec eis omnino esse credendum, qui veritatis fidem ignorẽt, nec rectæ con-
uersationis vitam ducunt. Quoniam tales, & facile, & indifferenter lacerant &
criminantur rectè & piè viuentes. Ideo suspicio eorum discutienda est primo &
corrigenda. Neq; accusatoribus suspectis, & de inimicorum domo prodeuntiã
bus credendum. Quod non aliæ metropolitanæ Ecclesiæ vel primates sint, nisi il
li qui prius primates erant, & post Christi aduentum autoritate apostolica & no
nodali, primatum habere meruerũt. Reliquæ non primates, sed metropoles vo-
centur. Eorũq; Episcopi non primatum, sed aut metropolitanorum, aut archie-
piscoporum nomine fruuntur. Infames esse censemus oẽs, qui suam aut Christi-
anam præuaricantur legem, aut canonicã posthabuerunt autoritatẽ, saluo in om-
Metropo- nibus Romanæ Ecclesiæ priuilegio. Nullus metropolitanus absq; cæterorũ omni
les quæ. um comprouincialiũ Episcoporũ astantia, aliq̃rum ex illis audiat causas, q̃ irri-
tæ erũt, imo & causam in synodo pro facto dabit. Alienis erroribus sociatũ, vel à
sui propositi tramite recedentẽ, aut sacris canonibus inobediẽtem, suscipere nõ
possumus. Nec impetere rectè credentes, vel sanctorum patrum sanctionibus
obtemperãtes permittimus. Peregrina iudicia generali sanctione prohibemus. B
Quia indignum est vt ab exteris iudicetur, qui prouinciales & à se electos debet
habere iudices. Salua apostolicæ Ecclesiæ autoritate, nullus Episcopus extra su-
am prouinciam ad iudicium deuocetur, sed vocato eo canonice in loco omnibus
congruo, tempore synodali ab omnibus cõprouincialibus Episcopis audiatur,
qui concordẽ sup eum canonicãq; proferre debent sententiam. Quoniã si hoc mi-
noribus, tam clericis, quàm laicis concessum est, quanto magis de Episcopis ser-
uari conuenit: Nam si ipse metropolitanum, aut iudices suspectos habuerit, aut
infensos senserit, apud primates diœceseos, aut apud Romanæ sedis põtifices iu
dicetur. Nemini de se confesso credi potest super crimen alienum. Qm̃ eius atq;
omnis rei professio periculosa, & admitti aduersus quemlibet nõ debet. Incerta
nemo vnq̃ pontificum iudicare p̃sumat. Quia q̃is vera sint, non tamẽ credẽda,
nisi q̃ manifestis iudicijs cõprobantur, nisi q̃ manifesto iudicio conuincũtur, nisi
quæ iudiciario ordine publicantur. Criminationes maiorum natu per alios ne fi
ant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles
apparuerint, & actis docuerint publicis omnium se carere suspicione atq; inimi
citia, & irreprehensibilem fidem atq; conuersationem ducere. Et prouincialis sy-
nodus retractetur per vicarios vrbis Romæ Episcopi, si ipse decreuerit. Placuit,
vt à quibuscunq; iudicibus Ecclesiasticis ad alios iudices Ecclesiasticos, vbi est au
toritas maior fuerit prouocatum, audientia non negetur. Si quis metropolita-
nus Episcopus, nisi q̃d ad suam solummodo propriam pertinet parochiam, sine
consilio & voluntate omnium comprouincialium Episcoporum aliquid agere
tentauerit, gradus sui periculo subiacebit, & q̃d egerit, irritũ erit & vacuum. Sed
quicquid de comprouincialiũ Episcoporũ causis, suarumq; Ecclesiarũ, & clerico
rum, atq; secularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cũ omni

um

C um consensu comprouincialium agatur pontificum. Non aliquo dominationis fastu, sed humilima & concordi administratione, sicut dominus ait: Non veni ministrari, sed ministrare. Et alibi: Qui maior est vestrū, erit minister vester, & reliqua. Similiter & ipsi comprouinciales Episcopi cum eius concilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agāt iuxta sanctorum constituta patrum, & vno animo, vno ore, concorditer sancta glorificetur Trinitas in secula. Caueant iudices Ecclesiæ, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiā proferant. Quia irrita erit, & rationem pro actione reddēt in synodo. Et vt proditoris calumnia, nec eorum postea vox audiatur. Nemo enim debitorum amplius potest cognoscere, quam ille qui iniuriam, eiusq; sustinuit nequitiam. Si quis super quibuslibet criminibus clericum pulsandum crediderit in prouincia, in qua ille consistit qui pulsatur, suas exerat exactiones. Nec existimet qui cūdem accusat, alibi, aut longius protrahendum ad iudicium. Illi verò qui pulsatus fuerit, si iudices suspectos habuerit, liceat appellare. Primates accusatum discutientes Episcopum, non ante sententiam proferant damnationis, quàm apostolica freti autoritate, aut reus per seipsum, aut per innocentes & canonicè examinatos regulariter testes cōuincatur. Irritam esse iniustam Episcoporum damnatiōem. Idcirco à synodo retractandam, ita vt oppresso ab omnibus in cunctis subueniatur causis. Detractores, qui diuina autoritate eradicandi sunt, & tautores inimicorum, ab Episcopali submouemus accusatione. Similiter ne summorum quispiam, minorum accusationibus impetatur aut disperear, neq; in re dubia certa datur sententia, nec vllum iudicium, nisi prudenter habitum teneatur. Plura de his ideo hic non inseruimus, ne vacuare vilemve facere prædictam synodum videremur, aut fastidium legentibus audientibusq; prolixa faceret epistola. Si quis autē de his ampliora atque abundantiora scire voluerit, in sacro nostro sedis Ecclesiæ scrinio, & D ea quæ prædiximus, inuenire poterit, verū me dicere, testis est diuinitas. De receptione vero sedis, & sacerdotij atq; honoris, quæ dixistis Athanasium absque concilij decreto suscipere, non ita inuenimus, sicut calumniati estis. Sed quorundam Episcoporum concilio atq; decreto recepit suum, quod iniuste perdiderat, sacerdotium, ac resedit in sede. Quod quum scripsistis, non posse eum à pauciore numero Episcoporum restitui, quam depositus fuerat, non ita est. Nec hæc regula orthhdoxorum sanctæ Ecclesiæ est Episcoporum, sed Arrianorum, sociorum videlicet vestrorum hæc adinuentio, ad perditionem orthodoxorum Episcoporū contexta est. Nam vt nobis à veracibus est testibus relatum, quādo Antiochiæ pro dānatione fidei, & de consubstantialitate probata fuistis congregati, odio p̄dicti Athanasij hāc regulā protulistis, quæ nullas habet, vires, nec habere poterit. Qm̄ nec ab orthodoxis Episcopis hoc concilium actum est, nec Romanæ Ecclesiæ legatio interfuit, Canonibus præcipientibus, sine eius autoritate cōcilia fieri non debere, nec vllum ratum est aut erit vnquam cōcilium, q̄d non fultum fuerit eius autoritate. Igitur de fuga, sup qua Athanasiū reprehenditis, non rectè agitis, quum ipse dñs mandatū hoc nobis dederit: Quum p̄secuti vos fuerint in vnā ciuitatē, fugite in aliā. Et ipse dñs per semetipsum exemplum nobis demonstrauit. Pharisæi concilium fecerunt aduersus eum, vt eū occiderent. Sciens autem Iesus, discessit inde. Et alibi: Tulerunt lapides Iudæi, vt mitterent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Et transiens per medium eorum abiuit, & ita discessit. Necnon & discipuli propter metum Iudæorum recesserunt, celantes semetipsos. Et Paulus in Damasco à principe quæsitus gentis, de muro in sporta positus est, & manus quærētis effugit. Et alij quamplurimi & innumerabiles sancti, tam in veteri testamento, q̄ in nouo, fugisse leguntur. Si ergo fugā improperatis fugiētibus, erubescite potius perseq;, & quiescite insidiari,

Primates.

Detractores eradicandi.

Paulus effugit Damasci.

quiescentq; continuo fugientes. Nã siue perimatis eos, mors contra vos semper exclamat. Siue rursus exilia superponatis, vbiq; in vos mali memoriã destinare noscimur, & illi patiendo sibi proficiunt. Vnde & dñs ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam aũt non possunt occidere. Sed potius eũ timete, q̃ potest corpus & animã perdere in gehennã. Multos em̃ cognouimus pessimis machinationibus iniuste depositos. Ideo summopere mihi, cui vice apostolorũ principis vniuersalis Ecclesiæ cura cõmissa est prouidendũ, auxiliãte ipso summo apostolo, ne deinceps talia fiant. Nẽpe huic sanctæ sedi præfata priuilegia, ideo specialiter sunt concessa de cõgregandis concilijs, tam de iudicijs ac restitutionibus Episcoporũ, q̃ de summis Ecclesiarũ negocijs, vt ab ea oẽs oppressi auxiliũ, & iniuste dãnati restitutionem sumant, & talia ab improbis ne p̃sumantur absq; vltione, nec exerceantur absq; sua damnatione. Nõ ergo rectè egistis, q̃d prædictos fratres calumniati estis, dicente dño: Nõ facies calumniã proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non rectè egistis q̃d nobis inconsultis concilium celebrastis, eosq; ad concilium vocastis, & damnare p̃sumpsistis. Canonibus, vt præmissum est, iubentibus nihil ex his absq; huius sanctæ sedis autoritate fieri debere. Non rectè egistis, quod regulariter à nobis ad concilium vocati distulistis. Non rectè egistis, q̃ de his rationem reddere, vt vestra erga eos aut probaretur recta sententia, aut improbaretur, non venistis. Nec rationalẽ mandastis causam, propter quam hæc renuistis. His ergo omnibus perpensis, manifestum est vos reos existere, & illos innocentes remanere, & vos recte excommunicatos, illosq; iustos liberari. Noluit namq; dominus tã leuiter suos tractari ministros, sicut facitis, aut à vobis damnari, sed sicut memoratum est, ab hac sancta sede, cui commissi sunt, aut suo reseruari iudicio, ait enim: Qui vos contristabit, me contristabit. Qui fecerit vobis iniuriam, recipiet id quod iniquè gessit. Et quanta pœna expectet eos, qui domini scandalizant discipulos, Euangelium sufficienter exponit, vbi de scãdalizantibus discipulos loquitur. Nam quod à vobis nõ sint dãnandi, sed aut hac sancta, vt præfatum est, sede, aut sibi reseruandi, ipse manifeste dat exemplũ, quãdo pecãtes sacerdotes, quorum locum modo in sancta Ecclesia Episcopi tenent, non per alium, sed per semetipsum vẽdentes & emẽtes eiecit de templo, & mensas nummulariorum primo euertit' flagella, & eiecit de tẽplo. Et ipse alibi ait: Dñs stetit in synagoga deorũ, in medio aũt deos discernit. Et reliqua talia his q̃ similia. Et alibi idem ipse ait: Nolite iudicare, vt non iudicemini. Nolite condemnare, vt non condemnemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Quapropter non tam temere, vt vos facitis, quisquam suam præsumat euomere iniquitatem, sed iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere. Nec de illis quæ inconcessa sunt, vllo modo iudicium præsumere, interrogandi ac proponendi audiendiq; patientia præbita ab eo, vt ibi actio partium limitata sit pleniter. Nec prius litigãtibus sua velit sententia obuiare, quam illi peractis oñibus iam nihil amplius habuerint in quæstione quod proponãt. Nec oportet quẽquam iudicari aut dãnari, anteq̃ suos accusatores præsentes habeat, locumq; defendendi accipiat spacioſum ad abluenda crimina. Simile in iamfata synodo statutum est, vt vltra prouinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur, nisi ad hanc apostolicam fuerit sedem prouocatum. Ad quam omnes qui voluerint, libere & absque vllo impedimento in quibusdam agendis confluere debent. Similiter in præfixa synodo est decretum, ne suspecti, infames, vel criminosi, aut gratiosi, aut calumniatores, vel affines, aut scelerati, aut facile litigantes suscipiantur accusatores, sed tales qui omni careant suspicione. Quia columnas suas dominus firmiter stare voluit, nec à quibuscunque agitari. Similiter fata statuit synodus, vt nullum sententia non à suo iudicedi-

Statuta synodica.

C ce dicta constringat. Iudices autem alij esse non debent, nisi quos ipse qui impetitur, degerit, aut quos suo cũ cõsensu hęc sancta sedes, aut eius primates, autoritate huius sanctæ sedis delegauerint. In his autem & alijs, quæ tam in hac sancta sede, quã & ab apostolis eorumq; successoribus sunt statuta, nihil pfatis Episcopis cõcessistis, sed vim eis inferentes, iniusteq;, vt superius cõmemoratũ est, eos dãnantes, aliquos absentes expulistis, qd omni Christianæ religioni est inimicũ. In qbus apparet q nec dño sua seruastis iura, nec huic sanctæ matri & apostolicę Ecclesiæ, quæ vt pscriptum est, suo iudicio, aut huic sedi voluit reseruari, ne à tã prauis, sicut estis, hominibus damnarentur aut eijcerentur. In his omnibus vos stultos & puaricatores euangeliorum & canonum esse, nulli sanè sapientum est absconditũ. Nec his contenti estis in vestra pręuaricatione, sed etiã prius expulsos eos & suis expoliatos rebus, vocastis atq; dãnastis, cum nullus regulariter dãnandus nisi fuerit restitutus, & sua omnia et legibus sint integerrimè restituta. Est nanq; in sæpè iã dicta synodo ab omnibus vnanimiter decretum, et autoritate apostolica roboratũ, vt si quis Episcoporũ suis fuerit rebus expoliatus, & in accusatione pulsatus, ordinatione pontificum oportet & decet sanctum pr positum prima fronte certare. Vt omnia quæ per suggestiones inimicorum suorũ amiserat, legaliter primò potestati eius ab honorabili consilio redintegrantur, & præsul regulariter prius statui pristino reddatur, & ipse depositis ordinatisq; rebus suis, tunc ad tempus veniat ad causam. Et si ita iustè videtur, accusantium propositionibus respondeat. Quare ergo transgressi estis terminos patrum, iudicantes & damnantes eos, quos nõ debuistis? Quare iudicastis eos, q̃s non regulariter approbastis, q̃d in Regnorũ libro scriptum est: Nõ q̃modo homo videt Deus, quia homo videt in facie. Deus aũt in corde videt. Et in Paralipomenis: Omnia corda scrutatur Deus, & oẽm cogitationem nouit. Et alibi scriptum D est: Nõ potest humano condẽnari examine, quẽ Deus suo reseruat iudicio. Hęc omnia summopere p̃cauenda sunt, nec accusatio Episcoporum facile est recipienda, dicente dño: Non suscipias vocem mendacij. Et Apostolus inquit: Aduersus presbyterum inscriptionem non recipiendã absq; duobus vel tribus idoneis testibus. Si hæc de presbyteris vel cæteris fidelibus sunt p̃cauenda, quãto de Episcopis, quibus cognitis, magis vos dominari velle manifestum est, q̃ consulere funeribus, aut subsidẽtare eos. Quia honor inflat ad superbiã & quod prouisum est ad concordiã, tendit ad noxam. Decuerat nãq; vos iuxta præfatas regulas, si aliquid egissent contra suũ ordinẽ mandare nobis, & expectare quid ad vestra consulta referiberemus, in tantũ vt si etiã quicq; graue intolerandumq; cõmisissent, nostra expectanda censura, & nihil prius aut aliud decernere, quàm quod nobis placere cognouisseris, ita vt à regulis præstitutis, nulla aut negligentia, aut præsumptione recederetis. Cesset huiusmodi pressa autoritate præsumptio, vitentur huiusmodi nocumenta, quia nequaq̃ talia patienter ferre possumus machinamenta. Quoniã conuenit nos paternarum sanctionum diligentes esse custodes. Meritò nanq; nos causa respicit, si silentio faueamus errori. Est insuper in p̃dicta sancta Nicæna synodo statutũ, vt nemo anathema in nostra suscipiatur accusatiõe Nec illi, qui nos in sua noluit recipere querela vel accusatiõe. Cũ nos super illos sciamus à dño constitutos, non illos super nos. Et sicut maior nõ potest à minore iudicari, nec ira colligari, quia est omne quod magnum est. Portemus onera omniũ, qui grauantur. Quinimò hæc portat in nobis beatus apostolus Petrus, cuius vice fungimur legatione, & cuius regula infirmamur, quatenus eius fulti auxilio, ab omnibus nunc & in perpetuo tueamur aduersis. Data Calend. Nouembr. Feliciano & Maximiano viris clarissimis consulibus.

Hic multũ tribuit Ecclesiæ Romanæ.

# D. ATHANASII AR

A

## ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIni, & Aegyptiorum Episcoporum ad Liberium papam de oppressionibus Arrianorum.

DOMINO Beatissimo & honorabili sancto patri Liberio papæ, Athanasius & vniuersi Aegyptiorum Episcopi, in vnum synodicè apud Alexandriam congregati. Vestræ beatissimæ paternitatis iura penes Deum sint manifesta, dum prædicationibus scilicet Apostolicis, & doctrinis yeræ fidei cultura vniuersa repleta sit terra. Per diuinorum tamen eruditionem eloquiorum, vestra instruente admonitione exhortatoria, superædificatur orthodoxa Christi Ecclesia, Apostolica institutione fundata, & à fidelibus patribus firmissimè roborata. Ad quam omnes beatissimi Apostoli, pari honoris & potestatis consortio præditi, populorum agmina conuertentes, piè sanctèq; de tenebris ad lumen, de lapsu ad veram fidem, de morte ad vitam homines diuinæ prædestinationis gratia præscitos, salutaribus præceptis ac monitis perduxerunt. Quorum sanctorum apostolorum vestra fraternitas honoranda sequens merita, & perfectius implens exempla, Ecclesiam Dei morum probitate & actuum sanctitate cõdecorat, & fide sacra, Christianisq; moribus ingens, quæ fieri Deo placita præcipit, studijs pontificalibus indesinenter operatur & perficit, seruans legis diuinę mandata. Quia non legis auditores iusti sunt apud Deum, sicut narrat Apostolus, sed factores legis iustificabuntur. Nos enim hæc meditari cupientes, & ea B
quæ à sancta sede vestra, apostolorum eorumq; successorum prædicatione suscepimus, atque quæ in Nicæna synodo roborata cognouimus prædicare, & Arrianorum blasphemias, atque aliorum hæreticorum repellere. Qui quotidie ab his persequimur, & damnationi tradimur, atque morti destinamur. Qua de re precamur, in vestris exhortatiõibus tam per vos, quàm et apocrysiarios vestros adiuuemur. Ne dum illi crescunt, et nos minuimur, vera fides destruatur, et eorum hæresis vltra fidem nostram crescat. Quoniam timeo, vt postquam abundauerit iniquitas, refrigescat charitas multorum. Pro qua re multa vestræ sacræ doctrinæ, tam apud Deum, quàm apud cunctos fideles, merces et laus reposita est, si vestra resecentur autoritate. Nostram enim fidem, quam à sanctis patribus accepimus et tenemus, atque docemus, subter inseruimus. Vt si aliquis vobis aliter nos credere, aut docere, aut accusando, aut mussitando retulerit, vel detrahendo scriptis mandauerit, per hanc manifestè nos ita credere et docere agnoscatis. Credimus namque in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium, nec non et inuisibilium conditorem. Et in vnum dominum nostrum Iesum Christum filium Dei natum ex patre vnigenitum, hoc est, ex substantia patris. Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non creatum, ὁμοούσιον, hoc est, eiusdẽ cum patre substantiæ. Per quem omnia facta sunt, cœlestia et terrestria. Qui propter nos homines, et propter nostram salutẽ descendit de cœlis. Et incarnatus est, et homo factus. Passus est, et resurrexit tertia die. Ascẽdit in cœlum, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritũ sanctũ. Eos aũt qui dicũt, erat tempus quãdo nõ erat. Et priusq; nasceretur non erat. Et ga ex nullis subsistẽtibus factus est, aut ex alia substãtia vel essentia,

symbolũ fidei Athanasij.

dicunt

C dicunt esse conuertibilem, atque mutabilem filium Dei. Hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia. Hanc venerabilem fidem, trecenti quidem decẽ & octo, & cognouerũt & amplexi sunt, & cõsonantes & vnanimes scriptis exclamauerunt. Sed modò quoniam contra hæc ex nostris talia exurgunt, qualia non debent, venite & vos dilectissimi fratres cum Deo, & descẽdamus ad vsitationem, id est, inquisitionem sermonum eorum, & confundamus per approbationem verissimam ibidem linguas eorum eleuatas contra scientiam vnigeniti filij Dei, iniquitatem in altitudinem humanitatis eius loquentes: Disrumpamus vincula eorum per gladium spiritalem, quod est verbum Dei, & proiciamus à nobis iugum ipsorum, per expugnationem profani sensus illorum. Tunc etenim ipse quoq; dominus irridebit eos & subsannabit, & tũc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos secundum beatum Hieremiam, dicens: Falsò prophetæ isti vaticinantur in nomine meo. Non eñ misi eos, & non præcepi eis, neq; loquutus sum ad eos, visionem mendacem, & diuinationem, & fraudulentiam & seductionem cordis sui prophetant vobis. Ideo hęc dicit dominus: De prophetis qui prophetant in nomine meo mendacium, erunt proiecti in vijs Hierusalem & conculcatio omnium piè confitentium me, & non erit qui sepeliat eos. Nemo enim abscondere potest quibusdam subreptionibus cõmendatitijs, sicut nec tolijs fici, antiquus transgressor præcepti Adam potuit, qui per propriam linguam inuerecundè nudatur. Laqueus eñ fortis viro labia eius & captus proprijs sermonibus, & opera manuum eius, retributio autem laborũ eius dabitur ei, & impietatis reprehensio. Arguam te, inquit, & statuam contra faciem tuam, existimasti iniquè, quòd essem tibi similis. Propterea sicut dicit dominus ad Gedeon: Deponamus eos ad aquam veræ discretiõis, & probemus eos ibi regulari examinatione in idipsum pronos corruentes, per ostensionem

D praui intellectus eorum, vtrùm ne sint apud se sapientes diuini verbi scientiam ignorantes. Quoniam dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt & mutauerunt gloriam catholicæ Ecclesiæ propria nouitate, siue per ea quæ illicitè in eius defensione gesta sunt, hæreticam turbulentiam introducentes, illud competenter ad nos retinentes, quod benè ad Iesum filium Sirachi dictum est: Vsq; ad mortem certa pro veritate, & dominus pugnabit pro te. Huius rei gratia vniuersalis vobis à Christo Iesu cõmissa est Ecclesia, vt pro oñibus laboretis, et cunctis opẽ ferre non negligatis. Quia dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Ideoq; tanta vrgente necessitate, summopere comprimite vestra summa autoritate infestos, releuate oppressos, vt absq; graui, domino opitulante, difficultate ipsi gratanter omni tempore sacrificare mereamur il læsi. Et subscriptio. Aeterna teseruet diuinitas, per multos annos sanctissime patrum pater. Amen.

Gladius spiritalis verbum Dei

## LIBERII PAPAE RESCRIPTVM AD Athanasium & Aegyptios Episcopos.

Dilectissimo filio Athanasio, & omnibus in vnum congregatis, & de trinitatis fide rectè sentientibus Aegyptiorum Episcopis, Liberius papa. Olim & ab initio tantam percepimus à beato Petro apostolorũ principe fiduciam, vt habeamus autoritatem pro vniuersali Ecclesia ad rectam defendendam fidem, quatenus nulli liceat statũ sanctæ Ecclesiæ cõmouere ad læsionem rectè credentium, absq; sui periculo honoris. Epistolam siquidem vestrum nob sq; directam, ante nos recitari fecimus, tribulationes & pfecutiones, quas pro recta fide patimini, intellexim̃us. Sup q̃bus et nos vnà vobiscum

Al. cõmouere.

biſcum condoleamus, et laborare pro vobis, vt pátet pro filijs, parati ſumus: Fidem verò Nicæni cõcilij in eadem epiſtola rectam reperimus, ſuper qua et Deo gratias vberrimas retulimus. Pro qua non ſolum modo perſecutiones et paſſiones ſuſtinere vobiſcum parati ſumus, ſed etiam ſi neceſſe fuerit, mõti prò Chriſti nomine, in quantum noſtra ſinit fragilitas, non reſpuimus. Igitur prædictũ ſanctum, vt legimus, concilium definiuit Nicænum, aliã fidem nulli licere proferre aut conſcribere, vel componere, aut ſapere, vel docere aliter, nec quicquam in fide ſentire aut proferre, quod his patrum regulis poſſit obuiare. Qui autem præſumpſerit aliam fidem componere, aut proferre, vel docere aut tradere aliud ſymbolum, ad viam veritatis conuerti deſiderantibus de quacunq; hæreſi, vel ex Iudæis aut paganis Chriſtianos ſe fieri volentibus, hi ſi Epiſcopi fuerint aut clerici, alienatos quidem Epiſcopos ab epiſcopatu, clericos à clero. Si verò monachi, aut laici fuerint, anathemate feriri. Proteſtatur enim beatus Apoſtolus, dicens: Si quis certat, non coronatur, niſi legitimè certauerit. Et iterum dominus ait: Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Videlicet certaminibus ſacris propoſitis nobis, pro defenſione catholicæ Eccleſiæ, magnaq; ſalute ex hoc ſperata ab omnium bonorum datore Deo, non deficiant manus noſtræ dilectiſſimi fratres per occaſionem cuiuslibet deſidiæ diſſolutæ, ſed fratres efficiamur per gratiam domini, atq; virtutem potentiæ eius, quoniam perfecit pedes noſtros tanquam ceruorum, et ſuper excelſa firmius ſtatuit. Per intellectum ſummæ eius humanitatis propter noſtram ſalutem, maximè tamen habentes impoſitam ſanctorum teſtium nubem. Deponentes ergo omne pondus, et circumſtantem aduerſariorum nouitatem, per patientiam curramus aſpicientes in autorem fidei, et conſummatorem Ieſum, qui propoſito nobis propter eum negocio, ſpiritum ſuæ veritatis condonet loquentem in nobis, atq; perhibentem magnalia fidei, per doctrinam ſanctorum patrum, quos aduerſarij calumniantur quotidie. In prophetis nanque habetur: Propter Sion nõ tacebo, et propter Hieruſalem non quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, et ſaluator eius vt lampas accendatur. Profectò catholica Eccleſia, quæ vera conſiſtit Sion, & ciuitas CHRISTI cœlorum regis, per annorum ſpacia expugnata ab aduerſantibus verbo fidei, qui neque Deum timent, neque hominem reuerentur, ſed incaſſum per ducentibus pias & canonicas de hoc verbo doctrinas, dum à diuerſis tantiſq; ſcripto, & ſine ſcripto conteſtationibus initiati fuiſſent, corrigere propriam & ſepelire hæreſim. Sicuti & per anteriorem cognitionem luculentius demonſtratum eſt, tam per libellos, quàm per ſuggeſtiones reuerendiſſimorũ ſacerdotum, & venerabilium abbatum, Apoſtolo proteſtante nobis, vt hominem hæreticum, poſt primam & ſecundam correptionem, euitare debeamus, Sciẽtes, quia ſubuerſus eſt huiuſmodi, & deliquit proprio iudicio condemnatus. Nullo modo oportet nos deinceps tacere aut quieſcere, ne quoquo modo iniqui iudicemur odibilem Deo ſpatrem amplectentes. Quoniam ſcriptum eſt: Zelaui in peccatoribus pacem peccatorum videns. Et dicatur etiam de nobis. Sacerdotes mei contemſerunt meam legem, & polluerunt ſanctuaria mea, inter ſanctum & prophanum non habuêre diſtantiam, & inter pollutum & mundũ non intellexerunt, ſed conſurgere nos conuenit cũ Deo, conſiſtere promptè, induentes arma ſpiritus aduerſus malignantes contra fidem eius, vt approbemus ſpiritus ſapiẽtiæ, id eſt, verba eorum, ſi ex Deo ſunt. Scriptum eſt enim in Hieremia: Probatorem dedi te in populo meo robuſtum, & ſcies & probabis viam eorum. Multa nanq; nobis neceſſaria eſt vigilantia, & tanta diuinæ ſapientiæ rimatio, quæ occulta tenebrarum reuelat ad requiſitionem huiuſmodi rei, & ſcrutationem quæ latet quodammodo & abſconditur,

A

B

Eccleſia catholica Sion.

Al. partẽ.

C ditur, vtq; comprehenditur dolosa existens malitia pro eo quod sibi pietatem callidè blandiatur, vt valeat scrutantium mentem latere. Quod vtiq; sciens beatus Apostolus ait: Nam huiusmodi pseudapostoli, & operarij subdoli, transfigurant se in apostolos Christi. Sed non mirum, quoniam & ipse satanas transfigurat se, velut angelus lucis. Et ideo non mirum si ministri eius transfigurantur, velut ministri iustitiæ, quoniam finis secundum opera eorum. Sed & dñs in hoc præmuniens nos, ait: Attendite à falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimẽto ouium, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Ergo in idipsum ex toto corde ferentes ante omnia super tali quæstione deprecationem, & dicentes cum Dauid: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Lucerna enim pedibus meis verbum tuum domine, & lumen semitis meis, quoniam ipsius est, sicut ait beatus Daniel propheta: Sapientia & fortitudo, dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinã. Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cũ eo est. Quia sapientiam, inquit, & fortitudinem dedisti mihi, & ostendisti mihi quæ rogaui te. Cum opera diuina vniuscuiusq; personæ descripta, eorum qui pro nouitatis commento accusati de venerabili nostro seruo obsecundantibus, & nobis ordinabiliter offerentibus, solertius intendamus, ita vt qui hæc præsumpserint prævaricati, primum quidem subiaceant iudicio terribili omnipotentis Dei, deinde autem qualemcunq; regalem indignationem reuereantur. Per quam siquidem Episcopi, aut clerici fuerint, à sui sacerdotij, siue à sui cleri ordine modis omnibus excidant. Sin autem monachi sunt, segregẽtur, & alieni sint à suis locis. Sin autem dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur eis. Quod si priuati siquidem nobiles consistunt, suarum substantiarum præscriptionem patiantur. Sin autem ignobiles consistunt, non solum in corpore verbe-
D rentur, sed exilio perpetuo castigentur, vt omnes timore Dei compressi, & comminata eis digna supplicia reuerentes, immobilem et sine turbatione pacem sanctarum Dei Ecclesiarum custodiant. Data viij. Calend. Iunij. Asclepio et Deodato venerabilibus. CC. Explicit. Gloria Christo Iesu domino nostro. Pax vobis. Amen.

Angelus Satanæ transfigurat se in angelũ lucis.

## PONTIFICVM AEGYPTIORVM AD Felicem Papam de infestationibus Arrianorum.

DOmino ter beatissimo & honorabili sancto patri Felici sanctæ sedis apostolicæ vrbis Romæ papę Athanasius, & vniuersi Aegyptiorum, Thebaidorum, & Libyorum episcopi, in sancta Alexandrina synodo gratia Dei congregati. Vestro sancto suggerimus apostolatui, vt nostri more solito solicitudinem gerere dignemini, iuxta vestram prudentissimam sapientiam, quæ omnibus luce clarius manifesta est: quia apostolicis vestra beatitudo visceribus commota, super tribulatione nostra, nos omnes hortata est ad tuitionem catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ, in vnum conuenire, & de nostra canonicè oppressione, & vnanimiter tractare, dum constat nos vnà cum beato Paulo Apostolo eadem compassibiliter dicere: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Satagentes, ne aliqua de ijs, quę vobis creditæ sunt rationabilibus ouibus, à bestijs capiatur. Ideo pater beatissime, quia semper antecessores nostri, & nos à vestra apostolica sancta sede auxilium hausimus, & nostri vos habere curam nouimus, præfatam apostolicam & summam expetimus, iuxta canonum decreta, sedem, vt inde auxilium capiamus.

piamus. Vnde prædecessores nostri ordinationes et dogmata atque sublea- A
Al. traxerunt vel tenuerunt. tiones texerunt. Ad eam quoq; quasi ad matrem recurrimus, vt eius vberibus nutriamur, quoniam non potest mater obliuisci infantem suum: Sic et vos nolite obliuisci nos vobis commissos. Quoniam non leuibus nos inimici nostri implicuerunt, et quotidie facere moliuntur, afflictionibus. Et apprehendere, ac ferinos constringi minantur, nisi eorum consentiamus erroribus, quod nequaquam vobis inconsultis agere præsumimus, canonibus quippe iubentibus absque Romano pontifice, nos de maioribus causis nihil debere decernere. Ideoq; ad propositum recurrentes, et ad brauium properantes, vestræ apostolicæ sedis imploramus auxilium. Quia, vt credimus, non despexit Deus preces cũ lachrimis sibi oblatas seruorum suorum, sed ob id vos prædecessores q; vestros, apostolicos videlicet præsules, in summitatis arce constituit, omniumq; Ecclesiarum curam habere præcepit, vt nobis succurratis, nosq; tuentes, quibus omne Episcoporum iudicium est commissum, liberare ab hostibus nostris non negligatis. Nam scimus in Nicæna magna synodo trecentorum decem & octo Episcoporum, ab omnibus concorditer esse roboratum, non debere absq; Romani pontificis sententia concilia celebrari, nec Episcopos damnare licet, hæc et synodica capitula alia complura perneccessaria, ab hæreticis, qui nos quotidie infestant et perdere nituntur, vt facilius nos capere possint, sint incensa, nobisq; sublata. Qua de re hac inuenta occasione, indifferenter omni canonica et apostolica postposita autoritate, nos vi à proprijs vobis inconsultis, illicitè expellunt sedibus, oueśq; nobis à CHRISTO domino apostolica commissas gratia invadunt, gradibus priuant. Et quod pessimum est, & omnibus Christianis legibus inimicum, interficere decertant. Vos ergo vt semper vestræ sedi sanctæ consuetudo fuit, periclitantibus subuenite, oppressos roborate, tribulantibus manum porrigite, taliaq; prohibete, & leges imponite, vt apostolica doctri- B
na, quæ in Deo est, cito ad victorum iudicium perducere valeat nostrum, nosq; apostolorum principe suffragante Petro, ab imminentibus periculis liberare. Nouimus nanque in iam fata Nicæna synodo generaliter esse decretum, vt nullus passim vageq; Episcopos, aut præsumptiuè lacerare aut accusare, & qui non sunt rectæ fidei vel bonæ vitæ, vel claræ conuersationis, infamare præsumat. Sed prius si erga Episcopos vel autores Ecclesiæ quisquam causam habuerit, eos cum charitate manuete conueniat, vt ab eis vulnus vnde agitur, rectè sanetur. Aut ipse, si secus egerit, accusator excommunicetur. Quòd si ab eis nihil rectè valuerit percipere, tunc primo summos adeat primates, & ipsi tempore congruo canonicè eos conuocare debebunt. Qui si aut suis rebus expoliati, aut à proprijs sedibus eiecti, aut exiliati, vel oppressi, aut iniquè tractati fuerint, primo eruantur, & canonicè restituantur, atq; omnia sibi sublata integerrimè eis legibus reddantur. Quoniam priusquam hæc fiant, vt in prædicto cõstitutum est concilio, nec canonicè conuocari, nec distringi à quocunq; possunt. Quoniam nec seculi leges hæc fieri permittunt, quantò minus ecclesiasticæ. Similiter & à supradictis patribus est definitum consonanter, vt si quisquam episcoporũ, aut metropolitanum, aut comprouinciales, vel iudices suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam interpellent sedẽ, cui ab ipso domino potestas ligãdi ac absoluendi, speciali est priuilegio super alios concessa. Ipsa enim firmamentũ à Deo fixum, & immobile præsepe, quoniam ipsam formam vniuersorum titulorum lucidissimam dominus Iesus Christus veram apostolicam constituit sedem. Ipsa est eñ sacer vertex, in quo omnes vertũtur, sustentantur, leuantur, & sicut in Christo Christiani, & in Petro in Christo renouantur Ecclesiæ. Tu es enim, sicut diuinum veraciter testatur eloquium, Petrus, & super fundamen-

A damentum tuum ecclesiæ columna, id est, Christi, qui ecclesiã sustinere, & proprijs humeris portare debes, sunt confirmati. Tibiq; claues regni cœlorum commisit, atq; ligare & soluere potestatiue, quæ in terra & quę in cœlis sunt, promulgauit. Tu prophanarum hæresium & impetitorum atq; omnium infestantium depositor, & princeps, & doctor, caputq; omnium orthodoxæ doctrinæ & immaculatæ fidei existis. Igitur ne despicias patrum tuorum pater pietatem, bonamq; intentionem. Et sicut illi patres, & prædecessores nostros à multis liberauerunt oppressionibus & angustijs, ita nos liberare digneris. Nam fuit semper vestræ sanctæ & apostolicæ sedi licentia, iniustè damnatos vel excommunicatos, potestatiuè sua autoritate restituere, & sua eis omnia reddere, & illos qui eos condemnauerunt, aut excommunicauerunt, apostolico punire priuilegio. Sicut etiam nostris & antecessoribus cognouimus actum temporibus. Porrò & ipsi primates, qui episcoporum & summorum ecclesiasticorum causas suscipere debent, in præfixa Nicęna Synodo sunt dinumerati, ne in posterum ex hoc contentio oriretur. O sanctissime pater patrum, abscinde blasphemias & iactantiã vaniloquorum, & insidiantium infestationes, nos & fratres nostros opprimentiũ, atq; perdere volentium, qui ad vos quasi ad caput confugimus, vt vestro suffultu auxilio liberemur, & vobis nobisq; Christi cõmissas oues à luporum ore, dño adminiculante, anteq; deglutiantur, rapiamus. Nec eñ fas est supplicũ apostolicę sedis scripto aut sine scripto p̃ces oblatas despicere, sed vt cõdecet, & priuilegiũ vestræ sedis est, & nos, & illi canonicaliter conuocemur, & ante vos de nostris obiectionibus canonicè cum omni probitate concertemus. Sicut prædecessores nostri penes vestros fecerunt antecessores, & sicut canonica in prędicta sancta synodo docent constituta, & veluti paleati verbi per ventilabrum canonicæ examinationis, plenam purgationem in communi consistentes auditorio, de maiu-

B ris & nutrientibus catholicæ ecclesiæ dogmatibus, quę confirmant cor hominis, participationem paternarum consequamur institutionum. Antiquis enim regulis sancitum est, vt quicquid, quamuis in remotis aut in longinquis positis prouincijs, super episcoporum querelis aut accusationibus ageretur, non prius tractandum vel accipiendum esset, quàm ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset pronunciatio facta, qua infirmaretur, aut firmaretur. Indeq; sumerent normam, vnde ecclesiæ sumpsere exordium prædicationis, ne passim ab insidiatoribus columnæ euerterentur ecclesiæ. Certum est enim eidem sanctæ sedi vestræ in honorem beatissimi Petri, patrum decreta peculiarem decreuisse reuerentiam Dei, pro rebus inquirendis atque determinandis, quas solicitè decet, iustéq; ab ipso præsulum examinari vertice apostolico, cuius solicitudo semper fuit & est, tam mala damnare, quàm probare laudanda. Quoniam humillimum vestro apostolico culmini persoluentes obsequium, vt ipse dominus præcepit, & sanctorum decreta patrum statuerunt, cum lachrymis suggerimus, quod sine gemitu cordis reticere non valemus. Nam in tantum à persecutoribus sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisq; inimicis persequimur, vt magis nos viuere, quàm mori nesciamus. Vnde pro omnibus fatemur, in tantum cor esse nostrum vulneratum, vt propheticum illud præceptum exoptemus, dicentes: Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis nostris fontem lachrymarum, vt sedentes ploremus die ac nocte? Ecce enim oues, quæ nimis infestantur, atq; à prauis amoueri hominibus impelluntur. Christianorum verò voces ac gemitus episcoporum longè lateq; resonant, nouitates insurgunt, calumniæ crescunt, persecutio grassatur, perditio fit populorum. Vestrum est nobis manum porrigere, vobis enim commissi sumus, vestrum est nos defendere atq; liberare, nostrumq; est à vobis auxilium expetere, & vestris parere iussionibus. Pro nimio ergo dolore atq; gemitu om-

nium, quæ nos infestãt, necessariò recordari, vobisq; significare nequimus. Ideo C
almum vestrum exoramus apostolatum, vt super his legem quæ in memorata
Nicæna synodo est promulgata, quamuis prædictorum insidiatorum, & alio-
rum malorum hominum, quò faucibus episcopos Dei ministros valeant illa-
queare, est suffocata, reparetis, & quæ necessaria fore cognoscitis, vestræ sanctæ
sedis autoritate nos cunctósque fratres informetis, vt malorum insidias homi-
num vestra fulti autoritate illæsi, domino opitulante euadere valeamus, quia in-
sidias luporum præuidere, non ouium, sed pastorum est. Scimus enim quòd id
semper vestræ sedis præsules, primo Apostoli, deinde successores eorum fece-
runt. Vos vniuersalis Ecclesiæ, & maximè Episcoporum, qui oculi domini
propter contemplationem & speculationem vocantur, curam gerere, ac de re-
uelatione & lege nostra assiduè cogitare debetis, sicut scriptum est: Beatus qui
meditatur in lege domini die ac nocte. Quæ meditatio, non lectione per figu-
ram literarum tantum conspecta, sed vberante in vobis Christi gratia in vestra
cognoscitur conscientia immobiliter insita, & nullatenus de vestro corde rece-
dente lege Christi Dei sacrosancta, sicut in Psalmis dicit Propheta: Os iusti me-
ditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium, lex Dei eius in corde
ipsius, non atramento, sed spiritu Dei viui vestris in arcanis conscripta, neque
in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, sicut beatissimi Apostoli Pau
li ad Corinthios missa nos docet epistola. Quibus præmissis significamus Deo
placitæ fraternitati vestræ, die septimo Calendarum Augustarum indictionis
quartæ, nostram humilitatem diuina gratia, suo, vt præcepit, munere præueni-
ente, vestris sanctis ac Deo dignis precibus, in sancta Romana Ecclesia ponti-
ficalis honoris accepisse consecrationem & stolam, vt in quo dignitatis fastigio
Deo omnipotente altissimo regamur, & à malis omnibus liberemur. Vt non sa
cerdotale nomen tantum, sed Christi domini nostri Dei protegente auxilio & D
meritum habeamus, vestris sanctis ac Deo acceptabilibus nos commendantes
orationibus, poscimus quatenus & vestris deprecationibus pro nobis ad Deum
effusis muniti, & eruditionibus bonis instructi, digni efficiamur cum omni no-
bis populo Christiano commisso illæsi, protegi velamento diuino. Ad salutatio
nem ergo vestræ sanctæ & honorandæ fraternitatis, vice nostra, Benedictum
humilem nostrum fratrem vestrum Episcopum, & Alexandrum presbyterũ,
Crispinum quoque diaconum, vestros famulos destinauimus. Propter quos po
stulamus celerius nobis à vestra beatitudine persolui, vt vestris cohortationi-
bus roborati, vestris regulis inimicis videlicet compressis informati, ad pro-
prias prudenter consolati, valeamus Ecclesias ante hyemem domino propitio
remeare. Vestrum est quippe, pater sanctissime, canonica districtione solicitè
ecclesiasticæ regulæ aduersantibus, & fratrum insidiatoribus obuiare. Nec per-
mittere nouiter dici, quòd patrum venerabilium autoritas omnino non cen-
suit. Nos enim humiles corde, sapientes adiuuante domino vno vinculo chari-
tatis vobiscum sumus constricti, veram fidem, ac religionem catholicam in om-
nibus fortiter defensantes. Studiosius itaque à catholicis improbis probè resi-
stere nitendum est, ne torpentes, desidia oppressi, culpæ taciturnitatis reneamur obnoxij, & quasi fauorem impendentes iudicemur. Vnde & dictũ est: Neg-
ligere cùm possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fouere. Nec caret
scrupulo societatis occultæ, q manifesto facinori desinit obuiare. Manifesta est
doctor sanctissime, venenosa serpentum sine simplicitate astutia, dum manife-
sta est dolosa inimicorum fallacia. Succurrite quesumus oppressis, liberate nos
de manu persequentium, vt cum beato Iob cantetis: Benedictio perituri super
Iob 29 me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestiui me si

cut

A cut veſtimento & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, cauſam quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam. Conuertebam molas iniqui, & de dentibus eorum auferebam prædam, & reliqua. Nos enim, quos tua maxima expectat cura, id eſt, epiſcopi omnes, præcipuè tuum debemus mereri iudicium, & non ab alijs deuorari. Merito ergo nos ſacerdotes domini cauſa reſpicit, ſi ſilentio faueamus errori. Siquidem corripiantur huiuſmodi, nec ſit liberum eis pro voluntate habere iudicium, deſinátque nouitas inceſſere vetuſtatem, deſinat Eccleſiarum quietem inquietudo turbare. Nam omnes metropolitani, vel reliqui epiſcopi, ſua odia aut vindictas in reliquos epiſcopos exercere non valeant. Ideo nominatim in Nicæna Synodo expreſſi ſunt primates, qui reliquos epiſcopos audire & iudicare debeant, ne vlla fraus in iudicio epiſcoporum poſſit irruere. Vos ergo qui in ſummo ſpeculo gratiæ Dei eſtis depoſiti, attendere eos, & opprimere oportet, qui in fratres ſeditiones & ſcandala excitant. Ideóque exoramus, vt minimè deſpiciatis humilitatis noſtræ, & omnium orientalium orthodoxorum ſacerdotum & populorum afflictiones & damnationes, cum lachrymis oblatas. Sed ſicut luminaria vniuerſo mundo, verbum vitæ retinentes, introductas extinguite tenebras, nefandiſſimorum inſidiatorum temporibus etiam noſtris procaciter germinatas, quatenus funditus extincta huiuſmodi caligine, lucifer nobis reſplendeat per vos ſanctiſſime pater, & dogmatica definitio vbique omnes lætificans, qua glorioſi ſancti patres per propria piiſſime dogmata in æterno vitæ firmam hæreditatem prædicaſſe noſcuntur. Et ſubſcriptio, incolumem te & beneplacitum Deo ſanctiſſime pater patrum orantem pro nobis dominus cuſtodiat in æuum, Amen.

B

## FELICIS PAPAE AD ATHANASIVM. & orientales Epiſcopos reſcriptum.

REuerendiſſimis atque dilectiſſimis fratribus Athanaſio & vniuerſis Aegyptiorum, Thebaidum, Libyorúmque epiſcopis in ſancta Alexandrina ſynodo congregatis, Felix almæ Romanæ vrbis & vniuerſalis Eccleſiæ epiſcopus, & ſancta ſynodus quæ in vrbem Romam cõuenit, in domino ſalutem. Sacram veſtram ſynodicam epiſtolam per gratiam ſpiritus ſancti, & Deo placitum ſtudium conſcriptam, veſtræ à Deo honorandę ſanctitatis gratia libenter ſuſcepimus, atque inſtanter noſtra in ſynodo recitare per ſingula iuſſimus, & oẽs intentè eius colligere verba præcepimus. Sup quæ dum lætari ſperabamus & cupiebamus, verſa eſt in luctum cithara noſtra, & cantatio in ploratione, & omnino totius ſynodi gaudium in mœrorem tranſlatum eſt, quia non decuerat, vt hi qui corpus Chriſti quotidie proprio conficiunt ore, tantam paterentur perſecutionem. Quoniam dominus Deus noſter ſalutem prouidens generis humani, mandauit perſecutiones non fieri, neque fluctuationes inferri, aut inuideri laborantibus in agro domini, neque diſpenſatores magni regis vexari, aut expelli. Quieſcite, inquit, ſancta magna Nicæna Synodus, & nolite perſequi eos, qui Deo perfectè miniſtrant, & ſyncera voluntate ſuperni Dei mandata cuſtodiunt, & noſtris legibus ſubiugantur. Quia nec decet nec ordo patitur, vt iniqui & carnales, ſpiritales perſequantur. Omnis enim qui reſiſtit alicui, nunc vertendo, nunc celando veritatem, mentitur aduerſus eum, contra quem litigat. Et qui infeſtus eſt alicui, omnia ſicut hoſtis agit, *Nicæna ſynodus*

& insuper loqui contendit. Vos enim monemus fratres, in speculis esse debere, C
vt inquantum esse potestis, & dñs auxilium dederit, talibus nostra apostolica
vestraq; autoritate resistatis, nec quisq; vestrum à fratris auxilio se subtrahat,
sed pro viribus adminiculum præstet. Quoniam licet pauci sitis, si vnanimes fu
eritis, nullatenus, iustitia suffragante, domino quoque opem ferente, superabi-
mini. Quia funiculus triplex difficile rumpitur. Nam si officijs secularibus hu-
mana lex subuenit, quanto magis ecclesiasticis & domini sacerdotibus, maxi-
meq; pontificibus, qui pupillæ oculorum domini appellantur, diuina atque cano
nica lex suffragari debet. Ait enim diuinum de Episcopis eloquium. Qui vos
tangit, tangit pupillam oculi mei. Et si seculares homines humana multipliciter
explorantur lege, & requisitiones atq; inducíæ illis multorum mensium conce-
duntur, ne iniustè damnentur, quanto magis Episcopis, qui proximiores sunt
Deo, & super eos sunt constituti, positiq; in cœlesti militia, quæ impensius pon-
deranda est, tempora sunt concedenda multo ampliora, ne à quibusdam gra-
uentur aut opprimantur, vel subito damnentur. Inspiciamus ergo adiuuan-
te Deo & sancto Apostolo Petro, per quem & apostolatus & episcopatus in
CHRISTO cepit exordium, quàm plures sæpe emerserunt causæ,
quę in quibusdam non erant causæ, sed crimina. Quia magis vt comperi-
mus, iniquitate fratribus sunt impositæ, quàm claritate. Et vt de cæte-
ro solicitudo sit, ne talia deueniant, capitula quædam quæ à sanctis patribus
tam in Nicæna synodo quàm in hac sede constituta sunt, ponamus. Quibus fra-
tres & coepiscopi nostri tuti, insidias inimicorum, domino auxiliante, valeant
euadere, & prout dominus dederit posse, paucioribus tantorum malorum ver-
bis imitemur compendium, & strictim quæ in volumine literarum vestrarum
comperimus, retractemus, & alia nonnulla instantis temporis necessaria, prout
petitis, ponamus. Est nanque synodicis decretum institutis, vt nemo Episcopũ D
penes seculares arbitros accuset, sed ad summos primates. Si quis aduersus Epi-
scopum causam habuerit, non prius alios episcopos adeat, vt cum accuset, quàm
familiariter ei suam indicet querelam, & ab eo aut iustam emendationem, aut
rationabilem percipiat excusationem, ipsa nos instruente veritate. Si peccauerit
in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te non audie
al. accusa eum publi ce, & non priuatim. rit, adhibe duos vel tres tecum. Et si non audierit, dic Ecclesiæ, id est, si hac causa
eum publicè, & non prius, & reliqua. Si quis Episcopum posthac elegerit ac-
cusare. summis primatibus Episcoporum suam indicet causam, & non secula-
ribus, qui magis ad pacem quàm ad iudicium eos reuocent, vt charitas in omni-
bus & ab omnibus custodiatur. Si primates accusatores Episcoporum cum eis
pacificare familiariter minimè potuerint, tunc tempore legitimo eos ad synodũ
canonicè conuocatam, non infra angusta tempora canonicè conuocent, & non
prius quàm eis per scripta significent, quid opponitur, vt ad responsionem præ-
parati adueniant. Nam si aut vi, aut timore electi, aut suis rebus expoliati fue-
rint, nec canonicè euocari ad synodum possunt, nec respondere æmulis debent,
antequàm canonicè restituantur, & sua eis omnia legaliter reddantur. Si quis
Episcoporum suis fuerit rebus expoliatus, aut à sua Ecclesia vi aut timore ex-
pulsus, quod omni Christiano nomini est inimicum, oportet & decet Episcopo-
rum præpositum semper prima fronte solicitum esse, vt omnia quæ ei ablata
sunt, potestati eius legaliter reddantur, & præsul prius restituatur. Et postea nõ
statim, sed diu & per spacioſa tempora, suis potestatiuè depositis, & ad suam ne-
cessitatem præparatis, ad tempus veniat ad causam. Et si iustè visum fuerit, ac-
cusatoribus respondeat suis. Nulli infami atque sacrilego de quocunque liceat

negocio

A negocio, aduersus religiosum Christianum, quamuis humilis seruilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet actione vel inscriptione Christianum impetere. Si quis Episcopus legitimè accusatus, & supradicto ordine ad Concilium canonicè conuocatus fuerit, absque trepidatione ire debebit. Et si ire non potuerit, prosequatur ad synodum mittat. Nullæ causæ à iudicibus ecclesiasticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ esse noscuntur. Si quis aliter non acquieuerit, nisi vt Episcopum accuset, supra taxato hoc tenore agere debebit, quia aliter rata non potest accusatio existere, tunc primò accusati causam accusator apud primates canonicè deferat. Nam à communione prohibeatur accusatus, nisi ad electorum iudicium canonicè conuocatus infra tres aut sex vel plures menses pro suis rationem redditurus venire distulerit. Quòd si probare potuerit, quòd non noluerit, sed non potuerit venire, nihil ei nocebit. Ille verò, qui vi, aut timore à sede pulsus, aut suis rebus expoliatus fuerit, non prius vocetur ad synodum, quàm ei omnia legibus redintegrentur. Et tam diu in sede propria pacificè & potestatiuè cuncta disponens resideat, quamdiu expulsus vel expoliatus carere visus est rebus. Quum autem ad iudicium venerit, si voluerit & necesse fuerit inducię ei petenti à patribus constitutæ absque impedimento concedantur, & iudices à se electi tribuantur, vt in loco vnde est ille, qui accusatur, aut si alibi alicuius temerariæ multitudinis vim metuerit, locum sibi congruum eligat, quo absque timore suos, si necessitas expoposcerit, testes habere, & absque impedimento suam canonicè sententiam finire valeat. Quia multa per subreptionem euenire solent, illis testificandi vel accusandi licentia denegetur, qui Christianæ religionis & nominis dignitatem, & suæ legis vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita, neglexerint. Multum derogatio prævalet, quando derogato creditur. Ideo varijs detractionibus atque accusa-

B tionibus non decet labefactari primatem, sed magis patrum regulis roborari, nec facilè aut indifferenter susci pere accusationes præsumat, dicente domino: Non suscipias vocem mendacij, sed prius probare debet suspicionem & causam, aut quo animo hoc faciat, & postmodum suscipere, quia veritatis professionem propinquitatis, inimicitiæ, timoris, amoris, odij & cupiditatis intentio, impedire, & aduersa fratribus irrogare solet. Personæ accusantium tales esse debent, quarum fides & conuersatio & vita probabilis & absque reprehensione sit, & quæ omni careant suspicione. Quia & hoc te præsente, vt bene nosti, in Nicæna synodo, propter malorum hominum infestationem ab omnibus est definitum, licet prauorum hominum insidijs, sint hęc & alia complura deleta. Primates illi, & non alij sunt, quàm qui in prædicta Nicæna synodo sunt constituti. Reliquiverò, qui metropolitanas tenent sedes, Archiepiscopi vocantur, & non primates, salua in omnibus apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso domino est concessa, & postea à sanctis patribus roborata. Primo semper in omni Episcoporum accusatione, persona, vita, & conuersatio accusantium, enucleatim inquiretur, & postmodũ ea quæ obijciuntur, fideliter pertractentur. Quoniam nihil aliter fieri debet, nisi impetitorum prius requiratur fides, personæ, hominum pernicie volentium vitam lacerari innocentium. Sanè sæpissimè bona a malis persequuntur, qui non cessant suis calamitatibus alijs derogare. Ideo summopere prævidendum est, ne hæc fiant. Nullus seruus, nullus libertus, nullus infidus, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitijs studet, nullus qui frequenter litigat, & ad causandum vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, nec non & vniuersi, quos ad causanda publicè conuiuia leges publicè non admittunt, permittatur episcopos accusare. Quoniam accusatores & accusationes, quas leges seculi non recipiunt, qua ratione sacerdotalis eas

*Accusatores quales esse debeant vita & moribus.*

recipere debeat ordo inuenire nequeo, cùm hæc & in Nicæna synodo prohibita sint, & illi magis ab istis, non isti ab illis iudicari debeant, cùm Apostolus dicat: Spiritalis iudicat omnia, ipse verò à nemine iudicatur. Hæretici, à quibus nimium opprimimur, excõmunicatiq; homicidę, malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerõt, seu qui ad sortilegos magosq; contulerint, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erunt admittendi. Non ita in ecclesiasticis agendum est negocijs, sicut in secularibus. Nam in secularibus, postq; legibus vocatus, & in foro decerta re cepit aliquis, non licet ante peractam causam recedere. In ecclesiasticis verò, dicta causa recedere licet, si necesse fuerit, aut si se pergrauari viderit. Quotiescunque Episcopus super certis accusatur criminibus, si tales fuerint accusatores, qui iustè & canonicè recipi debeant, legitima in synodo suo in tempore congregata, ab omnibus canonicè audiatur, qui sunt in prouincijs episcopis. Quòd si legitimi non fuerint accusatores, non fatigetur Episcopus. Quia sacerdotes ad sacrificandum vacare debeant, non ad litigandum. Nec illi qui throni Dei vocantur prauorum hominum insidijs turbari debent, sed liberè Christo domino famulari. Quanquam prouincialibus episcopis, vnà cum eorum metropolitano suæ prouinciæ, causas Episcoporum liceat charitatiuè & concorditer agitare, Non tamen, sicut in prædicta te præsente constitutum est synodo, licet distinire absq; Romani pontificis autoritate. Quòd si secus à quibusdam præsumptum fuerit, ipsi qui hoc egerunt, suæ præsumptionis suscipiant damnum. Et illi, qui ab eis perperam excommunicati aut damnati fuerint, autoritate huius sanctę sedis, & beati præceptoris nostri clauigeri Petri potestate soluantur atq; restituantur. Ipse enim ait dominus: Quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in terra & in cœlis. Quoties Episcopi se à suis comprouincialibus, vel metropolitano, putauerint prægrauari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent sedem. Ad quam eos absque vlla detentione, aut suarum rerum ablatione, obedire liceat. Et dum ad prędictam Romanam matrem appellauerint Ecclesiam, aut ab ea se audiri expoposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum res auferre, aut aliquam vim inferre eis præsumat, antequam horum causa Romani pontificis autoritate finiatur. Quòd si aliter à quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Nam nec hoc perperam præsumimus, sed & ipsum in Nicæna synodo constitutum, & antecessores nostros egisse, bene Athanasi nosti, quando tu & Paulus Constantinopolitanus, Ascepius Gazæ, & Lucianus Anoplites, ab Episcopis orientalibus inconsulto sanctæ memoriæ Iulio prædecessore nostro damnati estis, & ad eum quasi ad totius orbis caput, vt semper huic sanctæ sedi licitum fuit confugistis. Cognita eorum nequitia, & vestra iustitia, vos in communionem suscepit, & omnium vestrum curam gerens, propter sedis propriæ dignitatem suas singulis reddens ecclesias, orientalibus scripsit, culpans eos, quòd non rectè tractassent viros inculpabiles de suis Ecclesijs expellentes, & constituta Nicæni Concilij minimè conseruantes. E quibus ad certum diem nonnullos sibimet adesse præcepit, vt de talibus præsumptionibus certam redderent rationem, & coram eis ostenderet, iustum se super eis protulisse decretum. [ Interminatum est etiam, non talia deinceps fratres esse passuros. Et nisi ab huiusmodi præsumptionibus cessarent, à proprijs esse gradibus eos recessuros. Tali enim huius sanctæ sedis priuilegio, & tu & fratres tui proprias recepistis Ecclesias, cum omnibus ad vos pertinentibus. His enim & alijs quàm plurimis documentis, manifestum est, nullum damnari, aut suis expoliari rebus debere Episcopum, qui hanc sanctam sedem interpellauerit, aut sibi defensatricem asciuerit, donec iudicium de

al. Determinatum.

eo nostræ

A cõnostræ apostolicæ autoritatis, hoc est, principis Apostolorum Petri agnoscat. Quia solùm Christus Iesus huic sanctæ fidei, id est, apostolicæ hoc facere commisit. Vtpote quoniam solus atque prę omnibus præfatus princeps Apostolorum creditus est, atque percipere meruit à rege regum Christo claues regni cœlorum. De inducijs verò Episcoporum, super quibus consuluistis, diuersas à patribus regulas inuenimus institutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum machinamenta, & suas præparandas responsiones, & testes confirmandos, & concilia Episcoporum atque amicorum quærenda, annum aut sex menses mandauerunt concedi. Quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus verò quàm sex menses non reperi, quia à laicis hæc indulta sunt, quanto magis domini sacerdotibus. Nam & à nostris antecessoribus, atque reliquis sanctis patribus multoties inhibitum est, ne quis domini sacerdotibus detractiones irroget, quanto magis accusationes non ex radice charitatis prolatas? Quiescite, inquiunt, & nolite persequi eos, qui Deo pęrfectè ministrant, Quorum orationibus & terrena bella sedantur, & recedentium à Deo angelorum pelluntur incursus, quique omnes dæmones, qui corrupti sunt, precum assiduitate confundunt. Inducię nanque non sub angusto tempore sed sub longo spacio [ conseendendæ sunt, vt accusati se præparare, & vniuersos communicatores in prouincijs positos conuenire, & testes prępparare, atque contra insidiatores se pleniter armare valeant. Iudices enim & accusatores tales esse debent, qui omnium careant suspicione, & ex radice charitatis suam desiderent promere sententiam. His igitur tam legaliter, quàm & canonicè prolatis, etiam omnium Christianorum reuerentiam congaudere deposcimus, spiritali intercedente dilectione, & timore dominico, per quem humana remouetur offensio, & Ecclesiarum ædificatio præponitur vniuersis, vt magis vniuersi ad ædificationem fratrum laborent, quàm ad damnationem, quoniam ait Dominus? In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Iam enim formam dedimus, & à prædecessoribus nostris datam esse cognouimus, vt si quis se agnouerit Christianum, illud seruet, quod ab Apostolis noscitur esse traditum, dicente Apostolo Paulo? Si quis vobis annunciauerit, præterquam quod accepistis, anathema sit. Christus enim Dei filius dominus noster, humano generi propria passione salutem plenissimam condonauit, vt nos liberaret. Vt si in tantum nos dilexit, vt etiam proprio filio suo non parceret, sed pro nobis omnibus illum traderet, vt nos liberaret, vt quid nos non diligimus fratres, aut eos temerè iudicamus? quum prædictus dicat Apostolus? Nolite iudicare inuicem, sed hoc magis iudicate, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Nam si illi, qui fratres diligunt, ex Deo nati sunt, & vident dominum? quid ergo erunt illi, qui eos persequuntur, & eos detrahendo, machinando, accusando, infestando, damnare moliuntur? Si illi filij Dei, proculdubio filij sunt diaboli, qui vt semper sicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, ita fratres insequuntur vt perdant. Qui verò adiuuare fratres refugiunt, maius peccatorũ onus acquirũt, & [ fraternitatis solatio rei existãt. Vę, inquit propheta, qui potum dat amico suo, miscens fel suum. Et iterum sapientissimus Solomon ait? Quoniã qui loquitur iniqua non potest latere, nec pręteriret illũ corripiens iudicium. In cogitationibus ergo impij interrogatio erit. Sermonum autẽ illius ad Deum præmeditatio, ad correptionem iniquitatum illius, qui auribus zeli audit omnia, & tumultus murmurantium non abscondetur. Hæc enim si amplecti voluissent, proprio & sano sensu ad reprobum sensum minimè laberentur, sed

al. concedendæ

al. fraterni solatij

per Dei timorem sermonum suorum præcauētes custodiam, piam sanctorum patrum diffinitionem sine quadam præsumptione nocumenti vtrique conseruarent, quoniam dicit sacrum eloquium: Consilium bonum considerabit te, & mens bona custodiet te. Non enim de fontibus salutaris spiritaliter ad acquisitionem æternæ vitæ procedunt tales accusatores, & ſ detractiones, atq; ideo competenter nos beatus Paulus Apostolus admonens, ait: Non debere plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem in definitione pietatis perdurantes. Qui enim hanc prætereunt, non tantum læsi decidentes a corroboratione sua, sed insipientiæ suę dereliquerunt domibus memoriam, vt in his, quibus peccauerunt, minimè latere potuissent. Gloria enim & contumelia in loquela, & in lingua hominis casus illius est. Ideoque conueniens est hanc ostentationem & reprehensionem illorum nostris actibus inseri, ne vlterius iam talia patiamini, seminantibus eis zizania & scandala, sed lætari in officijs & dogmatibus vestris mereamini. Igitur erubescant talia, & huiusmodi blasphema subtra hęre festinēt, si noluerint à sacerdotali nostro collegio segregari, & à totius Christiani populi societate diuelli. Licet nanque de his plura & perneccssaria, quæ in decretis sedis apostolicæ, & ab Apostolis, eorúmque successoribus nostris vbilibet prædecessoribus statuta inuentuntur, dicere & conscribere potuissemus, tamen melius nobis visum est, vt epistolam oratione claudamus. Deus omnipotens, & vnus vnigenitus filius & Saluator noster IESVS CHRISTVS, vobis tribuat incitamentum, vt omnibus fratribus & coepiscopis nostris, quibuscunque tribulationibus laborantibus, totis succurratis viribus, & cum eis compatientes, crucem eiusdem domini Saluatoris pomętis, vt veri ipsius discipuli coram omnibus appareatis. Vt & vos & qui vobiscum sunt, hic & in futuro meliora possideatis, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se, Per dominum nostrum Iesum Christum, per quem, & cum quo omnipotenti Deo patri gloria in secula seculorum, Amen. Valere vos opto, fratres charissimi. Data Idibus Februarijs, Agathio & Iuliano viris clarissimis consulibus.

al. detractores

# SANCTA NICAENA SYNODVS QVVM VIDISSET malitiam Eusebij quænam merito pieque promulgauit, quæ erant aduersus Arrianam hæresim, decreta.

RECtè fecisti, mihi significans factam abs te inquisitionem aduersus eos, qui Arrianorum dogmatibus patrocinantur. Inter quos sunt nonnulli quidem & ex Eusebij sodalibus, sed plurimi ex fratribus, qui cum Ecclesia sentiunt. Tuam igitur amore Christi susceptam vigilantiam exosculatus sum, quæ pulchrè conuicerit hæresis istius impietatem, cæterùm illorum impudentiam demiratus sum, quodquum Arrianorū rationes demonstratę sint & infirmæ & inanes, imò cùm ipsi sint ab omnibus, tanq̄ omnino malè sentientes condēnati, tñ post hæc Iudæorum exemplo murmurarint, dicentes: Quare qui in Nicæna synodo fuerant congregati, scripserunt voces non scriptas, nimirum has, ὁ ἐκ τῆς οὐσίας id est,

A id est, ex essentia, & τὸ ὁμόσιον, id est, eiusdem essentię. Tu quidem, vt vir prudēs, eos etiam, qui hac vterētur figura, nihilo segnius declaraſti inania loqui. Illi verò nihil à suæ mentis peruersitate faciunt alienū, dū fingunt excusationes. Sūt em in sententijs varij versatilésque, non aliter quàm Chamæleontes in coloribus. Etquum redarguuntur, erubescunt, quum interrogantur, hærent, post impudentia sumpta, causantur. Quòd si quis istos in his quoque coarguerit, laborant donec excogitarint quę non sunt, ac iuxta quod scriptum est, cogitant inania, eatum vt persistant in sua impietate. Cæterùm dum hoc aggrediuntur, nihil aliud efficiunt, quàm quod palam declarant se carere ratione, Iudaicámque perversitatem imitari. Siquidem & illi cùm à veritate redarguerentur, nec possent aduersus eam oculos attollere, causabantur, dicentes: Quod facis tu signum, vt videamus & credamus tibi: Quid facis: Quamuis tam multa signa fuissent prouti ipsi quoque dicerent: Quid facimus? quoniam hic homo multa signa facit. Nam mortui excitabantur, claudi ambulabant, cæci recipiebant visum, leprosi mundabantur, aqua vertebatur in vinum, è quinque panibus saturabantur hominum quinque milia. Ac cæteri quidem omnes admirabantur adorabantq; dominum, confitentes in illo completam esse prophetiam, & ipsum esse Deum Dei filium. Soli verò pharisæi, quamuis signa quæ proferebantur essent lucidiora sole, tamen veluti nondum satis essent edocti, murmurabant, dicentes: Quare tu, homo cùm sis, facis teipsum Deum? Amentes vereq; cæci mente. Debebant inuerso potius sermone dicere: Quare tu Deus cùm sis, homo factus es? Siquidem opera declarabant ipsum esse Deum, vt simul & patris bonitatem adorarent, & dispensationem humanæ naturæ nostra causa factam admirarentur. Hoc quidem adeò non dicebant, vt nec ea quæ fiebant intueri vellent, aut vi debant quidem, (Nam non poterant illa non videre) sed pòst mutato animo, B murmurabant: Quare in sabbato sanas paralyticum? Et quare cæco à natiuitate hoc die visum restituis? Hoc autem nihil aliud erat quàm causatio, & obmurmuratio. Etenim cùm alijs diebus dñs sanaret omnem morbum, omnemq; languorem, illi suo more incusabant, malueruntq; tenere opinionem, quòd nullus esset Deus, cùm nominarent Beelzebub, quàm suam ipsorum malitiam abijcere. Quin & quum nihilo minus seruator multifariam multisque modis suam declararet diuinitatem, cunctisq; prædicaret patrem, illi nihilo minus veluti contra stimulos calcitrantes, contradicebant suo stultiloquio, tantum vt iuxta diuinum prouerbium, repertis excusationibus, subducerent seipsos à veritate. Itaque Iudæi, qui id temporis hæc peruersè faciebant, negantes dominum, merito & à lege & à promissione, quæ patribus erat facta, redditi sunt extranei. Cęterùm Arrianis Iudæorum imitantibus exemplum, idem videtur accidere, q̃d accidit Caiaphę, & illorum temporum pharisęis. Nam cùm videant suā sectam nihil habere probabile, causationes ac prętextus comminiscuntur: Quam ob causam hoc scriptum est & non illud. Ac ne quid miteris, si talia nunc moliūtur. Nam paulò post & ad vim vertentur, ac mox cohortem ac tribunum militum minitabuntur. In his enim videtur esse stabilimentum peruersæ illorum opinionis. Etenim cùm Dei verbū abnegent, merito ab omni rationabili verbo deserti sunt. Hoc itaq; sciens, nihil illis respondebam. Cęterùm posteaq̃ tuus affectus quæ fuissent acta in synodo, postulabat cognoscere, non distuli, sed ilicò sicut tūc res gesta est, significaui, paucis commonstrans, quantum à pia mente absit Arriana secta, quodq; tantum fingunt causationes. Considera tu quoque charissime, an non ita res habeat. Si fidunt malis, quæ commenti sunt ipsi, malæ mentis semen in illos spargente diabolo, respondeant super his, de quibus accusati, declarati sunt hæretici: hoc facto, accusent si possent q̃ aduersus ipsos definita sunt.

Nullus

Nullus enim cædis adulterijve conuictus ius habet iudicis sententiam incusandi. Quare non sic, sed illo modo locutus est. Nam ea res non liberat condemnatum, quin potius crimen illius ob temeritatem & confidentiam adauget. Proin isti quoque, aut declarent pium esse quod sentiunt, Nam accusari conuicti sunt, cùm prius nihil conquererentur, & æquum est, vt qui sunt accusati, nihil aliud agant, quàm vt sese defendant: aut si conscientiam habent impuram, conspiciũt que sese cum pietate pugnare, ne accusent quæ ignorant, ne duplex auferant malum, impietatis & ignorantiæ reprehensionem. Imò potius examinentur, qui sunt dociles, vt agnoscant quæ prius nesciebant, ac veritatis inundatione pijsque dogmatibus proluant eorum quæ prius audierant impietatem. Ad hunc enim modum & in Nicæna synodo accidit Eusebio. Quum enim cõtenderent impietatem molientes, cunque Deo pugnare tentarent, quæ ab ipsis dicebantur plena erant impietatis. Cæterũm, qui conuenerant Episcopi, erant autem plus minus trecenti, placidè humanitérque petebant ab eis, vt de his quæ dicerent, redderent rationem, piásque probationes adferrent, vbi verò mox hiscentes condemnabantur, & ipsi inter se pugnabant, considerantes ingentem & inexplicabilem sectarum suarum discrepantiam, manebant illi quidem attoniti, ipsoq; silentio confitebantur turpitudinem inaniter captatæ gloriæ. Igitur Episcopi post hæc recensentes ab illis excogitata verba, tum demum ædiderunt aduersus illos sanam & ecclesiasticam fidem, cũmque subscripsissent omnes, subscripsit & Eusebius his verbis, quæ nunc calumniantur isti, nimirum, ex essentia, & eiusdem essentiæ, & quod neque creatura sit, neque factura, neque de numero rerum conditarum sit Dei filius, sed quòd progenies, & ex patris substantia sit verbum. Quódque dictu mirum est, Eusebius episcopus Cæsareæ Palæstinæ, quanquam ante vnum diem negarat, postea tamen subscripsit, ac per literas significauit Ecclesiæ suæ, hanc esse fidem Ecclesiæ à patribus traditam, cunctisq; palàm ostendit, quòd prius errassent, frustráque contendissent aduersus veritatem. Quanquam enim tum illum puduit, hisce verbis scribere, & vt voluit, se purgauit Ecclesiæ, attamen quum per epistolam non abnegaret has voces, ex essentia, & eiusdem essentiæ, palàm est eum hoc voluisse significare. Et accidit illi quiddam absurdi. Siquidem veluti purgãs seipsum accusabat Arrianos, quòd quia scripsissent: Non erat filius priusquam nasceretur, nollent eum fuisse prius quàm & iuxta carnem nasceretur. Nouit hoc & Acacius, nisi nunc & ipse metu perculsus, pro tempore simulat, negátque veritatem. Subiunxi igitur in fine epistolam Eusebij, vt ex hac abũdè cognoscas, & istorum qui Christo rebellant, ac Acacij aduersus suos doctores ingratitudinem. An non igitur peccant isti, si vel cogitent tantum contradicere tam celebri totius orbis synodo? An non preuaricantur dum audent contradicere rectè aduersus Arrianam hæresim decretis, quæ comprobata sunt, & eorum testimonio, à quibus prius didicerant impiè sentire? Quòd si post subscriptionem, Eusebius cum suis mutarũt animum, & veluti canes ad proprium impietatis vomitum reuersi sunt, an non magis etiam odio digni, qui nunc contradicant, eò quod alijs animæ suæ libertatem propinantes, hos etiam sectæ magistros ac duces habere volunt, homines, vt dixit Iacobus, duplici animo, & instabiles in omnibus vijs suis, nec eandem habentes sententiam, sed nunc in hanc, nunc in illam opinionem sese vertentes, & nunc quidem probantes quod dicunt, mox verò vituperantes quod dixerant, ac rursum approbantes, quod paulò antè calumniabantur. Hoc autem, vt pastor ille dicebat, ex diabolo pregnatum est, per quod citius agnoscas caupones, q̃ doctores. Est enim sicuti à maioribus traditum est, verè doctrina, & hoc veros doctores arguit, vt eadem inter sese profiteantur, neq; diuersa sentiant, vel inter ipsos,

γνητέ.

Varietas sententiarum arguit fallam doctrinã

vel à

A vel à ſuis maioribus diſſidentes. Etenim qui hunc in modum affecti nõ ſunt, improbi potius q̃ veri doctores dicendi ſunt. Proinde pagani, qm̃ non profitentur eadem, ſed inter ipſos variant, haudquaq̃ veram habent doctrinam. Sancti verò, verisq; veritatis prędones, & cũ alijs conſentiunt, nec inter ſeſe diſſidẽt. Quanq̃ diuerſis ætatibus fuerunt, tamẽ in eandem oẽs appellant ſententiam, quum ſint eiuſdẽ Dei prophetę, idemq; verbum concorditer annunciant. Itaq; quę Moyſes docuit, hęc præſtiterat Abraham. Quæ verò præſtitit Abraham, hæc & Noe, & Enoch ſenſerant, diſcernentes pura ab impuris, itaq; viuentes, vt Deo grati acceptiq; redderentur. Sic enim & Abel martyrium peregit, cùm teneret ea, quæ ab Adam didicerat, quę & ipſe Adam didicerat à dño, qui cùm in conſummatione ſeculorum veniſſet ad abolendum peccatum, aiebat: Nõ præceptum nouum do vobis, ſed præceptũ vetus, q̃d audiſtis ab initio. Hanc ob cauſam beatus Apoſtolus Paulus cœlitus edoctus, cum eccleſiaſticis ſtatus imaginẽ præformat, ne diaconos quidem volebat eſſe bilingues, hoc eſt, in ſermone duplices, nedũ Epiſcopos. Cæterùm Galatas increpans, in vniuerſum pronũciauit, dicens: Si quis vobis Euangelium attulerit, præter id, quod accepiſtis, anathema ſit, quemadmodum antè dixi vobis, & iterum dico. Imò etiam ſi aut angelus è cœlo vobis attulerit euangelium præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Hęc igitur cùm dicat Apoſtolus, aut iſti quoq; Euſebium cum ſuis, variantes, aliaq; dicentes præter ea, quę ſubſcripſerant, tradant anathemati. Aut ſi cognoſcunt ſe rectè ſubſcripſiſſe, ne murmurent aduerſus tam frequentem ſynodum. Quorum quia nec hoc nec illud faciunt, palàm eſt eos quouis circunferri vento, omniq; fluctu circumagi, nec proprijs, ſed alienis trahi ſententijs. Tales verò cùm ſint, neq; nunc cum huiuſmodi cauſationes obijciunt, credendum eſt illis. Quin potius deſinant incuſare q̃d non intelligũt. Fortaſſis aũt quando non norunt diſcernere, ſimpliciter B quod malum eſt, dicũt bonum, & quod bonum eſt, dicunt malum, exiſtimãtes amarũm eſſe quod eſt dulce, rurſus dulce quod eſt amarum. Nimirum quæ mala iudicata ſunt, ac reprobata, tenere volunt. Contrà, quę rectè definita ſunt, conantur calumniari. Non oportuit igitur neq; nos amplius vllam harum rerum defenſionem parare, ad inanes iſtorum cauſationes reſpondentes, neq; ipſos vltrà contendere, ſed concordare cum his, quibus ſectæ ipſorum duces ſubſcripſerunt, ſcientes, quòd poſt hæc facta Euſebij mutatio ſuſpecta eſt ac praua. Cæterùm quod ſubſcripſit, poſt eaquàm licebat illi vel pauciſſimis excuſare ſeſe, hoc declarat Arrianam hæreſim verè impiam eſſe. Non enim prius ſubſcripſerunt, niſi cùm iam illam damnaſſent nec prius eam condemnarunt, quàm vndiquaq; deſtituti defenſione, fuiſſent pudefacti. Itaq; quòd nunc mutantur, argumẽtum eſt pertinaciæ tẽdentis ad impietatem. Quapropter oportuit & iſtos, vt dictum eſt, quietem agere. Cæterùm, quoniam inſigniter ſunt impudentes, putántque fortaſſis, quòd ipſi magis quàm illi valeant huius diabolicæ impietatis eſſe duces, quanquam iam antehac prioribus literis quas ad te ſcripſi, copioſius ac diffuſius illos redarguí, attamen age, nunc quoq; tum hos, tum illos, de ſingulis quæ ab ipſis dicta ſunt, examinemus. Demonſtrabitur enim nihilo minus & nunc hæreſis illorũ non eſſe ſana, ſed demoniacæ potius cuiuſpiam ſectę. Aiũt igitur quemadmodũ illis viſum eſt, & auſi ſunt dicere. Non ſemp̃ pater, nõ ſemp̃ filius. Non em̃ erat filius priuſq; naſceretur, ſed de non extantibus ipſe quoque factus eſt. Proinde Deus non ſemper fuit pater filio, verùm vbi filius creatus eſt filius, tunc & Deus dictus eſt illius pater. Siquidem creatura eſt, & factura verbum. Eſtq; iuxta eſſentiam alienus ac diſſimilis patri. Neq; verò natura verũ patris verbum eſt filius, neque ſola veráque ſapientia illius eſt. Cæterùm, quum ſit creatura, & vnus de numero rerum conditarum, per abuſionẽ dicit verbum ac ſapien-

Conſenſus ſanctorũ.

Opinio Arrianorũ

ac sapientia. Nam verbo quod verè est in patre, ipse quoque factus est, vt cætera C
Verba duo. quoq; oñia, eoq; nec verus est filius. Ego verò primum illud ab istis sciscitabor. Quid est omnino filius, et quidnam hoc nomen significat: vt ipsi vel hoc pacto queant intelligere quæ loquuntur. Nam sacra scriptura, per hoc nomen duplicem notionem nobis significat. Alteram quidem eorum, de quibus Moyses in
Filij nomẽ quot modis accipiatur lege loquitur: Si audieritis vocem domini Dei nostri, & seruetis omnia præcepta ipsius, quæcunq; ego tibi præcipio hodie, vt faciatis quod bonum est, ac placitum in conspectu domini Dei tui, filij estis domini Dei nostri. Quemadmodũ & in euangelio Ioannes ait: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Alteram autem habet notionem, iuxta quam Isaac Abrahæ filius est, & Iacob filius est Isaac, & patriarchę filij Iacob. At isti iuxta vtrã ex istis duabus notionem arbitrati dici filium Dei, talia de eo fabulantur: Nam certum scio, quòd in eandem concurrunt impietatem cum Eusebio. Si iuxta priorem, quales sunt qui ex mutatis in melius moribus nominis huius gratiam acquisierunt, quiq; acceperunt potestatem vt filij Dei fiant, (Nam hoc & illi dicebant) nihil videbitur à nobis differre, nec erit vnigenitus, quum ipse quoq; ex virtute sortitus sit filij cognomen. Quòd si, vt aiunt, præscitus talis futurus, præoccupat, simulq; nascendo recipit & nomen & nominis honorem, nihil tamen differet
Euę, nouę vlurpac. ab ijs, qui post benefacta nomen accipiunt, quum ipse quoq; simili modo filius esse pronũcietur. Siquidem Adam qui primus occupauit gratiam, simulq; dum nascitur positus est in paradiso, nihil differebat, neq; ab Enoch, qui post natiuitatis tempus, quum Deo placuisset, translatus est, neq; ab Apostolo, qui & ipse post benefacta raptus est in paradisum, imò ne ab eo quidem, qui prius fuerat latro, cui propter confessionem promissum est, ipsum protinus futurum in paradiso. Verùm si his vrgeantur dicent opinor, quòd dicentes frequenter erubuerunt: Hoc modo iudicamus filium excellere cæteras creaturas, ideoq; vocari vnigenitum, quod ipse solus à solo Deo factus est, cætera verò omnia à Deo per filium condita sunt. Quis obsecro stultam istam & inanem cogitationem vobis iniecit, vt diceretis: Filium quidem solum solus ipse pater condidit, cætera verò omnia per filium, tanquam per ministrum, facta sunt? Quòd si quod ad fatigationem attinet, dicitur fuisse sufficiens, vt ipse solus conderet filium, cætera verò non item, impium est talia de Deo cogitare, maximè quum audierint Esaiam dicentem: Deus sempiternus, Deus qui præparauit summa terræ, nõ esuriet neque fatigabitur, nec inuestigabilis est prudentia illius. Quin potius ipse dat robur esurientibus, ac per verbum suum fessos reficit. Quòd si veluti rem humilem dedignatus est ipse post filium natum operari, & hoc dictu impium est. Nõ est factus in Deo, qui quidem cum Iacob descendit in Aegyptum, quiq; propter Abraham corrigit Abimelec Sarræ causa, cumq; Moyse, quum esset homo ore ad os loquitur, in montem Sina descendit, populo vero suppetias ferens, Amalec debellat. Quin & hoc mentimini, quum dicitis: Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Ipse est, qui per verbum suum & pusilla fecit & magna, nec diuidi potest creatio, vt dicas, hoc patris est, hoc filij, sed vnius est Dei, qui ceu manu vtens verbo suo, per illud creauit omnia. Quod ipse etiam Deus declarans, loquitur: Manus tua fecit hęc omnia. Hoc Paulus vt didicerat docuit. Vnus Deus ex quo omnia, & vnus dominus Iesus Christus per quem omnia. Ipse igitur quum semper idẽ sit, etiam nunc mandat soli, & exoritur, præcipit nubibus & oriuntur, & vnam terræ partem irrigant, alia verò quæ non irrigatur aresci, ac terræ mandat, vt reddat fructus, & Hieremiam format in vtero. Quòd si hæc nunc ipse facit, dubitari non potest, quin in principio non dedignatus sit omnia per verbum facere, quandoquidem hæ portiones sunt vniuersi. Porrò si quoniam non poterant D

cæteræ

A cæteræ creaturæ, manus illius simplicis & ingenitæ sustinere operationem, Ideo solus filius à solo Deo factus est, reliqua verò à filio, velut ab operis ministro & adiutore facta sunt. Nam & hoc Asterius Thysensis scriptum reliquit. Arrius verò transscriptum tradidit suis discipulis, ac deinceps vice fractæ arundinis nituntur hoc dicto, nec intelligunt amentes absurditatem in eo latentem. Nam si res conditæ nullo pacto valebant ferre manum Dei, quum iuxta vos filius sit vnus de numero conditorum, quomodo ipse potuit fieri à solo Deo? Et si vt condita fierent, opus erat intercessore, conditus autem iuxta vestram opinionem est ipse filius, necesse erat, vt & ante hunc genitum, aliquis intercederet, quo conderetur. Rursus quum ipse intercessor esset creatura, nimirum opus erat & illi alio intercessore, ad ipsius creationem. Quòd si quis alium excogitarit intercessorem, prius excogitabit, & huic intercessorem, sic & in immensum deueniet. Verùm dum hunc in modum semper quæritur intercessor, ne consistere quidem poterit creatura, propterea quòd sicut dicitis, nihil rerum conditarum, sustinere possit indilutam purámque manum ingeniti Dei. Porrò, si videntes hoc esse absurdũ, dicere cœperint, ꝙ filius cũ sit creatura, fuit idoneus, vt ab ingenito fieret, necessariò consequitur, quòd cætera quoque condita omnia, potuerint ab ipso ingenito condi. Siquidem iuxta vos & filius est creatura, quemadmodum cętera omnia, iamq; superuacanea fuerit verbi natiuitas, iuxta vestrum impium stultumq; commentum, quum Deus per se sufficiens fuerit, vt solus omnia conderet, omniaq; condita, potuerint puram Dei manum sustinere. Ergo quum istiusmodi stuporistorum, à mente crassa rudiq; proficiscatur, consideremus an hoc impiorum commentum quod dicitur non longius appareat abesse à ratione, quàm cætera quæ idem profitentur. Adam solus à solo Deo per verbum factus est. Atqui nemo dixerit in hoc Adam præeminere cæteris hominibus, aut
8 præstare his, qui post ipsum nati sunt, si solus à solo Deo factus ac formatus est, nos autem omnes ex Adam nascimur, atque ex generis successione compositi sumus, tantum si constet & illum è terra formatum esse, & quum prius non esset, post factum esse. Quòd si quis plus tribuerit protoplasto, propterea quod Deus illum sua manu dignatus sit, is tamen perpendat, hoc ꝺd præstat antecellitq; cæteris, honore non natura illi contigisse. Siquidem ex terra natus est, quẽadmodum omnes cęteri. Quin & eadem manus, quæ tunc formauit Adam, nunc quoque semper post illum, format componitq; omnia. Atque hoc ipsum vt prædictum est, ipse Deus dicit Hieremiæ: Priusquam formarem te in vtero, noui te. De omnibus autem dixit: Manus mea fecit hæc omnia. Rursum per Esaiam loquitur: Sic dicit dominus qui redemit te, ac format in vtero: Ego dominus perficiens omnia, exrendi cœlum solus, ac fundaui terram: Id Dauid intelligens, aiebat: Manus tuæ fecerunt me ac formauerunt me. Rursus in Esaiã loquens, sic dicit dominus: Qui formauit me ex vtero seruum sibi, hoc declarat. Itaque iuxta naturam nihilo præstat nobis, quamuis prior est tempore, quando quidem eadem manu fingimur & componimur omnes. Proinde si ad eum modum Arriani de filio quoque Deo sentitis, quòd simili modo & ipse subsistit, factusq; est, nulla in re vestro iudicio iuxta naturam cæteris erit præstantior, quam doquidem ipse quoque non erat, & factus est, eiq; virtute & ipsi parata est nominis gratia. Siquidem & ipse vnus est de numero eorum, de quibus in Psalmis spiritus sanctus dicit: Ipse dixit & facta sunt, ipse præcepit & creata sunt. Quis igitur est ille, cui Deus mandauit, vt & ipse crearetur? Oportet enim esse verbum, cui mandat Deus, & per quem creaturæ conduntur. Sed nequaquam poteris demonstrare aliud verbum præter hoc quod negatis, nisi videlicet rursus aliq̃d

γενητὸ.

commentum excogitaueritis. Profectò, inquient, inuenimus, quòd quondam C
etiam dicebant Eusebij discipuli, in hoc antecellere cæteris Dei filium, dicíque
vnigenitum existimamus, quòd solus ipse particeps est patris, reliquæ verò crea
turæ omnes filij participes sunt. Laborant igitur iam variantes ac commutantes
verba non secus atque colores, patefiet tamen & hoc pacto, quòd velut ex terra
loquuntur inania, & in suis cogitationibus velut in cœno voluuntur. Nam si ille
Dei filius, nos verò filij filij vocaremur, probabile erat ipsorum figmentum. Cõ
trà, si Dei nos quoque filij dicimur, cuius & ipse est filius, nimirum & nos pa
tris participes sumus, qui dicit: Filios genui & exaltaui. Etenim nisi ipsius esse
mus participes, non diceret genui: quòd si ille genuit, non alius, sed ipse noster est
pater. Ac rursus non refert an ille præcellat, priórque factus sit, nos verò ordine
inferiores, ac posterius facti sumus, modò eiusdem omnes simus participes, &
eiusdem patris filij dicamur. Nam illud plus ac minus non declarat aliam natu
ram, quandoquidem cuique virtutis actio hoc cognomen addit, & alius quidẽ
decem ciuitatibus, alius verò quinque præficitur. Rursus alij sedent super duo
decim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel: alij verò audiunt: Venite bene
dicti patris mei, &: Euge serue bone ac fidelis. Huiusmodi itaque quum illi sen
tiant, merito imaginantur talis filij patrem, non semper esse Deum, neque ta
lem filium semper esse, verùm ex non extantibus creaturam fuisse, nec fuisse
priusquã fieret. Nam alius est iste, præter verum Dei filium. Cæterùm, quoniã
hæc istos dicere non tam est pium, sed potius Sadducæorum ac Samosatensis i
sta sententia est, superest videlicet, vt iuxta alteram rationem, iuxta quam Isaac
Filius 3d. Abrahæ filius est, dicamus & Dei filium esse. Siquidem natura nouit esse filium,
quod ex aliquo natum est, nec aliunde accersitum, & hoc illud nomen signifi
cat. An igitur filij generatio est secundum affectionem humanam: Nam hoc for
tassis iuxta illos ipsi quoque volent opponere; non intelligentes. Nequaquam. D
Non enim vt homo est Deus, quandoquidem nec homines sunt vt Deus. Nam
illi quidem ex materia eaq; affectionibus obnoxia conditi sunt, Deus verò ma
teriæ expers & incorporeus. Quòd si hæ dictiones de Deo & hominibus in di
uinis scripturis aliquãdo vsurpantur, tamen perspicacium hominum est, quem
admodum præcepit Paulus, attendere lectioni, atque ita dijudicare, ac iuxta sin
gulorum quæ significantur naturam, quæ scripta sunt dinoscere, neque confun
dere sententiam, vt neq; ea quæ Dei sunt, humano more cogitemus, neque quæ
sunt hominum, tanquam de Deo aliquando intelligamus. Nam hoc est vinum
aquæ miscere, & ignem alienum inijcere super altare igni diuino. Siquidem &
Deus creat, & hominibus quoque creandi verbum tributum est, ac Deus qui
dem est ens, & homines esse dicuntur, quod ipsum deo acceptum ferunt. Num
igitur sic Deus creat quemadmodum homines, aut sic ens est homo: Absit. Ve
rùm aliter de Deo dictiones vsurpamus, atque aliter has de hominibus intelli
gimus. Nam Deus quidem creat, vocans ea, quæ non sunt vt sint, nullius egens.
Homines verò subiectam materiam operantur susa prius precatione, & acce
pta operandi scientia à Deo, qui cuncta fabricatus est per suum verbum. Rur
sus homines quum non possint esse per seipsos, in loco sunt circunscripti, consistũt
que in Dei verbo. Deus verò ens est per seipsum continens vniuersa, nec ab vllo
Deus inoi comprehensus atque in omnibus quidem est iuxta bonitatem suam ac potenti
bus & ex am, rursus extra omnia est iuxta suam naturam. Itaque quemadmodum non eo
tra omnia dem modo homines creant quemadmodum creat Deus, nec ad eum modum
sunt homines, quemadmodum est deus, sic aliter se habet hominum generatio,
aliter est filius ex patre. Nam hominum proles partes quodammodo sunt eorũ,

qui

A generant, eo quòd eadem est corporum natura, nec ea est simplex quæ piam, sed fluxa, & ex partibus habent compositionem, profluuntq; homines quum generant, ac rursum affluunt ea, quæ ex alimentis in eos inferuntur. Quam ob causam etiam homines pro tempore multorum liberorum patres fiunt. Deus verò quum non constet ex partibus, nec partitionem recipit, & nullis affectionibus obnoxius est filij pater, neque enim defluxus est à Deo incorporeo, neque vllus influxus accedit illi, quemadmodum fit in hominibus, sed simplex quum sit natura, solius & vnius filij pater est, quapropter etiam vnigenitus est, solusq; in sinu patris est, solumq; ipsum ex sese pater declarat esse, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est. Hic autem sermò patris est, in quo licet intelligere patris naturam nec affectionibus obnoxiam, nec diuisionis capacem. Siquidem nec hominum sermo, sic generatur vt patiatur qui loquitur, aut per separationem aliquid illi decedat, multo minus sermo Dei. Quapropter ipse etiam sedet in dextera patris, tanquam verbum, eo quod vbi est pater, illic & huius verbum est. Nos verò stantes iudicamur ab illo tanquam creaturæ: & adoratur quidem ille, propterea quòd est filius adorandi patris, nos verò adoramus dominum, Deumq; confitemur, propterea quòd illius creaturæ sumus, & ab illo diuersi. Hæc verò quum ad hunc habeāt modum, consideret iam quisquis illorum velit, sitq; aliquis illos pudefaciens, an id quod est ex Deo, propriamq; illius progeniem fas sit dicere, ex non extantibus esse, aut rationi consentaneum sit, vt vel in cogitationem cuiusquam omnino veniat, quod esse ex Deo post contigerit ipsi, vt simul sumpta audacia dicat, quòd non semper est filius. Nam in hoc rursus hominum cogitationes transcendit, superauitque filij generatio. Nam nos quidem nostrorum liberorum in tempore patres efficimur, quando-quidem & ipsi quum prius non essemus, postea facti sumus. Cæterùm, De-

B us, quia semper est, semper filij pater est. Et horum quidem generatio, originem habet ex his, quæ simili modo sunt. Quoniam autem nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quisquam nouit nisi filius, & cuicunque filius reuelauerit, propterea sancti quibus reuelarat filius, imaginem quandam nobis dederūt ex rebus visibilibus, dicentes eum esse splendorem gloriæ, & figuram substantiæ eius. Ac rursum: Quoniam apud te fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Insuper & verbum increpans Israelem, dicit: Dereliquisti fontem sapientiæ. Hic autem fons est, qui dicit: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Ac exiguum quidem est exemplum nimisq; obscurum ad id quod desideratur, possumus attamen ex eo plus quàm pro natura humana intelligere, ac nequaquam putare nostram generationem æqualem esse generationi Dei. Quis enim potest vel cogitare aliquando non esse splendorem, vt simul sumpta audacia dicat, non esse semper filium, aut non fuisse filium priusquam nasceretur, aut quis idoneus est, vt splendorem à sole dirimat, vt ne fontem cogitet aliquando destitutum à vita, vt simul & insaniens dicat, ex non extantibus esse filium, qui dicit: Ego sum vita, aut alienum esse à patris essentia eum qui dicit: Qui me vidit, vidit & patrē. Nam sancti cùm sic nos vellent intelligere, hæc ob id exempla tradiderunt, estq; ve hemens erabsurdum & impium, cùm huiusmodi præbeat imaginem scriptura, nos ex alijs rebus de dño velle cogitare, quæ neq; scripta sunt, neq; quicquā habent sententiæ conducentis ad pietatem. Ergo posthac dicant, vnde tandem isti docti, talia de seruatore cogitare cœperint. Legimus, inquiēt, in Prouerbijs: Dominus creauit me initium viarum suarum in opera sua. Nam & Eusebius essi suis talia videbatur dicere, quin tu quoq; literis idem significasti, quod multis probationibus & isti subuersi, condemnati sunt. Nihilo minus ipsi dictum hoc sursum ac deorsum circumferētes, dicebant filium vnum esse è creaturis, eumq;

Imagines quibus vetcunq; notatur diuina generatio.

rebus conditis annumerabant. Verùm ne hoc quidem videtur rectè perpendisse. Habet enim sensum pium vehementerq; rectum, quem si ipsi quoq; intellexissent, nequaquam dominum gloriæ blasphemijs affecissent. Nam ea quæ dicta sunt conferant ad hoc dictum, ac videbunt multam in eis esse differentiam. Quis enim non perspicit, modò mentem habeat rectam, quòd ea quę creantur, fiuntq; sunt aliunde, quàm ex eo qui facit. Cæterùm filius, vt in superioribus ratio demonstrauit, non extrinsecus, sed ex patre generante est. Etenim homo cõdit quidem domum, generat autem filium, neq; quisq̃ inuentẽs dicere possit, domum quidem ac nauem generari ab eo qui apparat, filium verò condi fierique ab eo, neq; rursus, domũ imaginem esse conditoris, filiũ dissimilẽ generanti, quin potius filium, imaginẽ patris confitebitur, domũ verò artis structuram esse, nisi quis videlicet mẽte captus sit, & ab animi sanitate exciderit. Nimirũ diuina scriptura, quę rectius oñibus nouit cuiusq; naturã, de his quidẽ quę conduntur per Moysen, ait: In principio fecit Deus cœlum ac terrã. De filio verò nihil aliud, sed ipsum patrẽ profert loquẽtem: Ex vtero ante luciferum genui te. Ac rursus: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quin ipse de seipso dominus in Prouerbijs dicit: Ante omnes fontes generat me. Ac de rebus cõditis Ioannes ait: Oñia per ipsum facta sunt. Cęterùm de dño prædicans, dicit: vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ille enarrauit. Itaq; si filius est, non est creatura. Sin est creatura, nõ est filius. Multum enim in his discriminis est, ac nequaquam erit idem ipse, & creatura, ne simul & ex Deo & extra Deum illius essentia putetur esse. Num itaque frustra scriptum est hoc dictum? Nam hoc rursum illi circunferunt sonitu obstrepentes, non aliter quàm agmen culicũm. Non sanè, non frustra scriptum est, sed vehementer necessariò. Siquidem dictum est creari, sed tum cùm factus est homo, id enim hominis proprium. Hanc verò sententiam reperiet pulchrè in eloquijs positam, qui non oscitanter lectionem attenderit, sed & tẽpus & personas, & vtilitatem eorum quę scripta sunt scrutetur, atq; ita demũm ea quæ legit dijudicet, dispiciatq;. Tempus itaq; huius dicti reperiet & intelliget, quòd dominus qui semper est, postea in consummatione seculorum factus est homo, & filius quum esset Dei, factus est filius hominum: vtilitatem verò poterit intelligere, quòd nostram mortem abolere cupiens, adsumpsit sibi corpus ex virgine Maria, vt eo in sacrificium oblato patri pro omnibus, liberaret omnes nos quotquot metu mortis, vt semper viueremus, obnoxij eramus seruituti. Persona verò seruatoris est, & hoc explicatur cùm iam adsumpto corpore dicit: Dominus creauit me initium viarum suarum in opera sua. Quemadmodum enim ei, qui est filius Dei, pulchrè congruit esse in æternum, atque in sinu esse patris: Sic & homini facto congruit hæc vox: Dominus creauit me. Et hoc enim dicitur de eo, & esurijt & sitijt, & percunctatus est vbi Lazarus esset positus, & passus est & resurrexit. Et quemadmodum cùm audimus eum dominum ac Deum & lumen verum, intelligimus eum esse ex patre, ita iustum est, vt quum audimus, creauit, & serui nomen, & passus est, non ista adscribamus deitati, absurdum enim, sed carni hæc tribuamus, quam nostra causa gestauit. Siquidem hæc carnis propria sunt, atque ipsa caro non alterius, sed verbi est. Cæterùm, si quis ex hoc quod vtile sit cupiat perdiscere, inuenturus est hoc quoque. Verbum enim caro factum est, vt & illud inferat pro omnibus, & nos ex spiritu ipsius participantes, possimus fieri dij. Alioquí nequaq̃ hoc consecuturi, nisi corpus nostrum creatũ ipse induisset. Nã hoc mõ iã homines Dei, & homines in Christo cœpimus appellari. Cęterũ, quemadmodum nos accipientes spm̃, non amittimus propriã nostrã essentiam. Sic dñs pro nobis factus homo, corpusq; gestans, nihilo minus erat Deus. Neq; eũ detrimentum patiebat ex amictu corporis, quin potius illud

Creatus filius quomodo intelligitur.

Scriptura non oscitãter legenda.

Tempus

Vtilitas

Persona

A ludreddebat diuinũ, & immortalitate donauit. Hæc quidẽ igitur sufficiunt ad traducendam Arrianorũ sectam, qñquidem prout dñs dedit ex his quę ipsi dicebãt, cõuicti sunt impietatis. Age sanè & nos eos prouocemus flagiremusq;, vt ipsi quoq; respõdeant. Tẽpus em̃ est, vt cùm hęreãt ipsi in proprijs dogmatibus, iam à nobis interrogenẽ, forsitan vel sic erubescentes, receptis oculis perspiciẽt vnde decideriṅt malæ mentis homines. Dei filium didicimus ex diuinis literis si cur antea dictũ est, eundem esse verbum ac sapientiã patris. Nam Apostolus ait: Christus Dei virtus & Dei sapientia. Cærerùm Ioannes cùm dixisset: Et verbũ caro factum est, protinus adiunxit: Et vidimus gloriam eius, gloriã tanq; vnigeniti à patre, plenũ gratiæ & veritatis. Significans verbũ esse vnigenitum filium, atq; per hoc verbum, & per hanc sapientiã, condita esse rum cœlum, tum rerrã, tum oñia quę in eis sunt: atq; huius sapientiæ fontẽ esse Deum, in Propheta Baruch didicimus, qui reprehendit Israelem, q reliquisset fontem sapientię. Itaque si negant ea quę scripta sunt, protinus cùm sint & à nomine alieni, propriè vocari porerunt etiam ab omnibus Athei & Christomachi, hoc est, sine Deo & Christo rebellantes. Nam hoc cognominis ipsi etiam sibi indiderunt. Quòd si nobis cum conferentur scripturæ verba spiritus affiatu posita, audeant palàm dicere, quæ rectè sentiunt, quod & ἄλογον, hoc est, sine verbo, & ἄσοφον, hoc est, sine sapientia, fuerit aliquando Deus, versiq; in rabiem dicant, erat quum non esset, & priusquam nasceretur, non erat Christus. Rursúsque pronuncient, fontem non ex sese genuisse sapientiam, sed aliunde quàm ex sese hunc parasse, vt & illud audeant dicere, ex non extantibus factum est filius. Nam hic sermo non iam hunc fontem demonstrat, sed lacum quenpiam, velut aliunde sumentẽ aquam, qui fontis vsurpet vocabulum. Proinde quanta impietate sit hoc refertum, nemini puto dubium esse, cui vel paululum sit sensus. Cæterùm, quoniam tu-
B multuantes dicunt nomina tantum esse filij, verbum & sapientia, operæ precium est percunctari istos, si ista filij nomina duntaxat sunt, alius erit ipse præter hæc: & si melior est nominibus, haud pium est ex deterioribus designari melior em. Quòd si inferior est nominibus, omnino habet & causam appellationis ad id, quod melius est. Cæterùm, hoc rursus profectum illius significat, nec ista impietas minor illis prioribus. Siquidem eum qui in patre est, & in quo est pater, qui ait: Ego & pater vnum sumus, & quem qui viderit, vidit patrem, dicere ab aliqua re extrania reddi meliorem, superat omnem insaniam. Verùm ab ijs delecti, & quemadmodum solent Eusebiani, multa hæsitatione constricti, illud tandem habent reliquum, quod & in cantiunculis Arrius, & in sua thalia tanquam addubitans fabulatur. Multa loquitur verba Deus. Qualem ipsi scilicet dicimus nos filium & verbum vnigenirum patris. Dementes & quiduis potius quàm Christiani. Primum enim cùm talia loquuntur de Deo, parum abest, quin Deum existiment hominem sic loquentẽ, viciſſimq; mutantem priora verba posterioribus, quasi vnum ex Deo verbum non sufficiat omnem, quæ est ex voluntate patris, creationem, huiusq; prouidentiam implere. Nam eundem multa verba loqui infirmitas est omnium, cùm vnumquodq; deficiens egeat altero verbo. Cæterùm, vno vsum fuisse verbo Deum, sicut verè est, hoc & Dei potentiam declarat, & verbi ex eo proficiscentis perfectionem, & ita sentientium piam intelligentiam. Vtinam verò & isti vel ex his, quæ nunc dicunt velint confiteri veritatem. Nam si semel concesserint Deum proferre verba, omnino norunt eum esse patrem: hoc quum sciant, considerent quod dum nolunt vnum concedere Dei verbum, imaginantur eum esse patrem multorũ, atq; in totum esse Dei verbum nolunt negare, cæterũ hoc esse Dei filiũ nõ

Verbum vnum tantum esse

consitentur. Est autem & hæc veritatis ignorantia, sacrarumq; scripturarum imperitia. Nam si omnino Deus pater est verbi, cur non & is qui generat, vnius ſ filius est? Rursus autem filius Dei quisnam erit, nisi verbum ipsius, neque multa sunt verba, ne singulis aliquid desit, sed vnum verbū, vt solus ipse perfectus sit. Animaduertant & illud, quòd cùm vnus sit Deus, oportuit & imaginem illius vnam esse, quæ quidem est filius. Etenim Dei filius, sicut ex ipsis eloquijs licet discere, idem est & Dei verbum & sapientia, & imago, & manus, & virtus. Vna enim est Dei progenies, & hæc vocabula generationis quæ ex patre est, sunt notiones. Siue enim filium dixeris, declarasti quòd ex illius natura profectum est, siue verbum cogites, rursum id quod ex eo est, & quod ab eo inseparabile est, cogitas. Quin & sapientiam cùm dicis, nihilo minus id sentis, quod non extrinsecus, sed ex ipso est & in ipso. Rursum si virtutem & manum nominaris, irerum dicis quod est essentię proprium. Iam cùm imaginē dicis, filium significas. Quid esse possit simile Deo, nisi quod ex ipso natum est? Nimirum quæ per verbum facta sunt, hæc per sapientiam fundata sunt, & quæ in sapientia fundata sunt, hæc omnia manu Dei facta sunt, perque filium condita sunt. Atque harum rerum non aliunde nos quàm ex scripturis persuasionem habemus. Siquidem ipse Deus per Esaiam Prophetam dicit: Manus mea fundauit terram, & dextera mea stabiliuit cœlum. Ac rursum: Et sub vmbra manus meæ protegam te, in qua constitui cœlum ac fundaui terram. Dauid verò hoc edoctus, ac sciens manum hanc esse sapientiam, canebat: Omnia in sapientia fecisti, impleta est terra creatura tua: quēadmodum & Solomō à Deo sumpta sapientia dicebat: Deus sapientia fundauit terram. Item Ioannes sciens manum ac sapientiam esse verbum, scripsit in Euangelio: In principio erat verbū, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Apostolus verò perspiciens manum, sapientiam, verbum, eundem esse filium, ait: Multifariè multisq; modis olim Deus locutus patribus in Prophetis, nouissimè diebus his loquutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Ac rursum: Vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Rursus autem quum sciret verbum, sapientiam, filium, eandem esse imaginem patris, ait in epistola ad Colossenses: Gratias agentes Deo & patri, qui idoneos nos reddidit in partem hæreditatis sanctorum in lumine, qui liberauit nos à potestate tenebrarum, ac trāstulit in regnum filij charitatis suæ, in quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipso condita sunt omnia, siue quæ in cœlis, siue quæ in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso condita sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt. Nam quemadmodum per verbum, ita quum idem sit imago, in eo condita sunt omnia. Ad hunc modū si quis de domino cogitet, non impinget in lapidem offensionis, sed potius ibit ad fulgorem in conspectu habēs lumen veritatis. Nam hæc est verè veritatis sententia, etiamsi disrumpantur isti contentiosi, qui neque Deum reuerentur, neq; redargutionibus quę fiunt ex certis probationibus pudefiunt. Itaque Eusebiani quum id temporis ad hunc modum examinarentur, seseq; ipsos condēnassent, quemadmodum antea dixi, subscripserunt ac resipiscentes quietem agebant secesserunt que. Posteaquam verò isti iuueniliter ineptientes impietatibus, ac cæcutientes circa veritatem, nihil aliud q̄ conantur criminari synodum: dicant nobis ex quibus ipsi scripturis ista didicerunt, aut ex quo sanctorū audierunt

fortasse. pater qui quam codex Græcus habebat ὑιόν.

Probationes e scripturis sumendę.

C

D

A runt verba, quæ sibi ipsis congesserunt, hęc verba, ex non extantibus, & nō erat priusq̄ nasceretur, & erat cùm non esset, & illud vertibile & prędexistere, & illud voluntate, quibus aduersus dominum illudentes fabulantur. Nam beatus Paulus in epistola ad Hebræos ait: Fide intelligimus perfecta esse secula verbo dei, vt ex his quę non videbantur, id quod videbatur fieret. Verùm nihil cōmune verbo cum seculis. Ipse eñ est ille, q̄ erat ante secula, per quē & secula facta sunt. Cęterùm in pastore scriptum est, nam & hoc quanq̄ nō est ex canone proferūr. Primum omnium crede, q̄ vnus est Deus, qui condidit omnia perfecitq̄, qui fecit vt ex nihilo essent vniuersa. Quin & hoc rursus nihil ad filium pertinet, qñquidem de oīmbus loquitur, quę per eum facta sunt, à quibus ipse diuersus est. Neq; enim fieri potest, vt conditorem cōnumeres cum his, quę ab ipso sunt condita, nisi quis delirans architectum dicat eundem esse cum ędificijs, quæ ab ipso fiunt. Quare igitur cùm ipsi voces ad impietatem cōminiscantur nō scriptas, accusant eos, qui vocibus non scriptis vtuntur ad pietatem? Nam impietatem admittere, in totum vetitum est, etiam si quis varijs verbis ac persuasibilibus inuētis id conetur conuestire, cęterùm pietatem amplecti, sanctorum omnium consensu prædicatur, etiam si quis nouis verbis fuerit vsus, modò qui loquitur piū obtineat sensum, ac per ea, quę cogitauit, piè velit significare. Eorum igitur, qui Christo rebellāt humi repentia verbula, de quibus prius dictū est, iam antea demonstrauit ratio, & tunc & nunc omni impietate esse referta. Cæterùm, quæ à synodo scripta sunt ac definita aduersus illos, si quis exactè scrutetur, comperiet omnino in his veritatis intellectum comprehēdi, maxlmè si talium dictionum etiam occasionem probabilem studio discendi percunctatus audierit. Est enim hæc: Cùm synodus vellet Arrianorum impias dictiones tollere, scripturarū verò confessas voces scribere, quòd & filius sit non ex non extantibus, sed ex deo, B & quòd verbum sit ac sapientia, non autem creatura neq; factura, sed proprium ex patre germen, Eusebius cum suis, quoniam vetusto errore suo trahebantur, volebant has voces ex Deo, communes esse nobiscum, & Dei verbum nihil in hoc differre à nobis propterea quod scriptum esset, vnus Deus ex quo omnia. Ac rursum: Vetera transierunt, ecce noua facta sunt omnia, omnia verò ex Deo. Cæterùm patres quum perspexissent illorum versutiam, & impietatis artificium, iam compellebant eos, vt clarius explanarent, illud ex Deo, scriberentq̄ ex essentia Dei esse filium, ob id, ne illud ex Deo putaretur esse commune & ęquale, tum filio, tum rebus creatis, sed cætera omnia creaturam esse, verbum autem solum ex patre crederetur. Quanquam enim ex Deo omnia esse dicuntur, tamen aliter quàm est filius, esse dicta sunt. Nam creaturæ ideo dicuntur esse ex Deo, quòd non sint rem erè neq; sponte, nullo q̄ autore conditę, neq; fortuito natæ, secundum eos, qui dicunt ex atomorum concursu, & corpusculorum, quę dicuntur ὁμοιομερῆ, quòd horum partes inter se similes sunt, aut vt quidam hæretici, alium mundi conditorem dicunt, aut vt rursus alij, ab angelis quibusdā aiunt omnium rerum esse constitutionem, sed quoniam quum esset Deus, omnia ab ipso per verbum, quum prius non essent, vt essent facta sunt, ideo dictum est illud, ex Deo, verbum autem quoniam non est creatura, dictum est illud, solus est ex patre. Hæc autem sententia illud declarat, quòd filius est ex substantia patris. Neque enim in vllam creaturarum hoc competit, nimirum cùm Paulus dixisset, omnia ex Deo, protinus adiecit, & vnus Iesus Christus, per quem omnia: quò declararet oīmbus, filium esse diuersum ab omnibus à Deo factis, quandoquidem eaque fiunt à Deo, per filium facta sunt. Verùm ob mūdi structuram, quę à Deo profecta est, dixit hæc non ob id, quòd omnia essent ex Deo, quemad-

Pastorē & antea cuiusdam.

Verba noua nō improbanda modo piū habeant sensum.

ὁμοούσιος vox qua occasione reperta.

Esse ex Deo, non vnomodo intelligi.

quemadmodum filius est ex patre. Neque enim omnia sunt vt est filius, neque C
verbum vnum est de numero omnium, sed omnium dominus est & conditor.
Eoq; sancta synodus apertius dixit eum ex substantia patris esse, quo verbum di
uersum à rerum creatarum natura crederetur, quòd solùm verè esset ex Deo,
nec vlla iam deceptionis occasio reliqua fieret, impietatem sectantibus. Hęcigi-
λευκότερον pro apertiꝰ frequẽter vlurpat. tur fuit occasio, quur scriberetur ex essentia. Cæterùm, quum rursus Episcopi
conferent scribendum fuisse virtutem veram, & imaginem patris verbum, si-
mileq; & immutabile per omnia cum patre, inuertibile ac semper, & in eo esse
inseparabiliter, nunquam enim non fuit, sed semper fuit verbum, quum absq;
tempore sit apud patrem, veluti splendor lucis, ij, qui adhærebant Eusebio fere-
bant quidem, non audentes contradicere ob pudorem, quem ceperant ex his,
de quibus fuerant conuicti, deprehensi tamen sunt rursus, inter sese murmuran
tes oculis innuere, quod illud, simile ac semper, ac virtutis nomen, item illud in
ipso, prorsus essent nobis cum filio cõmunia, neq; quicq; deesset, quò minus ista
nobis tribuerent. Similitudinis quidẽ vocabulũ, in nos quoq; cõpetere putabãt,
quod scriptum esset de nobis quoque. Imago Dei est homo & gloria Dei est. Si
Depraua̅t scripturas militer quod scriptum erat, semper, quia scriptum est: Semper enim nos qui vi-
uimus. Iam illud, in ipso. Quoniam in ipso viuimus, mouemur & sumus. Item
quod dicitur, inuertibile, quoniam scriptum est: Nihil nos separabit à charitate
Christi. De virtute porrò, quoniam & campe & bruchus dicitur virtus, magna-
Infecti genus est vtrunque que potentia. Frequenter autem & de populo scriptum est: Exiuit omnis vir-
tus domini ex terra Aegypti. Quin & aliæ sunt virtutes cœlestes. Dominus enim
inquit, virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob. Nam huiusmodi &
Asterius cognomento sophista, ab istis edoctus scripsit, sed ante hunc Arrius &
ipse doctus eadem, vt supra dictum est. Cæterùm, Episcopi, quum hic quoque
perspicerent illorum simulationem, & iuxta id quod scriptum est, in cordibus D
impiorum dolum esse fabricantium mala, compulsi sunt rursus & ipsi ex scriptu
ris colligere sententiam, quæq; prius dixerant, hæc eadem denuo clarius & ex-
planatius tum dicere, tum scribere, videlicet filium eiusdem esse cum patre sub
stantię, vt non solum similem filium, sed eundem similitudine ex patre esse de-
clararent, & aliam esse filij similitudinem, & inuertibilitatem demonstrarent, di
uersam ab ea, quæ in nobis est imitatione, quam nos ex virtute, ob præceptorũ
obseruationem accepimus. Nam corpora inter se similia possunt aliquo pacto di
duci, ac procul à sese diuelli, velut hominum filij erga suos parentes, sicuti scriptũ
est de Adam, & de huius filio Seth, quòd fuerit similis illi specie. Quoniam ve-
rò filij ex patre natiuitas, ab hominum natura diuersa est, non tantum similis, sed
& inseparabilis est à patris essentia, atque vnum sunt filius & pater, quemadmo
dum ait ipse. Porrò, semper in patre est verbum, & in verbo pater, eo quòd ver-
bum est splendor lucis. Nam & hoc ipsa vox declarat. Eoq; synodus hoc intelli-
gens, rectè scripsit ὁμοούσιον, hoc est, eiusdem essentiæ, quo simul & hæreticorum
peruersitatem subuerterent, & ostenderent verbum diuersum esse à rebus con
ditis. Hoc enim quum scripsissent, protinus adiecerunt. Cæterùm, qui dicunt ex
nihilo esse Dei filium, aut creaturam, aut vertibilem, aut facturam, aut ex alia
substantia, hos anathematizat sancta & catholica Ecclesia. Hæc autem locuti,
manifestè demonstrarunt, his vocibus ex substantia, & eiusdem essentiæ, tolli
verbula impietatis, qualia sunt, creatura, factura, ἀγένητον & vertibile, & non erat
priusquam nasceretur. Quisquis enim hoc dicit, contradicit synodo. Cæterùm,
qui non sentit cum Arrio, necessariò hæc synodi decreta sentit & intelligit, si re-
ctè ea perspexerit, quomodo se habeat splendor ad lucem, & qui ex eo veritatis

A tis imaginē accipit. Proinde si verborū nouitatem & isti causantur, cogitent intē
tionē, iuxta quā synodus ita scripsit, anathematizantes ea, quę anathematizauit
synodus, ac deinde si queāt calūnientur voces. Certū scio istos, si perpēderint mē
tem synodi, verba quoq; mentis omino cōprobaturos esse. Quòd si hanc quoq;
volēt reprehendere, omnibus erit perspicuū, q; de illis etiā frustra loquant̄, quodq;
ēm sibi cōminiscantur impietatis prętextum. Harū igit̄ vocum occasio fuit hæc.
Quòd si rursus obmurmurēt, se non destitui scripturis, è vestigio quidē ipsi sub
moueant̄ tanq; inania loquentes, neq; sanę mētis homines, seipsos verò potius in
his accusent, q; cùm ipsi priores præbuerint hanc occasionē, ex non scriptis voci
bus cū Deo pugnare cœperint. Attñ norit, si quis est discendi cupidus, q; etiam
si hę dictiones non sint in scripturis positæ, tamen, vt ante dictum est, ex scriptu
ris habent intelligentiam, & hanc pronunciatæ significant ijs, qui aures habent
ad pietatem integras & incorruptas. Tibi quidem licet hoc considerare, aduer-
sus illos autem indociles, aures occludendas esse, demonstratum est in superio-
ribus, & hoc verum est, credendum esse, verbum ex patre esse, ac solū illius pro-
priā esse progeniē. Nā vnde alioqui qs intelligere queat esse filiū, q est sapiētia
& verbū, per q̄d facta sunt omnia, nisi ex ipso Deo? Tñ & hoc è scripturis didici-
mus, videlicet patre quidē per Dauid loquēte: Eructauit cor meū verbum bonū.
Et: Ex vtero ante luciferum genui te. Filio verò de seipso pronunciāte ludęis: Si
Deus pater vester esset, vtiq; diligeretis me. Ego ēm ex patre prodij. Ac rursum:
Non q patrē vidit quisq̄, pręter eum, q est à patre, hic vidit patrē. Quin & illud:
Ego & pater vnū sumus. Et: Ego in patre & pater in me, tantundē pollet ac si di-
cas: Ego ex patre sum, & ab illo inseparabilis. Quin & Ioānes dicens, vnigenitus
filius q est in sinu patris, ille enarrauit: hęc à patre edoctus locutus est. Quid ēm
B aliud significat, in sinu patris, q̄ verā & germanā filij ex patre natiuitatē? Proin-
de si qs Deū arbitrat̄ esse cōpositum, vt in huius substātia sit aliq̄d accidēs, aut
extrinsecus amictū aliquē habeat quo tegat̄, aut esse circa ipsum aliqua, quę sub
stantiā illius cōpleant, vt nos cùm dicimus Deum, aut cùm nominamus patrem,
non eandem inuisibilē illius & incōprehensibilem essentiā significemus, sed qd
dam eorū quę circa illū sunt, incusent qdem synodū, quę scripserit, ex substatia
Dei esse filium. Cęterū cogitent q; geminā cōmittant blasphemiā ad istum mo-
dum sentiētes. Nā & deū corporeum quendā induunt, & dñm, nō ipsius patris
sed eorū quę circa eum sunt, filium mentiunt̄. Quòd si simplex quędā res est pa-
ter, sicut est, videlicet cùm dicimus Deū, nominamusq; patrem, nihil quicq̄ tanq̄
circa illū sic nominamus, sed ipsam essentiā eius significamus. Nā etiāsi fieri non
posset, vt quidnā sit Dei essentia, cōprehenderemus, tñ duntaxat cogitātes esse
Deum, vel scriptura p; hęc eum significāte, nō alium quenpiā & nos q̄ ipsum si-
gnificare volētes, dicim9 Deū & patrē & dñm. Itaq; cū dicit: Ego sum q sum. Iē
illud: Ego sum dñs Deus. Et vbicūq; dicit scriptura Deus, nos legētes nihil aliud
q̄ ipsam incōprehensibilem eius substantiā significari nobis intelligim9, quodq;
est is, de quo loquunt̄. Itaq; ne qs miretur ex substātia Dei esse filium Dei, quin
potius recipiat patres, qui ppurgarunt sensum, quiq; dilucidius veluti ex conse-
quēti illud ex Deo descripserunt ex substātia. Existimarunt ēm idē esse dicere
ex Deo, ac si dicas, ex substātia Dei esse verbum, quandoquidē & deus, sicuti prę
dixi, nihil aliud q̄ substantiā eius, qui est, significat. Ergo si nō ex Deo est verbū
vt filius sit natura germanus ex patre, sed sicut creaturę, eo q; cōditę sint, dicatur
& ipse more reliquorū omnium esse ex Deo, neq; ex substātia patris est, neq; ipse
filius iuxta substantiā est filius, sed ex virtute quēadmodum nos, qui iuxta grati
am vocamur filij. Quòd si ex Deo solus est tanq̄ verus germanusq; filius, sicuti
re vera est, rectè vtiq; dicet̄ ex substātia Dei filius. Nā & exēplum de lumine ac

ſplẽdore talẽ habet intellectũ. Neq; eñ iuxta eum modũ quo ignis ex ardore ſo- C
lis accenditr, qui & rurſus extingui cõſueuit, dixerũt ſancti eſſe verbũ apud De-
um. Hoc eñ opus extrinſecus & creatura eius q; fecit eſſet, ſed ſplendorẽ ipſum
prędicauerũt oẽs, vt hę voces ex eſſentia, propriã & inſeparabilẽ naturã, & cum
patre vnitatẽ declararẽt. Hoc eñ pacto fiet, vt ſimul illũ tueamur verè eſſe immu
tabilẽ & inuariabilẽ. Aliog quõ hoc eſſe poſſit, qili ex patris ſubſtãtia propria eſ-
ταυτότητα ſet progenies? Neceſſe eſt eñ & in hoc identitatẽ cũ ſuo patre ſeruare; ſanè cùm
pia ratio declararet hoc ita ſe habere, cõſequens erat iſtos ne nominis quidẽ ὁμόσ-
σιου nouitate offendi, q; Chriſto rebellãt, cùm hæc dictio ſanã habeat intelligenti
am ac demõſtrationem. Etenim ſi dicimus ex ſubſtãtia eſſe Dei, verbũ. (Iam enim
hęc vox ab ipſis quoq; recepta ſit) qd tandẽ hoc fuerit, niſi veluti dicas veritatẽ
ęternitatemq; ſubſtãtię, ex qua etiã natus eſt. Neq; eñ eſt alterius formę, ne qd
nouũ ac diſſimile ſubſtãtię patris admiſceaf, neq; extrinſecus, vulgari more ſimi
lis, ne iuxta aliud, aut oñino alterius ſubſtãtię appareat. Quemadmodum æs re
ſplendẽs & aurũ & argentũ & ſtãnum, nã hæc peregrina diuerſiq; gñis inter ſe-
ſe, diſcretaq; natura potẽtiaq; ſunt. Neq; æs propriũ eſt auri, neq; palumbis ex co
lumba, ſed ſimilia qdem putant eſſe, diuerſę tñ inter ſe naturæ ſunt. Itaq; ſi filius
quoq; eodẽ modo eſt, ſic creatura quemadmodũ & nos, & nõ eiuſdẽ ſubſtãtiæ.
Quòd ſi filius eſt verbũ, ſapientia, imago patris, ſplendor, cõſequenter eiuſdẽ fue
rit ſubſtãtiæ. Nã ſi hæc vox, nõ ex Deo, ſed velut organũ alterius naturæ, diuer
ſæq; ſubſtãtiæ declaratur, rectè videlicet ſynodus ſcripſit, rectèq; ſenſit. Cæterũ
tollatur rurſus in his cogitatio corporalis, & oẽm ſenſus imaginationẽ ſupergreſ
ſi puro intellectu, ſolaq; mẽte cogitemus, filiũ apud patrẽ germanũ, ac verbi cũ
patre proprietatẽ & inſeparabilẽ ſimilitudinẽ ſplendoris ad lucẽ. Quemadmo-
dũ eñ hę voces, progenies & filius, nõ humano more, ſed ſicut Deo dignũ eſt di
cunf & ſunt, eodẽ modo cùm audimus ὁμόσιον, hoc eſt, eiuſdem ſubſtãtiæ, ne in D
humanos ſenſus delabẽtes, partitiones ac diuiſiones diuinitatis excogitemus,
ſed tanq; de incorporeis cogitãtes vnitatẽ naturæ & identitatẽ lucis non ſepare-
mus. Nã id propriũ eſt filij erga patrẽ, & hoc demõſtrat deũ verè patrem eſſe ver
bi. Rurſus eñ exemplũ lucis ac ſplendoris in hoc neceſſariũ eſt. Quis audebit di
cere ſplendorẽ alienũ ac diſſimilẽ eſſe ſoli? Aut qs potius ſic intuẽs ſplendorẽ ad
ſolẽ atq; identitatẽ lucis, nõ cõfidẽter dixerit, verè lux & ſplẽdor idẽ ſunt, & hoc
per hoc exemplũ demonſtraf, & ſplendor in ſole eſt, vt qui intueẽ hũc, videat &
illũ. Huiuſmodi verò vnitatem naturęq; proprietatem quõ q; credũt ac vident re
ctè vocarent, niſi eiuſdem ſubſtãtiæ prolem? Dei verò prolem qd quis propriè
ac decenter cogitare poſſit, niſi verbũ, ſapientiã atq; virtutem, quã neq; à pre pe-
regrinã dicere pium eſt, neq; non ſemper eſſe apud patrem vel imaginari fas eſt.
Per hanc eñ prolem omnia fecit pater, & quę fertur ad oñia prouidentiam ex-
tendens, per eam exerit humanitatem erga genus humanũ, & hoc modo vnũ
ipſe & pater ſunt, ſicuti dictum eſt, niſi videlicet iſti malæ mentis homines ſump-
ta audacia rurſum dixerint, aliam eſſe verbi ſubſtantiam, & aliam eſſe ex pa-
tre in eo lucem, vt lumen quidem ſit in filio vnum cum patre, ipſe verò ſit alie-
nus iuxta ſubſtantiã, quaſi creatura. Verùm hæc Caiaphæ & Samoſatenſis ma-
niſeſta ſententia eſt, quam eccleſia quidẽ reiecit, iſti verò nunc ſimulant, eo q; ip-
ſi quoq; à veritate prolapſi declarati ſunt hæretici. Nam ſi oñino particeps eſt
lucis à patre proficiſcentis, quare nõ magis ipſe eſt cuius eſt id particeps. ne quid
medium deprehendatur inter eum & patrem. Nam ſi ita non eſt, nõ iam demõ
ſtratur per filium condita eſſe omnia, ſed per illud cuius etiã ipſe particeps eſt.
Sin verò hic eſt verbum & ſapiẽtia patris, in quo pater reuelatur, cognoſcitur &
creat, & ſine quo nihil facit pater, nimirũ ipſe eſt id q; eſt ex patre, qñ quidẽ hu-

ius

A ſuos ẽs res creatę participes q̃ ſunt, participes ſunt ſancti ſpũs. Hoc aũt mõ cũ ſit, nõ erit ex nihilo nec oñino creatura, ſed potiꝰ ex patre propria proles, velut ex luce ſplẽdor. Itaq; q in Niceña ſynodo cõuenerant cùm hanc haberent mentẽ, tales etiã dictiones ſcripſerũt. Cęterũ q̃ non ex ſeipſis fingentes, has cõmenti ſunt, nã & hoc cauſantur, ſed ex maioribus, qui ipſos prędeſſerant traditas pronũciauerunt, age & hoc differamus, ne vel hęc illis cauſatio relinquatur. Diſcite itaq; à Chriſto rebellãtes Arriani, q̃d Theognoſtus vir eruditus nõ veritus eſt dicere, ex ſubſtãtia. Nã ſcribens de filio, in ſecundo ſubnotationũ libro ad hunc locus eſt modũ. Non res quæpiã extrinſecus adinuenta, eſt filij ſubſtantia, neq; ex nihilo inducta eſt, ſed ex patris ſubſtãtia nata eſt, quemadmodum à luce ſplendor, quẽadmodum ab aqua vapor. Neq; em̃ ſplendor, neq; vapor eſt ipſa aqua, aut ipſe ſol, neq; res aliena, ſed defluxus ex patris ſubſtantia, ita vt patris ſubſtantia non perpeſſa ſit partitionẽ. Nam quemadmodũ ſol idẽ manens nõ minuitur radijs ab ipſo effuſis, ita nec ſubſtantia patris mutationẽ perpeſſa eſt, cùm habeat ſuã ipſius imaginem filium. Theognoſtus igitur cùm priora velut inter exercendũ examinaſſet, poſtea ſuã ipſius opinionẽ ponens, hũc in modũ locutus eſt: Dionyſius aũt qui fuit epiſcopus Alexãdriæ contra Sabellium ſcribens, & diſpẽſationem ſeruatoris iuxta carnẽ pluribus enarrãs verbis, & ex hac coarguẽs Sabellij imitatores, q̃ pater non eſt factus caro, ſed huius verbũ, quẽadmodum dixit Ioannes, Nam ſuſpectus erat, quaſi facturã creaturam q; diceret filiũ, nec eiuſdem ſubſtãtię cũ patre, ſcribit ad cognominẽ ipſi Dionyſium epiſcopũ Romanum, reſpondẽs calumniam hanc eſſe aduerſus ipſum confictã. Neq; em̃ dixiſſe facturam eſſe filium, verum etiam eiuſdẽ eſſentiæ ipſum confiteri confirmabat. Sermo verò ipſius ad hunc habet modum. Et alias literas ſcripſi, in quibus refelli & illud quod proferunt crimen aduerſum me, cùm ſit mendacium, quaſi non

B dixerim Chriſtum eiuſdem eſſe eſſentiæ cum Deo: quanq̃ em̃ nomen hoc fateor non inueniſſe me vſq̃ in ſacris ſcripturis, tñ argumentationes meæ quę ſequuntur, quas iſti reticuerunt, non abhorrent ab hac ſententia. Nam humanam generationem conferebam, videlicet tanq̃ quæ eſſet eiuſdem generis, faſſus oñino parentes ſolum alteros eſſe à liberis, eo q̃ non eſſent ĩdem qui liberi, aut neque parẽtes eſſe neceſſarium eſſe, neq; liberos: atq; ipſam quidẽ epiſtolam, vt prædicebam, propter circunſtantias non poſſum præmittere. Quòd ſi ipſa tibi quæ tũc dicebã verba, vel potius omnibus miſiſſem exemplar quicquid meæ facultatis erit, faciã. Cæterùm ſcio meminiq; plures addidiſſe rerum cognatarũ ſimilitudines. Nam & plantã dicebã è ſemine aut è radice enatã, diuerſam eſſe ab eo vnde pullulaſſet, & omnino cum illo conſtitit eandẽ habens naturã, ac fluuium dicebam à fonte profluentem, diuerſum nomen ſortitũ eſſe, neq; em̃ fontẽ appellari fluuiũ, neq; fluuiũ dici fontẽ, & vtrunq; eſſe, & fluuium eſſe ex fonte profectã aquã. Cæterùm ſcripſi, q̃ nõ eſt factum neq; creatum Dei verbum, ſed propria patris ſubſtãtię proles inſeparabilis, quẽadmodum ſcripſit magna ſynodus. Ecce Romanus epiſcopus Dionyſius ſcribens aduerſus eos, qui cũ Sabellio ſentiunt, vociferat aduerſus eos, qui hæc audent dicere, loquunturq; hũc in modum: Poſthac aũt merito dicturus ſum, aduerſus eos q̃ diuidunt ac diſſecãt ac ſubuertũt ſanctiſſimã eccleſię dei prædicationẽ, monarchiã in treis quaſdã virtutes ac ſeparatas hypoſtaſeis, ac deitates tres. Audiui em̃ eſſe quoſdam apud vos, ex his qui tradunt ac docent diuinum verbũ, huius interpretes ſententię, qui ex diametro, vt ita loquar, aduerſantur Sabellianę opinioni. Nam hic quidem blaſphemiam pronunciãs, ait ipſum filium eſſe patrẽ: & contrà, illi verò tres deos quodammodo prædicant, in tres hypoſtaſeis peregrinas inter ſeſe modis oñibus ſeparatas, diſtrahẽtes ſanctã vnitatẽ. Neceſſe eſt em̃, vt vnitũ ſit diuinũ verbum. Cæte-

Theognoſtus.

Similitudo mira.

Sabellius Arrio contrarius.

rũ ſpũ ſanctũ oportet manere in Deo, & in eo verſari. Iã & diuinã trinitatẽ in vnum velut in faſtigiũ quoddã, deũ vniuerſorũ omnipotentẽ qui dicit, in ſummã colligere congregareq; maximè neceſſariũ eſt. Nã Marcionis delirãtis doctrina in treis principatus monarchię ſectionẽ diuiſionemq; induxit, cũ documentum ſit diabolicũ, nedũ eorũ qui verè ſunt Chriſti diſcipuli, & eorũ q̃bus placent ſeruatoris doctrinæ. Iſti em̃ trinitatẽ quę prędicãt à ſacra ſcriptura, manifeſtè ſciũt. Tres verò deos, neq; vetus, neq; nouũ teſtamẽtum prędicat. Nihilo verò minus aliqs vituperet & illos qui filiũ factũrã eſſe opinant, ac factum fuiſſe dñm velut vnũ è cęteris quę verè facta ſunt, exiſtimãt, cùm diuinę ſcripturę ſuo teſtimonio generationẽ illi congruã ac decentem, nõ fictionẽ vllã, aut conditurã attribuant. Itaq; nõ vulgaris hęc eſt blaſphemia, ſed oẽium maxima, dicere dñm quodam modo manu factũ. Nã ſi factus eſt filius, aliqñ non erat. Sed ſemp fuit. Quòd ſi in patre eſt, quẽadmodum ipſe ait, & ſi verbum ac ſapiẽtia & virtus eſt Chriſtus. (Nã hæc eſſe Chriſtum, diuinę loquuntur ſcripturæ, quẽadmodum ſcitis. Hæ aũt virtutes Dei ſunt.) Ergo ſi factus eſt filius, erat cùm hęc non eſſent, erat vide licet tẽpus, cùm abſq; his eſſet Deus, hoc verò abſurdiſſimum eſt. Et qd amplius de his ad vos diſputẽ, ad viros ſpiritu afflatos, planeq; ſcientes abſurditates emergentes, ex hoc ſi quis dicat filium creaturã, quas mihi non videntur animaduertiſſe, q huius opinionis magiſtri fuerunt, ac propterea vehementer à vero aberraſſe, ſecus q̃ vult hæc diuina prophetica q; ſcriptura: Dñs creauit me initium viarum ſuarũ, excipiẽtes. Neq; em̃ vna eſt huius verbi ἔκτισεν, ſicut ſcitis, ſignificatio. Nam hic ἔκτισεν intelligendum pro eo quod eſt, præfecit his quæ ab ipſo facta fuerant operibus, facta aũt fuerant ab ipſo filio. Nequaq̃ verò ἔκτισεν nunc dici poteſt, pro eo quod eſt fecit. Differt em̃ à facere verbũ κτίσαι. Non eſt idẽ, hic tuus pater ἐκτίσατό σε. i. poſſedit, ſiue parauit te, & ἐποίησέ σε. i. fecit te, & ἔκτισέ σε. i. cõdidit te. In magno Deuteronomĩ cantico ait Moyſes. Ad quos etiam aliquis dixerit: O in periculum pręcipites homines. Factura ne eſt primogenitus omnis creaturę, qui ex vtero ante luciferum genitus eſt, qui dixit tanq̃ ſapientia: Ante oẽnes fontes generat me. Et frequenter in literis ſacris natum non factum filium dici inuenerit aliquis, quibus palàm redarguuntur mendacia de domini generatione opinantes, qui facturam audent dicere ipſius diuinam & ineffabilem generationem. Neq; igitur patiri oportet in treis deitatis admirandam ac diuinam vnitatẽ, neq; per facturã prohibere dignitatem præeminentemq; magnitudinem domini, ſed credere in Deum patrem omnipotẽtem, & in Chriſtum Ieſum filium eius & ſpiritum ſanctum. Vnitum autem fuiſſe Deo vniuerſorum ipſum verbum. Ego enim, inquit, & pater vnũ ſumus. Et ego in patre, & pater in me. Sic enim & diuina trinitas, & ſancta prædicatio monarchiæ conſeruabitur. Cętera ùm, de hoc quod verbũ ſemper eſt cum patre, nec eſt alterius eſſentiæ ſiue ſubſtantiæ, ſed ipſum patris eſt proprium, quemadmodum dixerunt qui erant in ſynodo congregati, liceat vobis denuo recitare, & ex diligentiſſimo Origene. Nam quę veluti quærens, & ingenium exercens ſcripſit, hæc non tanq̃ ipſius ſententis ſint, accipiat quiſq̃, verùm hęc eorum eſſe qui pertinaciter cõtendunt, ſed quod inter quærendum audacter definiens pronunciat, huius diligentiſſimi viri ſententia eſt. Poſt illa igitur quæ velut exercendo dixerat aduerſus hæreticos, protinus ipſe ſubiecit ſua loquens in hunc modum. Si eſt imago Dei qui videri nõ poteſt, erit & ipſe inuiſibilis, ego verò ſumpta audacia addiderim, quod etiam ſimilitudo patris cùm ſit, nunq̃ non fuit. Qñ em̃ Deus, qui ſecundũ Ioannem lux dicitur, Deus em̃ lumen eſt, ſplendorem non habuit proprię gloriæ, vt aliquis ſumpta audacia tribuat filio, quod eſſe cœperit cùm prius non eſſet. Qñ aũt illa ineffabilis & innominabilis & incomprehenſibilis paternæ ſubſtantiæ imago

Hactenus epiſtola.

Origenes multa ſcribit inquirens non pronuncians.

A imago, illa figura, illud verbum, ille qui nouit patrē, non erat? Cogitet enim qui hoc audet dicitq; aliqñ nō fuit filius, quod idem dicet, & sapientia aliqñ nō erat, & verbum non erat & vita non erat. Et rursum in alijs locis ad hunc loquit̄ modum. Verùm fas non est, neq; periculo vacat, propter imbecillitatem nostram, priuare quod quidem in nobis est Deum eo, qui semper cum ipso est vnigenito, quum sit sapientia, cui pater adgaudebat. Nam ad hunc modum intelligetur, ne semper quidem gauisus fuisse. Ecce nos quidem ex patribus ad patres per manus traditam fuisse hanc sententiam demonstrauimus. Vos autem ô noui Iudæi & Caiaphæ discipuli, quos tandem nominum vestrorum potestis ostendere progenitores? Sed neminem prudentium ac sapientium dicere poteritis. Omnes enim vos auersantur, præter vnum diabolum. Siquidem hic solus vobis istius defectionis pater fuit, qui & initio in vos superseminauit istam impietatem, & nūc persuasit vobis, vt conuitijs incessatis vniuersalem synodum, quod non vestra sed hæc scripserint, quæ hi, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt verbi, tradiderunt. Quam enim synodus scripto confessa est fidem, hęc est vniuersalis ecclesiæ, hanc defendentes beati patres, sic scripserunt & condemnauerunt Arrianam hæresim, quamob causam maximè traducere synodum conantur. Non enim dictiones illos cruciant, sed quòd per illas declarati sint hæretici, cęteris hęresibus audaciores, videlicet, cùm ipsorum dictiunculæ demonstratæ tunc fuerint improbæ, quanq̄ semper erant confutatu faciles, quippe cùm essent impiorum. Iam mutuo sumpserunt à gentibus dictionem ἀγένητον, vt & huius prætextu nominis inter res conditas rursum & inter creaturas cōnumerarent Dei verbum, per quod hæc omnia γενητὰ facta sunt, vsq; adeo sunt ad impietatem impudentes, & ad blasphemijs afficiendum Deum pertinaces. Itaq; si ignorantes nomen, sic impūdenter agerent, oportebat eos discere ab his, qui hoc illis tradidissent, q̄ & mens quam dicunt ex bono, & ex mente anima, tametsi scirent ex quibus sint, tñ non meruerunt & hæc dicere ἀγένητα, scientes q̄ cùm hoc dicunt, nō diminuunt illud primum, ex quo & hæc nata sunt: aut oportebat ipsos quoq; ad hunc loqui modum, aut omnino non loqui de ijs quæ nesciunt. Quòd si putant se scire, necesse est, vt ipsos interrogemus, maximè cùm non sit ex diuinis scripturis dictio, sed rursum sine scripturis garrientes contendunt. Nam ego quidem causam ac mentem iuxta quam synodus hoc verbum, ex substantia & hoc verbum ὁμοούσιον, concorditer cum his, quæ ex sacris scripturis de seruatore dicta sunt, & quotquot ante synodū maiores, has voces prodiderunt scriptoq; reliquerunt, enarraui. Ipsi quoq;, si quidem possunt, respondeant, quomodo nacti sint hanc dictionem, quæ scripta non est, aut qua mente Deum ἀγένητον dicunt, nam nomen hoc audiui diuersa significare. Aiunt enim dici, ἀγένητον, quod nondū qui dē factū est, cęterū fieri potest, ac rursum, q̄d neq; est neq; possit esse. Est & tertiū illius significatum, quod est quidem, sed nec conditum, nec originem sortitum in hoc vt esset, sed sempiternū est & incorruptibile. Fortassis igitur primas duas significationes præterire volent propter absurditatem, quæ illic inest. Nam iuxta primam significationem erunt, & quæ iam facta sunt, & quæ expectantur vt fiant, ἀγένητα. Nam alterum illud plus etiam q̄ hoc habet absurditatis. Ad tertiā igitur significationem iam accedunt, iuxta illam appellantes aliquid ἀγένητον. Verùm & hoc dicentes nihilo minus sunt impij. Nam si quod non habuit principium, vt esse inciperet, neq; conditum est, neq; creatum, sed sempiternū est, hoc dicunt ἀγένητον, sed huic contrariū esse Dei verbum, quis non perspicit versutiā deo repugnantium? Quis non illos sic insanientes lapidibus obruat? Nam cùm erubescant iam proferre prima illa fabularū suarum verbula, de quibus condemnati fuerant, alio modo rursus eadem significare commenti sunt miseri, per hoc

Hactenus Origenes.

ἀγένητον multa significat.

nomẽ, vt ipsi dicũt, ἀγέννητον. Quòd si filius est de numero rerũ cõditarum, nimirum ex nihilo & ipse factus est, & si cœpit esse, videlicet non erat anteq̃ nascere tur, & si non est æternus, aliquando non erat. Oportebat igitur hęc cùm rursus ita sentirẽt, ijsdẽ ac propr̃jis verbis significare suã opinionem à nostra diuersam, nec dictione scilicet ἀγέννητον tegere mentis suę malitiã. Verùm hoc non faciunt improbi, sed omnia iuxta patrem suum diabolũ cum versutia faciunt. Quemad modum em̃ ille cum alienis indumẽtis occurrere conat̃, sic isti cõmenti sunt nomen ἀγεννήτου, vt simulantes sese laudare Deum, occultam inferant aduersus dñm blasphemiã, ac sub inuolucro eam alijs significẽt verbis. Verùm cùm hoc quoq̃ sophisma ipsis deprehensum sit, qd iam ijs prætereareliquum sit, dicant. Inuenimus, inquiunt scelesti, & prioribus addentes aiunt, ingenitum hoc esse, q̃d non habet autorẽ vt sit, sed q̃ ipsis creatis ipsum est autor in hoc vt fiant. Ingrati vereq̃ scripturarum imperiti, qui non propter honorem erga Deum, sed propter ignominiã in filium omnia, tum faciunt, tum dicunt, haud intelligentes, q̃ qui filium afficit ignominia, ignominia afficit & patrem. Nam primum quidem, etiamsi sic Deum nominent, non tamen demonstratur verbum esse de numero rerum conditarum. Quum enim sit æqua progenies essentiæ paternæ, hoc pacto & illi semper adest. Neq̃ enim nomen hoc tollit verbi naturam, neque rursum hæc vox ἀγέννητον ad filium relata habet quòd significat, sed ad ea quæ per filium facta sunt. Et quemadmodum qui architectum pronunciat ac dicit structorem domus aut ciuitatis, non annumerat huic nomini filium, qui ex eo natus est, sed artem potius ac scientiam erga opera, significant non esse ipsum talem, qualia sunt, quæ ab eo facta sunt. Fabrum enim vocat, cæterùm, naturam eius, qui fecit sciens, nouit eum diuersum esse ab his, quæ ab ipso progenita sunt, ac propter filium quidem patrem illum vocat, propter opera verò conditorem & opificem. Simili modo, qui Deum sic dicit ἀγέννητον, ex operibus eum nominat, significans illum non solum non esse factum, sed etiam rerum conditarum opificem esse. Nouit sanè verbum diuersum esse à creatis, ac solum esse propriam patris prolem, per quam & omnia facta sunt & consistunt. Etenim quum omnipotentem Deum Prophetæ dicunt, non eò, quòd verbum sit vnum è numero omnium, sic illum appellant, (nouerunt enim filium diuersum esse à creatis) ipsúmque etiam omnium habere potestatem, iuxta patris similitudinem, sed quod omnium quæ per filium fecit, ipse dominium habeat & autoritatem, horumq̃ potestatem filio tradiderit, nihilo tamen secius ipse omnium per verbum dominetur. Rursus quum dominum virtutum appellant Deum, non eo quòd verbum sit vnum de numero virtutum hoc dicunt, sed quòd filij quidem pater est, cæterum earum virtutum quę per filium factæ sunt dominus est. Etenim & ipsum verbum quum sit in patre, omnium æquè horum dominus est, & in omnia tenet imperium. Omnia enim quæcunq̃ habet pater, filij sunt. Quemadmodum igitur hoc talem habet sensum, ita qui volet dicere Deũ ἀγέννητον, dicat quidem si semel ita ipsi visum fuerit, ne tamen ob id verbum sit de numero creatorum, sed quod quemadmodum antè dixi, non solum Deus non est conditus, sed & conditorum opifex est per suum verbum. Etenim quum pater ad hunc modum appelletur, nihilo secius patris imago est verbum, & eiusdem cum patre substantię, imago verò quum sit illius, diuersus erit ab omnibus creabilibus, & à nomine cæterorum omnium. Cuius em̃ est imago cum hoc & proprietatem habet, & eandem essentiam: vt is qui dicit patrem increabilem & omnipotentem, sub nomine increabilis & omnipotentis intelligat & huius verbum ac sapientiam, qui est filius. At isti mirabiles & ad impietatem faciles, non ob id q̃ de patris honore soliciti sint, commenti sunt hoc nomen ἀγεννήτου, sed vt

A dem̃o malè sentirẽt. Nam si honorac laus eorum illis curæ fuisset, oportuit eos potius, id quod melius erat, patrem & scire & profiteri Deum, q̃ isto pacto nominare. Siquidem illi quum aiunt Deum ἀγέννητον, ex his quæ facta sunt, sicut antè dixi, duntaxat esse creatorem profitentur, videlicet vt & verbum pro sua libidine significarent esse creaturam. Cæterùm, qui Deum patrem dicit, protinus in illo significat & filium, nec is ignorabit, quod quum sit filius, per filium quæ facta sunt, creata sunt omnia. Itaq; potius ac verius fuisset, Deum ex filio significare, patremq; dicere, quàm ex solis operibus addito nomine dicere eum ἀγέννητον. Nam hoc quidem nomen significat, opera ex voluntate Dei, per verbum facta. Cæterùm, patris nomen propriam ex ipsius essentia prolem declarat. Quãtum autem verbum à creatis differt, tantum, imò plus interest, vtrum dicas patrem, an ἀγέννητον. Nam hoc quidem in scripturis non est, ac suspectum est, variam habens significationem. Illud autem & simplex est & in scripturis extat, denique verius est, nec aliud significat, quàm filium. Atque hæc sanè vox ἀγέννητον, ab ethnicis inuenta est, qui non nouerant filium. Cæterùm, patris vocabulum à domino nostro agnitum est ac donatum. Siquidem ipse sciens cuius esset filius, dicebat: Ego in patre, & pater in me. Et: Qui vidit me, vidit patrem. Et: Ego & pater vnum sumus, nec vllo modo deprehenditur ipse patrem vocare ἀγέννητον. Quum vbi nos docet orare, non dixit: Quum autem oratis, dicite: Deus ἀγέννητε, sed sic potius, quum oratis, dicite: Pater noster qui es in cœlis. Quin & fidei nostræ caput hunc conferri voluit. Iussit enim nos baptizari non in nomine ἀγεννήτου & γεννήτου, neq; in nomine ἀκτίστου καὶ κτίσματος, id est, increabilis & creaturæ, sed, in nomine patris & filij & spiritus sancti. Etem̃ dum sic initiamur, reddimur & nos vtrè filij. Præterea cùm patris nomẽ dicimus, agnoscimus ex hoc nomine etiam verbum quod est in patre. Quòd si suum proprium patrem, vult
B & nostrum patrem dicere, non conuenit vt ideo nosipsos cõparemus filio iuxta naturã. Nam & hoc propter eum dicitur à nobis. Quoniam enim nostrum corpus gestauit verbum, & factum est in nobis, consequenter propter verbum &d in nobis est, etiam noster pater dicitur Deus. Spiritus enim verbi qui est in nobis, per nos Deum, vt illius patrem, ita nostrum quoq; vocat. Hæc est Apostoli mens, qui dicit: Emisit Deus spm̃ filij sui in corda nostra, clamãtem, abba pater. At fortassis & per hoc ipsum nomen geneti confutati, vt sunt peruersis moribus, tentabunt & ipsi dicere. Oportebat & de domino nostro Iesu Christo ex scripturis ea loqui, quę de ipso scripta sunt, nec voces inducere nusquam scriptas. Certè oportuit, fateor & ipse, quòd ex scripturis exactior est q̃ ex cæteris veritatis probatio, verùm improbitas, & cum versutia coniuncta recidiua Eusebianorum impietas compulit, vt ante dictum est, episcopos apertius proferre voces, quibus illorum impietas subuerteretur. Et quæ scripta sunt à synodo ea demonstratum est rectam habere sententiam. Contra Arrianorum verbula absurda, & mores praui declarati sunt. Siquidem ἀγέννητος vocabulum, quod habet propriam significationem, poterátque piè proferri, ipsi rursus iuxta suam mentem, vtcunque libitum fuit, nominant in contumeliam seruatoris, tantum, vt in morem gigantum pertinaciter bellum gerant aduersum Deum. Verùm, ne cum quidem quum illa proferrent verbula, manebant indemnati, neque fallere potuerunt, quod verbum ἀγέννητον, quod rectè piéque nominari poterat, ab ipsis tamen perperam intelligeretur. Pudefacti sunt enim in omnibus, & illorum hæresis vndiquaq; traducta est. Hæc qdem vr potui reminiscí eorã, quę in synodo tunc peracta sunt, declaraui. Cæterùm noui, quod qui inter Christo rebellãtes contentionis sunt amantes, nequaquam his auditis volent immutari, sed magis circumcursabunt, rursus alias quærentes causationes, ac post illas rursus alias com-

Ex scripturis potissimũ sumẽda verba, quibus de Deo loquimur. ὑπομνηστέον

as comminiscẽtur. Nam iuxta dictum illud propheticum: Si mutabit Aethiops pellem suam, & Pardalis maculas suas, volent & ipsi piè sentire, dedicentes impietatem. Tu verò charissime, librum hunc vbi acceperis, versare in eo solus, & si probaueris rectè habere, tum lege & his qui presentes sunt fratribus, vt ipsi quoq; super his edocti, & probent in synodo veritatis studium ac sententiæ certitudinem, & damnent Christo rebelles Arrianos cum suis inanibus causationibus, quas ob impiã ipsorum hæresim inter se fingere student. Qm̃ Deum ac patrẽ decet gloria, honor & adoratio cum ipsius initiũ non habente filio ac verbo, vnà cum sancto & viuificatore spiritu nunc & in æterna secula seculorum, Amẽ.

## D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI viri sanctissimi Confessio, siue Symbolum.

QVicunq; vult saluus esse ante omnia opus est vt teneat catholicam fidem. Quam nisi quisque integram inuiolatamq; seruauerit absque dubio in ęternum peribit. Fides aũt catholica hęc est, vt vnũ Deum in Trinitate & Trinitatẽ in vnitate veneremur. Neq; confundentes personas, neq; substantiã separantes. Alia est em̃ persona patris, alia filij, alia spũs sancti. Sed patris & filij & spũs sancti vna est diuinitas, ęq̃lis gloria, coæterna maiestas. Qualis pater, talis filius, talis spũs sanctus. Increatus pater, increatus filius, increatus spũs sanctus. Immensus pater, immẽsus filius, immensus spũs sctũs. Aeternus pater, æternus filius, æternus spũs sanctus. Et tamen nõ tres æterni, sed vnus æternus. Sicut nõ tres increati nec tres immẽsi, sed vnus increatus & vnus immensus. Similiter omnipotẽs pater, omnipotẽs filius, omnipotẽs spũs sanctus. Et tamẽ nõ tres omnipotẽtes, sed vnus omnipotẽs. Ita deus pater deus filius, Deus spũs sanctus. Et tamen nõ tres dij, sed vnus est Deus. Ita dñs pater dñs filius, dñs spũs sanctus. Et tamẽ nõ tres dñi, sed vnus est dñs. Quia sicut singũlatim vnamq̃q; personam Deũ ac dñm cõfiteri Christiana veritate cõpellimur, ita tres deos aut dños dicere catholica religione prohibemur. Pater à nullo est factus, nec creatus nec genitus. Filius à patre solo est, nõ factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus à patre & filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Vnus ergo pater non tres patres, vnus filius non tres filij, vnus spiritus sanctus non tres spũs sancti. Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totæ tres psonæ coæternæ sibi sunt & coæquales. Ita vt per omnia, sicut iã supradictũ est, & vnitas in trinitate, & Trinitas in vnitate venerãda sit. Qui vult ergo saluus esse, ita de Trinitate sentiat. Sed necessariũ est ad eternã salutẽ, vt incarnationẽ quoq; dñi nr̃i Iesu Christi fideliter credat. Est ergo fides tecta, vt credamus & confiteamur qa dñs noster Iesus Christus Dei filius, Deus & homo est. Deus est ex substãtia patris añ secula genitus, & homo est ex substãtia matris in seculo natus. Perfectus Deus pfectus homo, ex anima rõnali & humana carne subsistens. Aeq̃lis patri secundum diuinitatẽ, minor patre secũ dũ humanitatẽ. Qui licet Deus sit & hõ, nõ duo tñ, sed vnus est Christus. Vnus aũt non cõuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deũ. Vnus omnino non confusione substãtiæ, sed vnitate psonæ. Nã sicut anima rõnalis & caro vnus est hõ, ita Deus & hõ vnus est Christus. Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis. Ascẽdit ad cœlos, sedet ad dexterã Dei patris oñipotentis, iñ venturus est iudicare viuos & mortuos. Ad cuius aduentũ oẽs homines resurgere habent cũ corporibus suis & reddituri sunt de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt ibunt in vitã æternã, qui vero mala in ignem æternum. Hæc est fides catholica, quam nisi quisq; fideliter firmiterq; crediderit, saluus esse non poterit.

EVAGRI

C

# EVAGRII PRESBYTERI AD INNOcentium Episcopum, in vitam beati Antonij abbatis & Eremitæ, translationis e Græco in latinum stylum, Ratio.

PResbyter Euagrius Innocentio charissimo filio in domino salutẽ. Ex alia in aliam linguam ad verbum expressa translatio, sensus operit, et veluti lætum gramen sata strãgulat. Dum enim casibus & figuris seruit oratio, quod breui poterat Indicari sermone, longo ambitu circumacta vix explicat. Hoc igitur ego vitans, vitam beati Antonij, te petente, ita transposui, vt nihil desit ex sensu, cũ alis quid desit ex verbis. Alij syllabas aucupentur & literas, tu quære sententiam.

# D. ATHANASII AR ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI in vitam Sanctissimi Antonij monachi, eremitæ & abbatis, Præfatio.

D

ATHanasius Episcopus ad peregrinos fratres. Optimum fratres inijstis certamen, aut æquari Aegypti monachis, aut superare nitentes virtutis instãtia. Etenim apud vos iam plurima sunt monasteria: monachorum quoque nomen est celebrè: & hanc voluntatem fustè quisq; mirabitur: orantibusq; vobis optatum Deus tribuet effectum. Quoniam igitur exegistis à me, vt vobis scriberem de conuersatione beati Anthonij, volentibus discere quemadmodum cœperit, quidũ e fuerit ante sanctum propositum, qualem etiam habuerit terminum vitæ, & si vera sunt ea, quæ de ipso fama dispersit, vt ad eius æmulationem atque exemplum vos instituere possitis magna cum lætitia suscepi vestræ charitatis imperium. Etenim mihi ingens lucrum est atq; vtilitas, hoc ipsum quod recordor Antonij, & vos cum admiratione audientes, scio eius propositum cupere sectari: perfecta est siquidem ad virtutem via, Antonium scire quid fuerit. Ergo vt breuiter dicam, ex omnibus quæ de eo referentium sermo iactauit, credite & minima vos existimate audisse de maximis, quia non ambigo nec eos omnia potuisse cognoscere, cùm & ego rogatus à vobis, quantacunq; per epistolam significauero, non æqualia sim eius meritis narraturus. Sed & vos omnes hinc nauigantes studiosè percontamini, quo singulis, quæ norunt referentibus, congrua dignaq; tanti nominis relatio compleatur. Disponebam itaque post lectionem literarum vestrarum aliquos ad me monachos inuitare, & maximè eos qui crebro ad eum ire consueuerant: vt plenius aliquid addiscens, munera vobis maiora transmitterem. Sed quoniam & nauigationis tempora labebantur, & literarum portitor vehementissimè festinabat, ideo ea quæ & ipse noueram, frequenter enim eum visitaui, & quæ ab eo didici quia ad præbendam ei aquam non paululum temporis cum eo feci, dilectioni vestræ indicare properaui, vtrobiq; curam veritatis habens, vt neque plus aliquis audiens, miraculorum congestionem non credat, nec rursum meritis eius inferiora cognoscens non putet dignum esse miraculo pro tanti nominis viro.

# SANCTISSIMI ANTONII MONACHI, EREMITAE ET abbatis vita, a D. Athanasio Archiepiscopo Alexandrino græce conscripta, & ab Euagrio presbytero. in latinum stylum translata.

ANTONIVS nobilibus religiosisq; parentibus natus, in Aegypto oriundus fuit, tanta suorum nutritus cura, vt nihil aliud præter parẽtes dominumq; cognosceret. Et cùm iã puer esset, non se literis erudiri, non ineptis infantiũ iungi passus est fabulis: sed Dei desiderio flagrans, secundum quod scriptum est: Innocenter habitabat domi. Ad Ecclesiam quoq; cum parentibus sæpè conueniens, nec infantum lasciuias, nec puerorum negligẽtiam sectabatur, sed tantùm ea quæ legebantur auscultans, vtilitatem præceptorum vitæ institutione seruabat, non suis, vt solet illa ætas, pro varijs & delicatis cibis vnquam tædio fuit, non escæ molliores blandimenta sectatus est, his solum quæ dabantur contentus, nihil amplius requisiuit. Post mortem autem parentum, annorum circiter decem & octo seu viginti cum sorore admodum paruula derelictus, & domus & sororis honestã curam gerebat. Necdum verò sex fluxerant menses, quibus ad Ecclesiam (vt solebat) accurrens, recordabatur quomodo & apostoli, omnibus spretis, secuti fuissent saluatorem: & multi, vt legitur in actis apostolorum, facultatibus suis venditis, precia ad pedes eorum detulissent egentibus partienda, quæve aut quanta spes ijsdem reposita esset in cœlis. Talia secum voluens intrauit Ecclesiam, & accidit vt tunc euangelium legeretur in quo dominus dicit ad diuitem: Si vis perfectus esse, Vade, & vende omnia tua quæcunque habes & da pauperibus, & veni, sequere me, & habebis thesaurum in cœlo. Quo audito quasi diuinitus huiusmodi ante memoriam concepisset, & veluti propter se hæc esset scriptura recitata, ad se dominicum traxit imperium, statimq; regressus, possessiões quas habebat vendidit. Erant autem ei trecentæ palmæ vberes & valde optimæ, quas vicinis largitus est ne in aliquo aut sibi aut sorori molestia gigneretur. Cætera verò, quæ in mobilibus possidebat vniuersa vendidit: & aggregato non exiguo precio, indigentibus dedit, paucis tamen ob sororem reseruatis, quæ & sexu & ætate videbatur infirmior. Rursus autem Ecclesiam ingressus, cùm audisset dominum in euangelio dicentem: Nolite cogitare de crastino, reliquam quoque portionem pauperibus distribuit, neque se versari pàssus est domi. Sed sorore fidelibus ac notis virginibus commendata, vt earum nutriretur exemplo, ipse iam omnibus seculi vinculis liber, asperum atque arduum arripuit institutum. Necdum autem tam crebra erant in Aegypto monasteria: neque omnino quisquam aut iam solitudinem nouerat: sed quicunque in CHRISTI seruitute sibimet ipsi prodesse cupiebat, non longè à sua villula separatus instituebatur.

Erat

C Erat igitur in agello vicino senex quidam vitam solitariam à prima sectatus ætate. Hunc Antonius cùm vidisset æmulatus est ad bonum. Et primò quidē incipiens etiam ipse, in locis paululum à villa remotioribus manebat: exinde autem si quem vigilantem in hoc studio compererat, procedens, quærebat vt apis prudentissima: nec ad habitaculum suum ante remeabat, nisi eius quem cupiebat, frueretur aspectibus: & sic tanquam munere mellis accepto, abibat ad sua. Tali ibidem institutus exordio cùm per dies singulos ita animum roboraret, vt nec opum paternarum, nec suorum meminisset affinium, omē etiam desiderium & solicitudinem erga id quod coeperat, exerceret: operabatur manibus suis, sciens scriptum esse: Qui non operatur non manducet. Mercedem sanè operis sui, precio panis excepto, egentibus largiebatur. Orabat frequenter quippe qui didicerat, quòd oporteret sine intermissione dominum orare. Auditioni etiam scripturarum ita studium commodabat, vt nihil ex eius animo laberetur: sed vniuersa domini præcepta custodiens, memoriam pro libris haberet. Sic suam vitam instituens ab vniuersis fratribus puro diligebatur affectu: & omnibus ad quos studio discendi pergebat obediens, proprias singulorum gratias hauriebat. Huius continentiam, iucunditatem illius sectabatur: istius lenitatem, illius vigilantiam, alterius legendi æmulabatur industriam: istum ieiunantem, illum humi quiescentem mirabatur, alterius patientiā, alterius mansuetudinem prædicabat. Omnium quoque vicariam erga se retinens charitatem, atque vniuersis virtutum partibus irrigatus, ad sedem propriam regrediebatur. Ibi secum vniuersa pertractans, omnium in se bona nitebatur exprimere. Neque verò aduersum coæuos aliquando mouebatur, sed ea tantummodo flamma egregio viro crescebat in pectore, ne secundus cuiquam in prędictis operibus inueniretur. Et hoc ita faciebat, vt cùm omnes gloria anteiret, omni-
D bus tamen charus esset. Nam & vicini & monachi, ad quos sæpè veniebat, Antonium videntes, deicolam nuncupabant: indultisq; naturæ vocabulis, quidam vt filium, alij vt patrem diligebant. Dum hæc gereret Antonius, quibus omnium in se prouocaret affectum, inimicus nominis Christiani diabolus, impatiens ferens tantas in adolescēte virtutes, veteranis eum aggressus est fraudibus. Et primò quidem tentans, si quo modo posset ab arrepto eum instituto retrahere, immittebat ei memoriam possessionum, sororis defensionem, generis nobilitatem, amorem rerum, fluxam seculi gloriam, escæ variam delectationem, & reliqua vitæ remissioris blandimenta, postremò virtutis arduum finem, & maximum perueniendi laborem, nec non & corporis fragilitatem suggerebat, & ætatis spacia prolixa, prorsus maximā dei cogitationum caliginem suscitabat, volens eum à recto proposito reuocare. Postquam autem diabolus orationibus eius ad Deum per passionis fidem se intellexit elidi, consueta aduersum omnes adolescentes arma arripiens, nocturnis eum inquietabat illecebris. Et primùm noctibus infesta multitudine & horribili metu sonitus eum exagitare conabatur. Per dies etiam tam apertis in eum telis irruebat, vt nullus ambigeret, quin Antonius contra diabolum dimicaret. Nam & ille cogitationes sordidas conabatur inserere: & hic eas oratu submouebat assiduo. Ille titillabat sensus naturali carnis ardore: hic fide, vigilijs & ieiunijs corpus omne vallabat. Ille per noctes in pulchræ mulieris vertebatur ornatum, nulla omittens figmenta lasciuiæ: hic vlrices gehennæ flammas & dolorem vermium recordans, ingestæ sibi libidini opponebat, ille lubricum adolescentiæ iter & ad ruinam facile proponebat, hic æterna futuri iudicij tormenta considerans, illæsam animæ puritatem per tētamenta seruabat. Ista autem omnia ad confusionē diaboli fiebant: Qui enim similem se Deo fieri posse existimabat, nunc ab adolescente, vt

miſerrimus deludebatur: & qui contra carnem & ſanguinem ſæuiebat, ab ho- A
mine qui carnem portabat eliſus eſt. Adiuuabat enim ſeruum ſuum domi-
nus, qui noſtri gratia carnem ſuſcipiens, victoriam corpori contra diabolum
largitus eſt vt ſingulis ita certantibus, apoſtolicum liceret proferre ſermonem:
non autem ego ſed gratia Dei quæ mecum eſt. Poſtremo cùm nec hoc argu-
mento deſtruere poſſet Antonium draco deterrimus, & videret ſe ſemper ab
eius cogitationibus repelli, ſecundum quod ſcriptum eſt: Stridens dentibus &
vlulans, qualis eſt meritò, talis apparebat & vultu: puer horridus atque niger, ad
eius ſe genua prouoluens, humana voce flebat, dicens: Multos ſeduxi, plurí-
mos decepi: nunc autem vt à cæteris ſanctis, ita & tuo ſum labore ſuperatus.
Quem cùm interrogaret Antonius quiſnam eſſet qui talia loqueretur, ait: Ego
ſum fornicationis amicus, ego multimoda aduerſum omnes adoleſcentes tur-
pitudinis arma ſuſcepi: hinc & ſpiritus fornicationis vocor. Quantos pudicè vi-
uere diſponentes, fefelli: quot tenuiter incipientes, ad ſordes priſtinas redire
perſuaſi. Ego ſum propter quem propheta lapſos increpat, dicens: Spiritu
fornicationis ſeducti eſtis: & reuera per me illi fuerant ſupplantati. Ego ſum
qui teipſum ſæpe tentaui, & ſemper repulſus ſum. Cùm hoc CHRISTI mi-
les audiſſet, gratias agens Deo, & largiore aduerſus inimicum confortatus au-
dacia, ait: Multum ergo deſpicabilis multumq; contemptibilis es nam & obſcu-
ritas tua & ætas, infirmarum ſigna ſunt rerum. Nulla mihi iam de te curà eſt.
Dominus mihi adiutor eſt, & ego exultabo ſuper inimicos meos. Et ſtatim
ad vocem cantantis phantaſma, quod videbatur, euanuit. Hæc autem Anto-
nij contra diabolum fuit prima victoria, imò virtus in Antonio ſaluatoris: qui
peccatum in carne condemnauit, vt iuſtificatio legis in nobis compleretur, qui
non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum. Sed neque Anto-
nio ſecuritatem dedit hic vnus triumphus, nec diabolo ſemel fractæ defecere B
vires. Nam & iſte vt leo rugiens quærebat aditum, per quem poſſet erum-
pere: & ille ſcripturarum doctus eloquio, non ignorabat multas eſſe dæmonum
captiones. Propter quod ſolerti propoſitum labore ſeruabat, conſiderans quia
poſſet Satanas in carnis colluctatione ſuperatus nouarum aduerſus ſe artium
machinas acrius commouere. Id circo magis ac magis ſubiugabat corpus ſuum,
ne victor aliorum, in alijs vinceretur. Diſponens igitur duriori ſe vitæ lege con-
ſtringere, cùm omnes infatigabilem adoleſcentis mirarentur inſtantiam, ſan-
ctum toleranter ferebat laborem, & voluntariæ ſeruitutis longum in Dei opere
ſtudium conſuetudine in naturam vertebat. Inediæ autem & vigiliarum in-
tantum patiens erat, vt credulitatem viribus vinceret. Pernoctabat in oratione
ſæpiſſimè, edebat ſemel in die poſt ſolis occaſum, nonnunquam biduò tri-
duoq; ſic permanens, quarta demum die reficiebatur. Sumebat verò panem
& ſal, potumq; aquæ perparum. De carnibus verò & vino tacere melius puto
quàm quicquàm dicere: quoniam nec apud plurimos quidem monachorum,
ſiſtiuſmodi eſcæ in vſu habeantur. Quieti autem membra concedens iunco con-
texto atque cilicio vtebatur. Nonnunquàm etiam ſuper nudam humum iace-
bat, vnguenta penitus repudians. Dicebat enim minimè poſſe vtentium, & pre-
cipuè iuuenum corpora roborari, ſi olei eſſent lenitate mollita: oportere verò
aſperos carni labores imperare, ſecundum Apoſtoli præceptum, dicentis: Quã-
do infirmor, tunc fortior ſum & potens. Aſſerebatq; ſenſum ſic animi poſſe re-
uiuiſcere, ſi corporis fuiſſet impetus fatigatus. Vnde nec temporum longitu-
dine laborum merita penſabat, ſed amore & famulatu ſpontaneo ſemper tan-
quàm in principijs conſtitutus, ad profectum diuini metus deſiderium conci-
tabat. Nouiſq; cupiens augeri præterita, ſupra memorati doctoris ſermonum

recor-

C recordabatur, qui ait: Præterita obliuiſcens, & in futurum conualeſcens. Meminerat quoque Heliæ prophetæ dicentis: Viuit dominus cui adſto hodie ante ipſum: & diſſerebat, cur hodie eſſet appoſitum, quia non computabat Helias præteritum tempus, ſed tanquam quotidie in certamine conſtitutus, talem ſe præbere cupiebat, qualem ſciebat dignum Dei eſſe conſpectibus, purum corde, & paratum obedire voluntati eius. Igitur ſanctus Antonius ſecum reputans, oportere Dei famulum ex inſtituto magni Heliæ exemplum capere, et ad illud ſpeculum vitam ſuam debere componere ad ſepulchra non longè à villa conſtituta receſſit, vni de cognitis mandans, vt ſtatutis diebus ſibi alimenta deferret. Et cùm in vna mermoria ſupradictus frater eum clauſiſſet, ſolus ibidem morabatur. Metuens ergo diabolus, ne acceſſu temporis cremum quoque habitari faceret, ita eum aggregatis ſatellitibus ſuis, varia cæde lacerauit, vt doloris magnitudo & motum auferret & vocem. Nam & ipſe poſtea referebat, vulnera fuiſſe tam grauia, vt vniuerſa hominum tormenta ſuperarent: ſed Dei prouidentia, quæ nunquam in ſe ſperantibus deeſt, conſeruauit eum. Alio die is, quem ſupradiximus, frater aduenit, cibos deferens aſſuetos atque eum iacentem in terra ſemimortuum, fractis foribus inuenit. Quem impoſitum humeris ad villulæ domicilium reportauit. Quo audito ingens vicinorum atque affinium multitudo concurrens, triſti in medio poſiti funeri, debitum reddebat officium. Et iam media noctis parte tranſgreſſa, grauis peruigiles omnium oculos vicerat ſopor. Antonius anima paululum redeunte, ſuſpirans eleuauit caput: cæteris verò alta quiete proſtratis, eum à quo delatus fuerat, vigilare conſpexit: eumq; nutu aduocans, obſecrauit, vt nullo penitus excitato, ad priſtinum ſe referret habitaculum. Relatus ergo, iuxta conſuetudinem ſolus iterum permanebat: & ſtare quidem propter recentes plagas non poterat, orans verò proſtra-
D tus, poſt orationem clara voce dicebat: Ecce ego hic ſum Antonius, non fugio veſtra certamina: etiam ſi maiora faciatis, nullus me ſeparabit à charitate Chriſti. Pſallebatq; dicens: Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum. Talia eo dicente, bonorum hoſtis diabolus, admiratus quòd poſt tot verbera fuiſſet auſus reuerti, congregatis canibus ſuis, & proprio furore ſe lanians: Videtis ait, quia nec ſpiritu fornicationis, nec corporis doloribus ſuperatus, inſuper audacter laceſſit nos: Omnia arma corripite acrius nobis impugnandus eſt. Sentiat, ſentiat: debet ſcire quos prouocet. Dixit, & ad hortantis vocem audientium turba conſenſit, quia innumeras diabolus habet artes nocendi. Sonitus igitur repentinus increpuit, ita vt loco funditus agitato, & parietibus patefactis, multifaria dæmonum exinde turba ſe effunderet, nam & beſtiarum & ſerpentium formas induentes, omnem protinus locũ repleuere phantaſijs leonũ, taurorum, luporum, aſpidum, ſerpentium, ſcorpionum, nec non & pardorum atq; vrſium. Et hæc ſingula ſecundum ſuam fremebant naturam. Rugiebat Leo, occidere volens: taurus mugitu & cornibus minabatur, ſerpens ſibilo perſonabat: Luporum impetus inhiabat: pardus diſcolor à tergo autoris ſui calliditates varias indicabat. Truces omnium vultus, & vocis horridæ dirus auditus. Antonius flagellatus atque confoſſus, ſentiebat quidem aſperiores corporis dolores, ſed imperterritus durabat mente peruigili. Et licet gemitum vulnera carnis exprimerent, ſenſu tamen idem permanens quaſi de inimicis luderet loquebatur: Si virium aliquid haberetis, ſufficeret vnus ad prælium: ſed quoniam domino vos eneruante frangimini, multitudine tentatis inferre terrores, cùm hoc ipſum infirmitatis indicium ſit, quòd irrationabilium induitis formas beſtiarum. Rurſumq; confidens, aiebat: Si quid valetis, ſi vobis in me poteſta-

tem dominus dedit, ecce prẽsto sum: dcuora tè conceſſum. Si verò non poteſtis, cur fruſtra nitimini? Signum enim crucis & fides ad dominum, inexpugnabilis nobis murus eſt. Multa contra ſanctum Antonium minantes, fremebant dentibus ſuis, quòd nullus eorum tentamenta ſequeretur effectus, ſed maximè econtrario gigneretur illuſio. Non oblitus Ieſus colluctationes ſerui ſui, eidem protector factus eſt. Denique cùm eleuaret oculos, vidit deſuper culmen aperiri, & deductis tenebris, radium ad ſe lucis influere. Poſt cuius ſplendoris aduentum nec dæmonum aliquis apparuit & corporis dolor extemplo deletus eſt. Aedificium quoque quod paulo ante diſſolutum fuerat, inſtauratum eſt. Illicò præſentiam intellexit domini Antonius, & ex intimo pectore trahens longa ſuſpiria, ad viſionem, quæ ei apparuerat, loquebatur dicens: Vbi eras bone Ieſu? vbi eras? Quare non à principio adfuiſti, vt ſanares vulnera mea? Et vox ad eum facta eſt, dicens: Antoni, hic eram, ſed expectabam videre certamen tuum. Nunc autem quia dimicando viriliter non ceſſiſti, ſemper auxiliabor tibi, & faciam te in omni orbe nominari. His auditis exurgens, intantum roboratus orabat vt intelligeret ſe plus recepiſſe tunc virium, quam ante perdiderat. Erat autem Antonius annos natus triginta quinque. Exinde cùm voluntati promptæ merita religioſa ſuccreſcerent, vadens ad ſupradictum ſenem, precabatur vt in deſertum pariter abirent. Cauſante illo ſenile æuum & rei nouitatem, ſolus contendit ad montem, & eremi adhuc monachis ignotæ vitæ, rupto metu, viam conatus eſt pandere. Sed nec tunc ceſſauit infatigabilis aduerſarius: nam impedire eius propoſitum volens, argenteum diſcum in itinere proiecit: quo viſo Antonius callidi artificis agnouit aſtutiam, ſtanſq; intrepidus, & diſcum toruis intuens oculis, doli autorem in phantaſmate obiurgabat argenti, talia ſecum reputans: Vnde hic in deſerto diſcus? auium hoc iter eſt, nulla ſunt veſtigia commeantium, lapſus de ſarcina, præ magnitudine latere nõ potuit: ſed & qui perdiderat reuerſus, ob ſolitudinem locorum, inueniſſet protectò quod ruerat. Hoc artificium diabole tuum eſt: non impedies voluntatem meam, argentum tuum tecum ſit in perditionem. Hæc illo dicente, diſcus vt fumus à facie eius euanuit. Dehinc non vt ante in phantaſmate, ſed ingentem auri maſſam in itinere conſpexit. Verùm hanc vtrum diabolus ſimulauerit, an ad Antonium comprobandum, quia nec veris opibus ineſcaretur, virtus cœleſtis oſtenderit, ignoratur: hoc tamen agnouimus, quia quod viſum eſt, aurum fuit. At ille de magnitudinem admiratus radiantis metalli, rapido curſu, quaſi quoddam vitaret incendium, ad montem vſque perrexit, ibiq; flumine tranſuadato, inuenit caſtellum deſertum, plenum (ob tempus & ſolitudinem) venenatorum animalium, in quo ſe conſtituens nouus hoſpes habitauit. Statim ad eius aduentum ingens turba ſerpẽtium, quaſi perſecutorẽ paſſa profugit. At ille obſtructo lapidibus introitu, panes menſium ſex, vt Thebæis mos eſt, ſecum recondens: nam crebrò per annum incorrupti durare ſolent: nec non & exiguum habens aquæ, ſolitarius perdurabat, nuſquam indè procedens, nunquam aliquem ſuſcipiens, intantũ vt cùm bis in anno per tectũ deſuper panes acciperet, nullum cũ deferẽtibus haberet alloquiũ. Multis igitur vidẽdi eum deſiderio et ſtudio requirendi ante oſtiũ eius pernoctãtibus, audiebãtur vt vulgi voces aduerſum Antoniũ, tumultuſq; dicentium: Quid te noſtris ingeris habitaculis? quid tibi & deſerto? Abſcede à finibus alienis nõ potes hic habitare nõ noſtras inſidias ſuſtinere. Et primo quidẽ qui ſoris erant, exiſtimabãt aliqs homines ſcalis poſitis introiſſe, ibiq; contendere. Poſtq; aũt p̃ cauernã intro ſpicientes, nullũ viderunt, dæmones intellexerũt contra eũ cõtendere: & nimio

metu

C metu perterriti, Antonij auxilium flagitabãt. At ille ostio propinquãs ad consolandos fratres, ne timerent, atq; vt inde recederent p̃cabatur, trepidantibusq; asserebat à dæmonibus incuti metum, signate vos inquiens, & abite securi, ipsosque semetipsos sinite deludere. Itaq; illis reuertentibus, hic remanebat ille Ihesus, nec vnquam in certamine lassabatur. Accedentium autem augmẽtum profectuum vel debilitas repugnantium, maximum eius contentioni leuamen addiderant, tum eius animo constantiam suggerebãt. Rursusq; ad eremum venientibus turbis, quidam mortuum eum se existimauerant reperturos: ille psallebat intrinsecus: Exurgat Deus & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius, sicut deficit fumus, deficiant vt liquescit cera à facie ignis, ita pereant peccatores à facie Dei. Et iterum: Omnes gentes circundederunt me, & in nomine domini vindicaui in eis. Sic Antonius annis viginti solitariè transactis, atq; ab hominum segregatus conspectibus, perdurauit. Cùm ergo multorum & propositum imitari cupientium, & notorum multitudo ad eum concurreret, nec non & patientium infinita se caterua conglomeraret, tandem penè iam per vim foribus euulsis, quasi ex aliquo cœlesti aditu consecratus apparuit. Obstupuerunt vniuersi & oris gratiam, & corporis dignitatem, quod nec per inquietem intumuerat, nec ieiunijs dæmonumque certamine faciem eius pallor obsederat: sed econtrario, quasi nihil temporis egisset, antiquus membrorum decor perseuerauit. Porro quanta miracula, quæ in illo animi puritas fuit? Nunquam hilaritate nimia resolutus in risum est, nunquam recordatione peccati tristitia ora contraxit nõ magnis stupentium se elatus est laudibus. Nihil in illo indecens solitudo, nihil asperum quotidiana cum hostibus bella contulerant: sed temperata mens æquali ad cuncta ferebatur examine. Plurimos igitur ab immundis spiritibus & infirmitatibus varijs Dei gratia per Antonium liberauit. Sermo eius saleconditus consolabatur mœstos, docebat insçios, concordabat iratos, omnibus suadens nihil
D amori Christi anteponendum. Proponebatq; ante oculos bonorum magnitudinem futurorum, & Dei clementiam, & beneficia retexebat indulta, quod proprio filio suo non pepercerit Deus, sed pro nostra omnium salute eum tradiderit. Nec mora plura audientium corda ad humanarum rerum contemptum hæc eius suasit oratio, & habitandæ eremi istud eius exordium fuit. Quid sanè & Arsenoitarum oppido gestum sit, non transibo silentio. Nam quum fratres vellent inuisere, & riuulum fluminis Nili, qui crocodilis & multis eiusdem fluminis bestijs plenus erat, transuadare esset necesse: tam cum comitibus suis transiuit ille Ihesus, quàm inde redibat incolumis. Rursusq; in pristinis laboribus perseuerans, multos magisterio suo fratres confirmauit, ita vt breui tempore plurima fierent monasteria. Nouos antiquósque monachos pro ætate vel tempore paterno moderabatur affectu.

## SANCTISSIMI ANTONII ABBAtis, exhortatio ad fratres suos.

QVADAM autem die quum sanctus Antonius congregatis fratribus rogaretur, vt eis institutoria largiretur præcepta cum prophetica fiducia exaltans vocem aiebat: Ad omnem quidem mandatorum disciplinam scripturas posse sufficere, sed & hoc optimum fo-

re, si mutuis seinuicem fratres sermonibus consolentur. Et vos ergo, inquit, vt A
patri referte quæ nostis: & ego quæ per longam ætatem consequutus sum, quasi filijs indicabo. Hoc sit autem primum, cunctis in commune mandatum, nullum in arrepti propositi vigore lassescere, sed quasi incipientem augere semper debere quòd cœperit, præsertim quum humanæ vitæ spacia æternitati comparata, breuissima sint ac parua. Ita exorsus paululum siluit, & admiratus nimiam Dei largitatem, rursus adiecit, dicens: In præsenti hac vita æqualia sunt pro rerum commutatione commertia, nec maiora recipit ab ementequi vendit. Promissio autem vitæ sempiternæ vili precio comparatur. Scriptum est enim: Dies vitæ nostræ septuaginta anni: si autem in potentatibus, octoginta anni: quicquid reliquum est, labor & dolor est. Quando ergo octoginta aut centum, aut multos annos laborantes in Dei opere vixerimus, non pari tempore regnaturi sumus in futuro: sed pro annis prædictis omnium nobis seculorum regna tribuentur. Non terram hæreditabimus, sed cœlum: corpus quoque corruptum relinquentes, id ipsum cum incorruptione recipiemus. Ergo filioli non vos aut tædium defatiget, aut vanæ gloriæ delectet ambitio. Non sunt enim condignæ passiones huius temporis, ad superuenturam gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nemo quum aspexerit mundum, reliquisse se arbitretur ingentia, quia omnis terra ad infinitatem comparata cœlorum, breuis ac parua est. Si ergo nec vniuerso orbi renunciantes, dignum aliquid habitaculis possumus compensare cœlestibus, se vnusquisque desideret, & statim intelliget, paruis thesauris & parietibus vel modica auri portione contempta, nec gloriari se debere quasi magna dimiserit, nec tædere, quasi parua sit recepturus. Vt enim contemnit aliquis vnam æream dragmam ad dragmas centum aureas conquirendas: ita etiam qui totius orbis dominium dereliquit, centuplum de melioribus præmijs in sublimi sede recipiet. Ad summum illud perspicere debemus, quod & B
si nostras velimus retentare diuitias, quum lege mortis ab ipsis diuellamur inuiti, vt in libro Ecclesiastes scriptum est: Quia nescit homo quid sit post eum in labore suo, Cur ergo non facimus de necessitate virtutem? Cur non ad lucranda regna cœlestia vltro relinquimus, quod lucis istius fine perdendum est? Nihil eorum curæ sit Christianis, quæ secum auferre non possunt, illud potius dedemus expetere quod nos ducat ad cœlum, sapientiam, scilicet castitatem, iustitiam, virtutem, sensum peruigilem, pauperum curam, fidem in Christo robustam, animum iræ victorem, hospitalitatem. Hæc sectantes, mansionem nobis in terra quietorum, secundum Euangelium, præbarabimus. Consideremus domini esse nos famulos, seruitutem debere ei à quo creati sumus. Vt enim seruus præteriti grátia famulatus, præsens aut futurum, non contemnit imperium, nec audet asserere, quod ex labore transacto instantis operis habere debeat libertatem, sed iugi studio (vt in Euangelio scriptum est) eandem semper exhibet seruitutem, vt & domino placere possit, ne metum lucretur & verberat: sic & nos diuinis congruit parere præceptis, scientes quod æquus ille retributor, in quoquemque inuenerit, in eo sit iudicaturus, quod prophetica per Ezechielem voce testatur. Nam & infelix Iudas propter vnius noctis impietatem omni præteriti temporis labore priuatus est. Idcirco tenendus est continuus instituti rigor, habentibus Deum auxiliatorem, sicut scriptum est: Quia omni proponenti bonum Deus cooperatur. Ad inertiam autem calcandam, Apostoli præcepta replicemus, quibus se mori quotidie testabatur, similiter & nos humanæ conditionis vitam ancipitem retractantes, non peccabimus: quum enim excitati à somno, ad vesperam nos peruenire dubitemus, & quieti corpora

conce-

C concedentes, de lucis non confidamus aduentu, & vbique naturæ ac vitæ incertæ memores, Dei nos intelligamus prouidentia gubernari. Hoc modo non delinquemus, aut aliqua fragili cupiditate raptabimur: sed nec irascemur quidem aduersus aliquem, nec terrenos congregare thesauros ambiemus: quin potius metu quotidiani recessus, & seiungendi corporis fugi meditatione, omnia caduca calcabimus. Cessabit mulierum amor, libidinis extinguetur incendium, inuicem nobis debita nostra donabimus, ante oculos semper habentes vltimæ retributionis aduentum: quia maior formido iudicij & pœnarum timor horridus simul & lubricæ carnis incentiua dissoluit, & ruentem animam quasi ex aliqua rupe sustentat. Ideoque præcor, vt ad finem propositi omni labore tendamus. Nemo post tergum respiciens Loth imitetur vxorem, præsertim quum dominus dixerit, nullum ponentem manum super aratrum & respicientem retrorsum, dignum esse regno cœlorum. Respicere autem retrosum nihil aliud est, quàm in eo pœnitere quòd cœperis, & mundanis rursus desiderijs obligari. Nolite quæso virtutis tanquam impossibile nomen pauere, nec peregrinum vobis aut procul positum videatur hoc studium quod ex nonostro, Dei gratia præcedente, pendet arbitrio, huius operis homini inserta natura est, & eiusmodi res est, quæ nostram tantummodo expectat voluntatem. Græci studia transmarina sectentur, & in alieno orbe constituros, inanium literarum quærant magistros: nobis verò nulla proficiscendi, nulla transfretandi fluctus necessitas imminet: in omni sede terrarum, constituta sunt regna cœlorum. Vnde dominus in Euangelio ait: Regnum Dei intra vos est: Virtus quæ in nobis est, mentem tantum requirit humanam.

Cui enim dubium est, quia naturalis animæ puritas, si nulla fuerit extrinsecus, sorde polluta, fons sit & origo omnium virtutum? Bonam necesse est esse
D eam, quam creauit bonus creator. Quod si fortè cunctabimur, audiamus Iesum filium Nauæ populo dicentem: Rectum facite cor vestrum ad dominum Deum Israel. Nec Ioannes dissonam tulit de virtute sententiam, prædicans: Rectas facite semitas eius. Siquidem hoc est, rectam esse animam, quum eius principalis integritas nulla vitiorum labe maculatur, si naturam mutauerit, peruersa tunc dicitur, si conditio seruetur, virtus est. Animam nostram commendauit nobis Deus: seruemus depositum quale accepimus. Nemo causari potest extrinsecus situm quod in se nascitur: facturam suam, qui fecit, agnoscat opus suum inueniat vt creauit. Sufficit nobis naturalis ornatus: ne deturpes homo quod tibi largitio diuina concessit, operam Dei immutare velle, polluere est. Illud etiam solicite prouidere debemus, vt tyrannicam iræ superemus insaniam, quia scriptum est: Iracundia viri iustitiam Dei non operatur. Et iterum: Desiderium concupiscens parit peccatum, quo perfecto mors gignitur. Diuinæ vocis præceptum est, vt iugi custodia tueamur animam nostram, quia exercitatos ad supplantandum habemus inimicos dæmones. s. cõtra quos nobis secundum Apostolicã contestationẽ, pugna sine intermissione est. Ait enim: Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principatus & potestates huius mundi, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Ingens eorũ turba istum peruolat aerem, non procul à nobis hostiũ caterua discurrit. Et diuersitatẽ quidẽ eorũ non est meæ paruitatis exponere, sed hãc maioribus cõcedo rõnẽ. Quod aũt in prõptu est, et ignorare nõ expedit, dolos. s. eorũ aduersum nos cõpositos breuiter indicabo. Hoc primũ debemus mẽtibus affigere, nihil Deum fecisse quod malum est, nec ab eius institutione dæmonum cepisse principia: peruersitas ista non est naturæ, sed voluntatis est vitium. Boni etenim, vtpote à Deo conditi, ex proprio mentis arbitrio, ad terras ruere de cœlis, ibique in cœnisor-

ni sordibus volutati, gentilitatis impias constituêre culturas, & nunc de nobis A
torquentur inuidia, atque vniuersa mala commouere non cessant, ne pristinis
eorum sedibus succedamus. Diuersa autem eorum, & partita nequitia est. Quidam enim ad summum nocendi verticem peruenere, alij ex comparatione peiorum videntur esse leuiores, atque omnes pro possibilitate virium diuersa contra singulas causas sumpsere certamina. Idcirco necessarium est donum spirituum discernendorum à domino petere, vt possimus tam fraudes eorum quàm studia præuidentes, aduersum disparem pugnam, vnum dominicæ crucis eleuare vexillum. Hoc munere Paulus accepto docebat, dicens: Non enim eius ignoramus astutias. Ad cuius exemplum etiam nos oportet ex his quæ passi sumus, mutuis nos inuicem instruere sermonibus. Hostile illis contra omnes Christianos, maximè verò contra monachos & virgines Christi odium est. Eorum semitis laqueos tendunt, eorum mentes impijs atque obscœnis cogitationibus nituntur euertere: sed nihil vobis in hoc terroris incutiant. Fidelium enim orationibus atque ieiunijs ad dominum statim corruunt: nec tamen si paululum cessauerint, prorsus plenam putetis esse victoriam. Solent sæuij grauius assurgere & mutata arte pugnandi, quum cogitatione nihil egerint, pauoribus terrent, assumentes nunc mulierum, nunc bestiarum, nunc serpentium formas, nec non & ingentia quædam corpora, & vsque ad tectum domus porrectum caput, infinitas species & militum cateruas. Quæ omnia ad primum quoque crucis signum euanescunt. His quoque agnitis fallaciarum modis incipiunt præsagire, & futurorum dierum euentus velle prædicere. Cumque & in his contempti fuerint ipsum iam suæ nequitiæ principem, ac totius mali summitatem ad subsidium sui certaminis vocant. Crebro denique Antonius talem à se visum diabolum asserebat, qualem & beatus Iob domino reuelante, cognouerat. Oculi eius ac si species Luciferi, ex ore eius procedunt lampades incensæ. Crines B
quoque incendijs sparguntur, & ex naribus eius fumus egreditur, quasi fornacis æstuantis ardore carbonum. Halitus eius vt pruna, flamma verò ex ore eius glomeratur. Cum huiusmodi terroribus visus est princeps dæmonum, inquit Antonius, & ingentia sæpe, vt dixi, promittens impietatis suę definit lingua magniloqua, de qua dominus triumphauit, ad Iob dicens: Arbitratur enim terrum vt paleas, æramentum vt lignum putridum, maria vt sata erasa, tartara profunda tanquam captiua æstimabit, abyssum vt deambulatorium. Per prophetam quoque increpat, dicens: Persequens comprehendam & omnem orbem terrarum manu mea vt nidum tenebo, & vt oua derelicta auferã. Sic iniquus funereas euomens voces, benè viuentium aliquos frequenter illaqueat, sed nos nec eius pollicitationibus credere, nec minas formidare debemus: fallit enim, nihilque verum semper promittit. Nam si non mendacia cuncta loqueretur, quomodo talia & tam infinita promittens hamo crucis, vt draco aduncatus à domino est, & capistro ligatus vt iumentum, & quasi mancipium fugitiuum vinctus circulo & armilla labia perforatus, nullum omnino fidelium deuorare permittitur? Nunc miserabilis vt passer, ad ludendum irretitus à Christo est, calcaneo Christianorum substratus gemit. Ille qui vniuersa maria à sedeleta plaudebat, ille qui orbem terrarum manu sua teneri pollicebatur, ecce à nobis vincitur, ecce me aduersum se prohibere non potest disputantem. Contemnenda est filioli penitus cum inanibus verbis superba iactantia: fulgor ille qui lucere se simulat, non veri splendor est luminis: sed quibus arsurus est, indicat flammas. Nam dicto citius recedens, suarum secum refert simulacra pœnarum.

Solent etiam cum modulatione nonnunquam apparentes, psallere. Proh nefas, ad hæc & impuro ore sacra scripturarum eloquia meditantur. Frequenter enim

C enim legentibus nobis, quasi echo ad extrema verba respondent. Dormientes quoque excitant ad orandum, vt totius noctis somnum eripiant, plerosque etiam, dum se in monachorum nobilium habitu transferunt, monachos coercent, & pristina, quibus conscij sunt, peccata imputant: sed spernendæ sunt eorum increpationes & admonitiones ieiunandi, vigiliarum quoque fraudulenta suggestio. Obid enim familiares nobis species adsumunt, vt affinitate virtutum nocentes, facilius virus interserant, & innocentes quosque per speciem honestatis elidant. Impossibile postea durúmque hoc studium prædicantes, vt dum onerosum esse videtur quod cœptum est, ex desperatione tædium, & ex tædio succedat ignauia. Idcirco Propheta missus à domino luctuosa denuncians, sublimi voce dicebat: Væ, qui potat proximum suum subuersione turbida. Huiusmodi enim exhortamenta, deprauatoria sunt itineris quod ducit ad cœlum. Idcirco quum venisset dominus ad terras & vera de eo dæmones prædicarent, (Verè enim dicebant: Tu es Christus filius Dei viui) vociferantium ora claudebat, qui vinctas hominum linguas soluebat, ne cum præconio veri peruersitatis venena miscerent, & vt nos eius exemplo, etiam si profutura suaderent, in nullo his commodaremus assensum: quia profecto non congruit nos post libertatem à domino concessam, & scripturarum præcepta vitalia, à diabolo viuendi cãpere exempla, qui suum deserens ordinem, sacrum Christi temetauit imperium. Propterea etiam dominus eum de scripturis loquentem iubebat tacere, quia peccatori dicit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Omnia dæmones simularit, colloquuntur sæpe cum fratribus & eos sæpe conturbant, sæpe inconditos excitant sonitus, manus apprehendunt, sibilant, insipienter cachinnant, vt vel in puncto peccati Christianum pectus introeant. Quumque ab vniuersis fuerint repulsi, ad
D extremum debilitatem suam lamentatione testantur. Et dominus quidem quasi Deus, & suæ conscius maiestatis, obmutescere his imperabat: nos autem vestigijs sanctorum inhærentes, eandem gradiamur viam, qui memoratas subtilius fallacias peruidentes, canebant: Quum consisteret aduersum me peccator, obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis. Et iterum: Ego verò tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum: Et factus sum vt homo non audiens. CHRISTVS silentium vt dominus imperauit, vt nos diabolo nihil credamus, & vincimus. Si orare compellunt, si ieunia suadent, non ex eorum nos monitis, sed ex nostra consuetudine id agamus. Denique etiam si irruentes, mortem nobis intentare videantur, ridendi potius sunt, quàm timendi, quia quum sint debiles, minantur cuncta nec faciunt. Equidem de istis iam transitoriè me dixisse memini, tamen eadem nunc explicanda sunt latius, quia non mediocrem adfert repetitio medelam. Aduenientе domino destructus est inimicus, & omne penitus eius robur elanguit. Propter quod pristinæ virtutis memor, quasi tyrannus iam senescens, quum ruisse se videat, in perniti em grassatur humanam, nec tamẽ potest firmum Deo pectus cogitationum & exterarum fraudum arte peruertere. Nam luce clarius est, quum aduersarij nostri, tum nec humana carne sint septi, vt causari valeant, idcirco nos à se non posse superari: quia clauso ostio interiore intrare non valeant. Et reuera si fuissent hoc fragili corpore colligati, obseruato introitu, ijsdẽ negaretur accessus. Cùm autẽ (vt diximus) hoc impedimẽto sint liberi, & obstructa penetrẽt, atq; in omni licenter volitẽta ere manifestũ est, ob eneruationẽ eorũ permanere Ecclesiæ corpus illæsum. Denique satellites impij cũ principe suo diabolo, quẽ Saluator in Euãgelio homicidam & patrem malitiæ ab initio fuisse firmat, nobis aduersum se dimicantibus fortiter, nullo modo cessissent, si potestas eorum non fuisset ablata. Nam

si men-

si mentior, cur nobis Satanas parcis, qui vbiq; discurris? Cur qui nullo claudaris loco, aduersum te benè viuentium & disputantium, non potes labefactare con- A
stantiam? Sed fortasse nos diligis, quos quotidie conaris obruere, aut credibile est te esse bonitatis magistrum, & fauere magis optimis, quàm nocere? Et quid tam charum tibi esse potest, q̃ lædere, maximè eos qui tuis sceleribus viriliter re pugnant, secundum quod scriptum est: Quia abominatio est pietas peccatori. Quis tam fœcundum ad malitiam possidet pectus? quis tam meditatus implere conatur insidias? Simus te impurissimum cadauer scimus quia idcirco viuimus Christiani, & cõtra te nobis est secura congressio, quia infirmatus es à domino. Ideo de tuis confoderis iaculis, quia minationem tuam non sequitur effectus? q̃d si fallimur, cur cùm terrore simulato, cur magnitudine corporũ nostrum aggre deris fidem? Si voluntatem sequitur possibilitas, tantum tibi velle sufficiat. Is cũ potentiæ mos est non extranea fallaciæ adiumenta cõquirere, sed sua virtute im plere quod cupiat. At nunc dum theatrali mutatione formatum, quasi rudem in fantiam scenica niteris simulatiõe deludere, exhaustas vires manifestius probas. Nunquid nam verus ille angelus contra Assyrios missus à domino, aut populo rum eguit societate, aut sonitus quæsiuit, aut plausus? & non potius tacitam exer cens potestatem, cẽtum octogintaquinq; milia hostium sermone velocius iuxta iubentis domini prostrauit imperium? Vos ergo cum fragiles sitis viribus, per petuus vos consequitur interitus. At dicet aliquis: Cur diabolus egrediens, beati Iob oẽm in ruinam compulit domũ? cur eius opibus penitus dissipatis, parietum quoq; fundamenta subuertens, vnum numeroſq; sobolis coaceruauit sepulchrũ? cur ipsum ad extremum diri vulneris nouitate percussit? Qui hoc apponit, au- B
diat è diuerso non diabolum potuisse hoc, sed dominum, à quo potestas aduer sum nos dupliciter datur vel ad gloriam, si probamur, vel ad pœnam si delinqui mus: quin potius ex hoc animaduertat, ne contra vnum quidem hominẽ diabo lum quicquam potuisse, si non potestatem accepisset à domino. Nullus enim q̃ suæ ditionis est ab alio deprecatur. Sed quid Iob memoro, quẽ nec expetitũ po tuit vincere? sed nec contra iumenta quidem eius, nec contra oues, nec contra su es sine concessu Dei proprium robur exercuit, sicut in Euangelio scriptum est: Dæmones aũt rogabant eum, dicentes: Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregẽ por corum. Quomodo igitur qui porcorum expetunt mortes, imaginem Dei homi nem, & tam charum conditori animal suo valebunt iure peruertere? Magna di lectissima aduersum dæmones arma sunt, vita syncera & intemerata ad Deũ fi des. Credite mihi experto, pertimescit Satanas rectè viuentium vigilias, oratio nes, ieiunia, mansuetudinem, voluntariam paupertatem, vanæ gloriæ contem ptum, humilitatem, misericordiam, iræ dominatum, & præcipuè purum cor erga Christi amorem. Nouit deterrimus coluber ex præcepto domini, sub iusto rum se iacere vestigijs, qui ait: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpen tes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Si autem & diuinationem se habere simulantes, vẽturos fratres nũciauerint, & adfuerint quos venire præ dixerant, nec sic fides est commodanda mendacibus: ob ideum præcessere veni entes vt credulitas sibi paretur ex nũcio, & postea aditus ex credulitate fallaciæ. Verùm in hoc nullum Christiano debet esse miraculum, quum non tãtum qui leuitate naturæ per cuncta discurrunt, valeant peruenire gradientes, sed homi nes quoq; æquorum velocitate præuecti, nunciant affuturos. Non enim ea quæ nondum fieri cœpta sunt referunt, quia dominus solus conscius est futurorum, sed quorum conspicitur in actu initium, eorum sibi tãquam apud ignaros vendi cant de futuris fieri notionem. Nam quantos nunc putatis, qui velocitate pueri li istum cœptum nostroſq; contra se sermones ante relatũ alicuius hic positi, lon-

ge ma-

C gemanentibus indicare? Hoc quod dico vobis perspicuum fieri potest exẽplis. Si quis à Thebaide aut alicuius regionis oppido cœperit proficisci, & hunc dæmones viderint in itinere ambulantem, pernicitate memorata possunt prædicere reuenientem. Ita de Nili inundatione solenni, quum multas in Aethiopia viderint pluuias, è quibus fluuius intumescens, vltra alueum ei fluere consueuit, præcurrentes ad Aegyptum, nunciant amnis aduentum. Hoc autem & homines, si illis celeritas esset tanta natura facilè nũciarent, vt enim speculator beati Dauid ad verticem loci celsioris ascendens, prior quam hi qui in terra erant prospiciens venientes, non quædam incerta de futuris, sed de his qui venire cœperant, nunciabat. Sic & dæmones cura peruigili omnia considerantes, rapido cursu sibi inuicem nunciant. Sed si fortè contigerit, vt Dei nutu ad finem cœpta non veniant, hoc est, si aut viator è media regrediatur via, aut suspensis nubibus, aquæ ad alium cœli cardinem deferantur, tunc decipientium vna cum credentibus error aperitur. Hæc gentilitatis fuêre principia, his præsagatorum dolis apud delubra dæmonum quondam credebantur oracula: quæ aduentu domini nostri Iesu Christi indicto sibi silentio obmutuerunt, suosq; perdidere captiuos. Quis (rogo) arbitratur medicum ex obseruatione morborum, cum animę æstuantis incendia de venarum pulsu leniq; digitorum attactu, diuinam arbitratur habere notitiam? Quis gubernatorem nauigationis suæ viam inter cœli sydera requirentem maiestatis honore veneratur? Quis agricolam de aridis æstatis feruoribus, aut de hyemali aquarum largitate vel frigore disputantem, non potius experientia laudat, quam Dei consecrat nomine? Verum vt concedamus paulisper vera dæmones nunciare, respondete mihi, quis fructus est nosce venientis? Nunquid aut sciens hæc aliquando laudatus, aut punitus est nesciens. In hoc vnusquisque sibi præparat, seu tormenta seu gloriam, si vel negligat scriptura-
D rum mandata, vel faciat. Nullus ob id nostrum hanc arripuit vitam, vt habeat præsentiam futurorum, sed vt præceptis domini obediens, amicus esse incipiat de seruo. Curandum est non præscire quæ veniunt, sed implere quæ iussa sunt, nec institutionibus bonis hanc flagitare mercedem, quum magis debeamus victoriam contra diabolum ab auxiliatore domino postulare. Sed si forte aliquis hoc lìbẽter assumat, vt futura cognoscat, habeat purum conquia credo animam Deo seruientem si in ea perseuerauerit integritate qua renata est plus scire posse quàm dæmones. Talis erat anima Helisęi, quæ alijs incognitas virtutes faciebat.

Nunc iam cæteras vobis dæmonum explicabo fallacias. Solent nocte venientes angelos Dei se fingere, laudare studium, mirari perseuerantiam, futura præmia polliceri. Quos quum videritis, tam vos, quàm domos vestras crucis armate signaculo, & confestim soluentur in nihilum: quia metuunt illud trophæum, in quo saluator æreas expolians potestates, eas fecit ostentui. Solent etiam variis simulationibus membra torquere, & nostris procaciter offerre se visibus, vt mentem pauore & corpus horrore concutiant. Sed & in hoc fides Deo tuta & immota fugat eos quasi infirma ludibria. Non est autem difficilis bonorum spirituum malorúmque discretio, quæ sic Deo tribuente panditur: Sanctorum angelorum amabilis & tranquillus aspectus est, quia non contendunt neque clamant, neque audiet aliquis vocem eorum: Verùm tacitè, lenitérque properantes, gaudium, exultationem, fiduciam pectoribus infundunt, siquidem cum illis est dominus, qui est fons & origo lætitiæ. Tunc mens nostra non turbida, sed lenis & placida angelorum luce radiatur: tũc anima cœlestium prę̃miorum auiditate flagrãs, effracto (si posset) humani corporis domicilio & membris exonerata mortalibus, cũ his quos videt abire festinat ad cœlum. Horũ tanta benignitas est, vt si quis pro conditione fragilitatis humanæ, miro fuerit eorum fulgore

perterritus, omnem continuo ex corde auferāt metum. Ita Gabriel cum Zachariæ loqueretur in templo, & angeli quum diuinum virginis partum pastoribus nunciarent, & qui dominici corporis agebāt excubias, securis videntium sementibus ostendentes, ne metuerent imperabant. Metus enim non tantum ex pauore animi, quantum ex magnarum rerum sæpe incutitur aspectu. Pessimorum vero vultus truces, sonitus horridi, sordidi cogitatus, plausus motusq; indisciplinatorum adolescentum vel latronum: è quibus confestim timor animę, sensibus stupor incutitur, odium Christianorum, monachorum mœror tędiumq;, suorū recordatio & metus mortis, cupido nequitiæ, lassitudo virtutis, cordis hebetatio. Si igitur post timorem, horrori concepto successerit gaudium, & ad Deū fiducia atq; ineffabilis charitas, venisse sciamus auxilium quia securitas animæ præsentis maiestatis indicium est. Sic nanq; & Abraham patriarcha videns Deum gauisus est, & Iohannes cū Mariā superuenisse sentiret, quæ in sacri ventris hospitio vniuersitatis gestabat parentem, exultauit necdum natus in gaudium. Si autem incussa formido permanserit, hostis est qui videtur, quoniā nec refouere nouit, vt Gabriel pauentem virginem, ne timeat, iubet: & sicuti pastores nuncio consolati sunt: quinimo pauorem duplicat, & vsque ad profundam impietatis foueam, vt sibi homines prosternātur, impellit. Exinde misera gentilitas dominicæ interdictiōis ignara, falso dæmones deos opinata est. Christianorum aūt populos his fallacijs irretiri non passus est dñs, q diabolū in Euāgelio audacter sibi principatū omniū præsumentē repulit dicens: Vade Satanas. Scriptū est enim: Dñm Deum tuū adorabis, & illi soli seruies. Horū verborū etiā nobis licētia est tributa: quia idcirco locutus est talia, vt similitudo tentamentorum autoris nostri frangatur eloquijs. Illud mei quoq; charissimi admoneo, vt vitę magis sit vobis, q̄ signorū solicitudo. Nullus ex vobis hæc faciens, aut ipse superbia intumescat, aut despiciat eos qui facere non possunt. Conuersationē magis scrutamini singulorū: in hac vita & imitari vos quę perfecta sunt cōuenit, & implere quæ desunt. Nā signa facere nō est nostræ paruitatis, sed dñi potestatis qui ad discipulos gloriātes in Euāgelio ait: Ne gaudeatis, qa dęmones vobis subiecti sunt, sed q̄ nomina vestra scripta sunt in cœlis. Nominū enim in libro vitæ conscriptio testimoniū est virtutis & meritiī expulsio aūt Satanę largitio saluatoris est. Vnde his q non in vitę laboribus, sed in prodigijs exultabāt dicentibus: Nōne in nomine tuo dęmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus: respōdebit dñs: Amē dico vobis, nō noui vos: Discedite à me operarij iniquitatis. Non enim nouit dñs vias impiorū. Hoc ergo magnopę postulemus, vt donū spirituū discernēdorum mereamur accipere, q̄ secundum sententiā scripturarū, omni spiritui non credamus. Voluerā quidē iam finire sermonē, & silentio p̄mere quæcunq; meæ acciderāt paruitati, sed ne putetis me frustra cōmemorasse q̄ euenire nō possent, idcirco licet insipiēs fiā, tamen dñs qui secretæ mentis est inspector, nouit nō me causa iactātię, sed vestri gratia profectus hoc facere: pauca replicabo de plurimis. Quoties me nimijs laudibus efferre conati sunt, eū à me in nomine dñi maledicta reciperent: q̄ties augmēta Nili fluminis futura dixerūt, cùm à me audirēt: Et hoc ad vestram quid pertinet curam: quoties minitantes vt milites armati, scorpionibus, equis, beluis, & varijs serpentibus circundederunt me, & domum in qua eram, repleuerūt cùm ego econtra psallerem: Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine domini Dei nostri magnificabimur, & statim misericordia Christi fugabantur. Quodam autem tempore cum ingenti luce venientes, dixerunt: Venimus Autoni nostrum tibi præbere fulgorem. Et ego clausis oculis, quia lucem diaboli dedignabar aspicere, orabā, & dicto citius impiorū lumen extinguebatur. Post menses autem paucos cùm coram me psallerent, & de scripturis

C pturis sibimet sermocinarentur, ego tanquam surdus non audiebam. Commouerunt aliquando monasterium meum: & ego mente immobili dominum deprecabar. Sæpe stepitus, sæpe saltationes, sæpe sibilos ingesserũt, & me psallente, sonus eorũ in voces flebiles vertebat. Credite mei filioli q̃ dicturus sum vobis: Vidi aliq̃n diabolũ excelsum corpore, q̃ se Dei virtutẽ & prouidentiã ausus est dicere, & ait ad me: Quid vis vt à me tibi donẽ Antoni? At ego sputũ vi maxima in os eius ingeminãs, totũ me in eũ Christi nomine armatum ingessi, & statim ille procerus aspectu, inter medias manus exoleuit. Ieiunanti etiã mihi visus est vt monachus: & panes offerrẽs, his sermõibus suadebat, vt vescerer, & huic aliq̃d indulgerẽ corpusculo: Et tu, inquit, hõ es, & humana fragilitate circũdaris: labor paululũ cõquiescat, ne ægritudo subrepat. Illico luridã faciẽ serpẽtis agnoui, & cũ ad Christi cõsueta munimẽta cõfugerem, tanq̃ per fenestrã fumus laberetur euanuit. Auri q̃q̃ decipulã mihi in deserto frequẽter tetẽdit, q̃ ideo offerebat, vt aut visu irretiret me, aut tactu cõmacularet. Sepe q̃q̃ me à dæmõibus nõ denego verberatũ. Canebã aũt sic: Nullus me separabit à charitate Christi. Ad cuius vocis auditũ in seinuicẽ desurentes, nõ meo, sed dñi fugabãtur impio, qui ait: Vidi Satanã quasi fulgur cadentẽ de cœlo. Hęc ego filioli, apostolici memor eloquij, in me trãsformaui, vt propositũ vestrũ nec dæmonũ terror, nec aliq̃ lassitudo dissolueret. Sed q̃m ob vestrã vtilitatẽ multa memorãdo, insipiẽs factus sum, & huius rei vobis impartiri eupio notionẽ, q̃ verã esse nullus ambigat audientiũ. Pulsauit aliquãdo dæmõ monasterij ostiũ: egrediens video hominẽ enormi sublimitate porrectũ caput vsq̃ ad cœlũ. Cum ab hoc quisnã esset inquirerem, ait: Ego sum Satanas. Et ego: Quid inq̃ hic q̃ris? Respõdit: Cur mihi frustra imputant monachi? cur mihi oẽs Christianorum populi maledicunt? Et ego: iuste faciunt, tuis enim frequẽter molestãtur insidijs. At ille ait: Nihil ego facio, sed ipsi seinuicẽ turbãt.

D Nam ego miserabilis factus sum. Rogo: Nonne legisti quia defecerunt inimici framęa in finem, & ciuitates eorum destruxisti? En nullum iã habeo locum, nullam possideo ciuitatem, iam mihi nulla sunt arma, per omnes natiões cunctasq̃ prouincias, Christi personat nomen: solitudines quoq̃ monachorum stipantur choris. Ipsi se, quæso, tueantur, & me sine causa nõ lacerent. Tunc ego Dei gratia cum alacritate miratus sic ad eum locutus sum. Non tuę veritati, quæ nulla est, tã nouam & tam inauditã asscribo sententiã. Nam cũ fallaciæ caput sis, hoc sine mẽdacio coactus es cõfiteri. Verè enim Iesus tuas funditas subruit vires, & honore nudatus angelico, volutaris in sordibus: vix dum verba compleuerã, & ille sublimis saluatoris nomine deiectus est. Quæ ergo iam o filioli poterit residere cũctatio? quæ trepidatio manebit vlterius? Quis vos eorum turbo poterit cõuellere? Securę sint animæ singulorum, non sibi fingant vanas cogitationes, vana discriminatnõ aliquis timeat à diabolo sublatum ad præcipitia posse deferri. Pellatur omnis anxietas. Dñs enim qui nostros prostrauit inimicos, manẽs vt promisit in nobis, à varijs nos Satanæ muniuit incursibus. En ipse diabolus, qui huiusmodi cum suis satellitibus exercet astutias, nihil se posse cõtra Christianos fatetur.

Iam curæ Christianorum & monachorum sit, ne per eorum inertiam vires dæmonibus p̃beantur. Nam quales nos & nostras repererint cogitatiões, tales se nobis p̃stare cõsueuerunt. Et si q̃ in pectoribus malę mentis & pauoris semen inuenerint, quasi latrones qui deserta obtinent loca, cœptos cumulant timores, et crudeliter imminentes, infelicem puniunt animam. Si aũt alacres fuerimus in dño, & futurorum bonorum cupido nos succenderit, si semper omnia manibus Dei cõmittamus, nullus dæmonum ad expugnandum valebit accedere: magis enim cum munita in Christo corda cõspexerint, eõfusi reuertent. Ita & Iob firmatum in dño diabolus refugit, et infelicissimum ludam expoliatum fide, vinculis capti

uitatis innexuit. Vna est ergo ratio vincēdi inimicum, lætitia spiritalis & animæ A
dñm sempe cogitātis iugis recordatio, quæ dæmonū ludos quasi [illegible] experientes,
persequetur aduersarios potius, q̄ timebit. Non est em̄ nescius Satanas ignis futurorū & æstuantis gehennæ copiosa nouit incendia. Sed vt mea iam claudatur
oratio. Illud in finem cōmemoro: Cū aliquase vobis obtulerit viso, audacter requirite, qs sit ille, & vnde venerit, ac sine mora si sanctorū fuerit reuelatio, angelica cōsolatione timor vertet̄ in gaudiū. Si verò diaboli fuerit tētatio, fidelis ac q̄
percunctationibus euanescit: quia maximum est securitatis indicium, interrogare quisnam est & vnde. Sic & Naue filius auxiliatorem suū interrogando cognouit: nec Danielē percunctantem latere potuit inimicus.

Exhortationis sancti Antonij Finis.

POst q̄ Antonius dicendi finē fecit, lætantibus cunctis, in alijs virtutis cupido exardescebat, in alijs infirma refouebatur fides, ex aliorū mētibus falsæ opiniones pellebantur, ex aliorū sensibus inanium terrorum pellebatur accensio: simulque quum iam dæmonum insidias contemnerent, mirabantur in Antonio tantam gratiam spirituū discernendorum, q̄ dño tribuente perceperat. Erant igitur in monte monasteria tanq̄ tabernacula, plena diuinis choris psallentium, legentium, orantiū, tantumq̄ iciunandi & vigiliarū ardorem cunctorum mentibus sermo eius afflauerat, vt futuræ spei auiditate adcelaritatem mutuam, & misericordias indigentibus exhibendas iugi studio laborarent, qui infinitam regionem quandam & oppidum à mundana conuersatione seiunctum plenum pietatis & iustitiæ videbantur incolere. Quis tm̄ monachorum agmen aspiciens, quis virilem illum concordię cœtum cernens, in q̄ nullus nocēs, nulla detractio susurrationis, sed multitudo abstinentiū & ceriamē efficiorum erat, non in hanc statim erūperet vocē: Quā bonę domus tuæ Iacob, tabernacula tua Israel, tanq̄ nemora obūbrantia, tanq̄ paradisus sup fluuios tanq̄ tabernacula q̄ fixa sunt à dño, tanq̄ cedri Libani circa aquas. B Dum hęc ita geruntur, quibus indies beatæ vitæ studium creſceret, Antonius mansionum in cœlo postarum recordans, & præsentis vitæ despiciens inanitatē, quasi parua essent quęcunq; iam gesserat, separatus à fratribus instituebatur. Cūq; eū siue cibum, siue somnū, indulgere corpusculo, aut alias naturæ necessitates cogeret humana conditio, miro afficiebatur pudore, q̄ tantā animæ libertatē modici carnis terminū coercerent. Nā frequenter cū fratribus sedēs, à cibo q̄ fuerat appositus, memoria escæ spiritalis abstrahebatur. Edebat tm̄, vtpote homo, sæpe solus, sæpe cum fratribus. Et cùm hæc mira (vt p̄dixi) ageret cum confusione animæ adhibendam magnopere corpori diligentiā persuadebat, dicēs nec corpus esse penitus enecandum, ne operatio contra voluntatem creatoris dissolueretur: & ob id omne studiū animæ conferendum, ne vitijs supata corporeis, ad æternas inferni tenebras truderetur: q̄nimo indultum sibi in carne impium vindicans, domicilium suum vt apost. Paulus, ad tertium cœlum subleuaretur. Asserebat q̄; hoc à saluatore p̄ceptum, in q̄ ait: Nolite solliciti esse animæ vestræ q̄d mādūcetis, aut quid bibatis, nec corpori quibus induamini, quia hęc gētes quęrunt, vester aūt pater nouit q̄d indigetis his omnibus. Quærite ergo primum regnū Dei & iustitiā eius, & hęc omnia adj̄cientur vobis. His rebus trāsactis, cùm persecutio impiissima Maximiani furore vesano vastaret Ecclesiā, sanctis q̄q; martyribus Alexandriā perductis, relicto & ipse monasterio secutus est futuras victimas, dicens: Pergamus ad gloriosos fratrum triumphos, vt aut ipsi congrediamur, aut spectemus alios p̄lianes. Et amore quidem iā martyr erat, sed cùm tradere se vltro non valeret & socijs confessoribus in metallis vel in carceribus constitutis, magna cum libertate & cura ingrediens ad iudicem, exhortabatur ne terrore impiorum subacti, dñm

negarent.

C negarēt. ſāq; ſententia coronatos exultās, quaſi ipſe viciſſet, vſq; ad locū felicis ſanguinis proſeq̄batur. Quāobrem motus iudex, ob Antonij ſociorūq; eius cōſtantiā, p̄cepit nullū pœnitus monachorū obſeruare iudiciū, aut in ciuitate verſari. Et cæteris quidē oīmbus in illa die placuit abſcōdi. Antonius aūt impauidus, neglecto perſecutoris imperio, lauit epēditen. i. ſcapulare ſuū. Et alia die ſlās in q̄dam eminēti loco, cādente p̄cinctus veſte, procedentē iudicē ſuo prouocabat aſpectu flagrās cupiditate martirij; oſtendebatq; nobis contemptorem pœnarū et mortis Chriſtiani animū p̄ſeuerare debere, intm̄ vt contriſtareť, q̄ volenti pati pro Dei nomine, martyriū nō dabať. Sed dñs q̄ ſuo gregi parabat magiſtrū, ſeruauit Antoniū: Vt inſtitutio (ſicuti factum eſt) monachorū nō ſolum oratiōe eius, ſed & cōſpectibus firmaretur. Nunq̄ tamē à ſctōrum confeſſorum veſtigijs ſeparatus eſt, quin anxia circa eos cura & charitatis vinculis colligatus, magis carcerē patiebať excluſus. Poſtq̄ aūt perſecutiōis turbo defluxerat, & beato Epiſcopo Petro ēt ob martyrij gloriā coronato, ad priſtinū monaſteriū regreſſus q̄tidianā fidei ac cōſcientiæ martyriū mœrebatur acrioribus ſe ieiunijs vigilijsq; cōficiens, veſti mēto cilicino intrinſecus, deſup pellicio vtebatur, nunq̄ corpus lauās, nunq̄ à pedibus ſordes abluēs, niſi cū per aq̄s trāſire neceſſitas cōpuliſſet. Nullus deniq; Antonij corpus nudū, anteq̄ moreretur, vnq̄ vidit. Quodā aūt tēpore cū ab omniū ſe amouiſſet oculis, & clauſo monaſterio neminē omnino ſuſciperet, Martinianus militum p̄poſitus, cuius filia im mundi ſpūs infeſtatiōibus quatiebatur, pulſans oſtium obſecrabat vt ſuo pignori ſubueniret, & exiēs vt Deū pro filia dēp̄caretur. Tū ille aperire quidē minimè voluit; proſpiciēs verò deſuper ait: ō homo quid meū poſcis auxilium? mortalis & ego ſum, et tuę ſocius fragilitatis, ſi aūt credis in Chriſtum, cui deſeruio, vade & ſecundū fidē tuā ora Deū, & ſanabitur filia tua. Confeſtim ille credens abijt, & inuocato Ieſu, filiā reduxit incolumē. Mul
D ta & alia mirabilia p illū dñs opatus eſt, & merito, q̄ enim promiſit in Euāgelio: Petite & dabitur vobis, inuēto q̄ eius gratiā mereretur accipere, ſuā potentiā nō negauit. Nā plures vexatorū ante monaſterium eius, clauſo introitu, dormiētes, fidelibus per eum ad Chriſtum p̄cibus curabantur. Hæc illi multitudo venienti um, deſideratā ſolitudinem auferens, tædio fuit. Metuens itaq; ne ſignorum copioſa conceſſio aut ſuos animos extolleret, aut alios plus de ſe, q̄ videbant in ipſo cogeret æſtimare, ad ſuperiorē Thebaidē pergere cogitauit, vbi nullus eū agnoſceret, & à fratribus acceptis panibus, ſedebat ſuper fluminis ripā tranſitum nauis obſeruās. Illo talia cogitante vox ad eum deſup facta eſt, dicēs: Antoni q̄ pergis & quare? At ille intrepide, qui quaſi cōſuetam vocē loquentis agnoſceret, reſpōdit: Quoniā non ſinunt me quieſcere populi, idcirco ad ſuperiorem Thebaidem ire optimum duxi, p̄cipue quia ea exigor quæ virtutem meæ puſillanimitatis excedunt. Et vox ad illum ait: Si ad Thebaidem vadas & ad paſtoralia, vt cogitas, pergas, maiorem ac duplicem ſuſtinebis laborem. Si aūt verè quieſcere cupis, vade nunc ad interius deſertum. Cunq; Antonius diceret, quis mihi locū auiū poterit oſtēdere? ignarus enim ſum locorū: confeſtim ei vox quæ loquebatur Saracenos indicauit, qui mercādi gratia ad Aegyptū venire cōſueuerant, his appropinquās Antonius, rogauit, vt ſe pariter adducerēt in deſertū. Nullus obniſus eſt ſed tanq̄ à Deo miſſum comitē ſuſcipientes, amplexi ſunt eius ſocietatē. Tribus aūt diebus & noctibus itinere confecto, inuenit montem valde excelſum, ad cuius radices fons aquę dulcis labebatur, & cāpus haud magnus totū ambiens mōtē qui palmulis perpaucis, & his neglectis, cōſitus erat. Hūc Antonius locū quaſi à Deo ſibi offerretur amplexus eſt. Is em̄ erat, quē ſibi ad fluminis ripā ſedenti q̄ loquebatur oſtenderat. Et primo quidē accipiens à comitibus panes ſolus remā ſit in mōte, nullo alio cū eodem cōuerſante. Quaſi propriā enim domū agnoſcēs,

habebat locũ illũ. Saraceni q̃q; videtes eius fiduciã, optato p eũ trãsitu, panes eidẽ tũ lętitia deferebãt, necnõ palmarũ, licet mediocri, atta mẽ aliquanto solatio resouebat. Exinde cũ fratres agnito loco, tanq̃ ad patrẽ filij solicitè alimẽta trãsmittẽt, vidẽs Antonius q̃ ob suũ refrigeriũ multis onerosus labor indiceretur, & parcens etiã in hoc monachis rogauit vnũ de aduentiẽtibus vt sarculum sibi bis acutum cũ frumento deferret. Quibus allatis circuiens mõtem haud grandẽ culturę aptum reperit locũ, ad quẽ deriuata aqua desup poterat influere, ibiq; seminauit, atq; exinde annuũ sibi panem laborans gaudebat, q̃ sine cuiusq̃ molestia exprijs manibus viueret in deserto. Sed cũ rursus etiã illuc eqdem venire cœpissent, misertus est lassitudine eorũ, & holus in paruo terrę cespite coluit, vt post asperũ iter aliqñ venientes solatio refouerẽtur. Hoc fratrum refrigeriũ & paruulã messem bestiæ propter aquas illuc cõuenientes depastę sunt, è qbus vnã apphendẽs dixit omnibus: Cur me lædi tis, nihilà me lęsæ abite & in nomine dñi, ne huc appropietis vlterius. Quis nõ credat post hãc denunciationẽ quasi timẽtes, nunq̃ illuc bestias appropinquasse? Sic Antonio impenetrabilia montiũ & deserti interiora captanti, orationibus etiã dedito, introeuntes fratres magnis vix pcibus extorserunt, vt oliuas & legumen & olcũ, q̃ post mensesaliq̃t ministrabant dignaretur accipere, & senile modicũ laxaret ærati. Proh quantas ibi cõuersans expertus est luctus: vere secundũ q̃ scriptũ est, nõ illi aduersus carnẽ & sanguinẽ fuisse colluctationem, sed aduersus principatus & potestates, ab his q ad eũ ingre diebantur agnouimus. Illic eñ tumultus & voces populi armatorumq; solitus, prorsus plenũ mõtem dæmonũ multitudine se vidisse referebat. Ipsum etiã quasi cõtra inimicos palã resistentem et fortiter colluctantẽ. Qui iñ & aduenientes suo refouebat hortatu, et flexis genibus armis q̃q; orationũ oẽm Satanę prosternebat exercitũ. Admiratiõe plane dignũ est, in tã immani solitudine vnũ hominẽ nec dęmonũ q̃tidianas expauisse cõgressiones, nec tãtarum bestiarũ, quadrupedũ siue reptilium diuersæ cessisse tentati. Iuste Dauid cecinit: Qui cõfidunt in dño sicut mõs Siõ, nõ cõmouebit in æternũ. Immobilẽ & tranquillam retinẽs animi firmitatẽ, & dæmões fugabat & feras (sicut scriptũ est) secũ pacificabat. Sed & diabolus vt supradictus propheta ait, obseruãs eũ frẽdebat dẽtibus suis, et illẽ saluatoris auxilio ab vniuersis tutus pseuerabat insidijs. Quadã ergo nocte cũ pugil Antonius obsecraret dñm tãtos in monasteriũ eius bestiarũ greges coaceruauit, vt oẽs eremi beluas circũ se aspiceret. Quę cũ rictu oris morsum corpori minitarẽtur, intellexit hostis astutias. Dixitq; Si à dño in me vobis est tributa licẽtia, deuorate cõcessum: si aũt dęmonũ huc venistis impulsu, q̃ tocyus abite, qa Christi famulus sum, ita factũ est, & iubentis vocẽ oñis bestiarũ multitudo, quasi maiestatis verbere cędere tur aufugit. Nõ multi post hęc fluxerunt dies & alia oritur cũ eo dẽ hoste certatio (nã semp vt venientibus pro his q̃ sibi detulerãt, aliq̃d munuscułũ rependeret laborabat) traxit quandã sportellã q̃ texebat, triciam siue funiculum. Ad cuius motum exurgens, vidit bestiam pubetenus humanam faciem præferentem, quæ exinde in asinam finiebatur. Post cuius aspectum vexillum crucis in fronte sua pingens, hoc tantum ait: Christi seruus sum, si ad me missa es non fugio. Nullum in medio spacium, & statim informe prodigium dicto ócyus cum satellitum turba fugit, & in medio cursu ruens extinctum est. Ista autem exposi mors atque enecati prodigij, dæmonum erat communis interitus: qui omni studio laborantes, Antonium à deserto deducere non valuerunt. Mirandis plus miranda succedunt. Non grande post ista tempus excesserat, & tantarum victoriarum homo fratrum precibus vincitur. A monachis enim rogatus, vt eos dignaretur inuisere, vna cum his profectus est, impositis camelo aqua & panibus, quia nusquam præter monasterij locum ex q̃ hauserãt,

pota-

C potabilis aqua per arentem viam reperiebatur. Verum in medio itinere bibēdi subsidia defecerunt. Ardor nimius, æstus intolerabilis, mortē cuncta minantur. Circuerunt, & quęrunt saltē collectam pluuijs lacunā, nihil prorsus remedij, nihil occurrit penitus ad salutē. Camelus quasi periturus & ipse æstuās dimittitur, ęstuantis pectus exuritur, & sitis desperatiōe feruescit. Mouit senem fratrū commune discrimen, et vehemētissimè cōtristatus ingemuit. Dehinc ad solita p̄cum auxilia cōfugiens, paululū ab eis secessit, ibiq; genibus flexis, supplices manus tetendit ad dn̄m. Nec mora & ad primas rogantis lachrymas in oratiōis loco, fons ebuliens erupit, ibiq; extincta siti, & arentia membra refecta sunt, & plenis vtribus inuenuentum potant camelum. Ita enim casu euenerat, vt camelus errās per eremum, dum funiculum trahit, in q̄dam lapide eiusdem alligatiōe funiculi teneretur. Tandem cōfecto itinere, ad monachos qui inuitauerant peruenit. Tunc verò quasi patri oēs obuiam occurrerunt, et honorifico salutatu in oscula eius et amplexus certatim ruunt. Proposito feruenti gaudet Antonius & lætātibus de aduentu suo cunctis, quasi xenia de mōte portans, spiritalia impartitur alimenta. Laudat veterum studia, hortatur nouorum. Sororē quoq; iam vetulā virginem videns, & aliarum puellarum magistram mira exultatiōe sustollitur. Exinde quasi diu abesset ab eremo, rursum festinauit ad montem. Plurimis iam ad illum venientibus cùm etiā vexati à dęmonibus, malo necessitatis coacti, auderēt deserta penetrare, qs ille consolans, et monachis in cōmune p̄cipiens, aiebat: Credite in Iesum fideliter, mentē à malis cogitationibus, carnē ab immunditijs seruate purā, & iuxta eloq̄a diuina ne seducamini in saturitatē ventris, odite vanā gloriā, orate sępissimè, psallite vesperè & mane et meridie, et mandata scripturarum reuoluite. Recordamini gestorum q̄ sancti quiq; fecerunt, vt exēpli memoria animā incitet ad virtutem, refrenet à vitijs. Suadebat eñ iugi meditatiōe re-
D tinendū Apostoli sermonē, q̄ ait: Sol nō occidat super iracundiā vestrā. Non tm̄ aūt super iracundiā solem occidere nō debere interp̄tabatur, sed & super oīa delicta hominū: ne peccatorum vnq̄ nostrorum aut in nocte luna, aut in die sol testes abscederent illius q̄q; admonebat præcepti, q̄ memores esse dicit. Dijudicate vosmetipsos, & probate: Vt rationē diei noctisq; facientes si in se delictum deph̄enderent peccare desisterent. Sin aūt nullus error decepisset, perseuerantes instarent potius incepto, quā arrogantia tumidi aut alios contēnerent, aut sibi iusticiam vendicarent, iuxta supradicti doctoris eloquiū dicentis: Nolite iudicare ante tempus: magis debere eos Christo, cui soli occulta patēt reseruare iudiciū. Multas esse (vt scriptū est) vias q̄ videtur hominibus iustę, sed fines earū ad profundū respicere infernis: sępè nostra nō posse nos intelligere peccata, sæpè falli in in ratione gestorū, aliud esse Dei cuncta cernentis iudiciū, qui non ex superficie corporum, sed ex mentium iudicat arcanis. Aequum aūt esse nos nobis compati, & inuicem onera nostra portare, vt concesso examine Saluatori, proprias conscientias nosmetipsos iudicantes intueremur. Necnō dicebat magnā esse ad virtutē viā, si singuli vel obseruarent q̄d gererēt, vel vniuersas mentiū cogitationes fratribus referrēt. Non enim posse aliquē peccare, cùm relaturus esset ad alium q̄cunq; peccasset, & subire pudorē in publicum turpia proferendi. Denicq; nullū peccantem coram alio audere peccare, etiā si peccet, tamen testē vitare peccati, mentiri magis & negare ei, et vetus delictū nouo inficiādi augere delicto. Igitur quasi sub oculis aiebat nostris, et cogitatu cōfundimur et actu, si oīa referēda faciamus: multò aūt magis, si peccata nostra fideliter describentes digeramus in ordinē. Tūc verò annotatio delictorū frairū videbitur oculis: Tunc timebimus peccati maculas, conscientiæ ipsi nos arguent apices, & quomodo meretricibus membra miscentes, confundantur ad præsentiam cæterorum, ita

et nos erubescamus ad literarũ scripturas. Hæc agamus, hanc virtutis gradiamur A
viã, & corporamentibus subiugantes, pnicioſas diaboli conteramus insidias. Talibus sermonibus hortamẽtisq; & veniẽtes ad se monachos incitabat ad studẽ, & patientibus cõdolebat, pluresq; eorũ dñs per Antoniũ liberauit. Nunq; tamen aut de incolumitate curatorum est inflatus ad gloriã, aut cõtristatus de obsessis adhuc corporibus murmurauit. Magis aũt eodẽ semper animo et vultu manẽs, gratias Deo referebat: suadens occupatis, vt correptionẽ qua vexabantur, patientius ferrent. Non eñ Antonij aut cuiusq; hominũ, oñino hanc esse medicinã, sed Dei solius: qui cõsueuit & q̃bus vellet, & q̃ vellet tempore dare sanitatẽ. Ita cõsolatione sua & vexatos æquanimiter ferre tentationẽ, & iã liberatos nõ sibi, sed Deo gratias referre docebat. Fronto aũt quidã vir ex Palęstinis, qui infestissimo dæmonio vexabatur (nam & linguam eius laniabat dentibus & oculorum nitebatur lumen extinguere) perrexit ad mõtem, rogabatq; beatum senẽ vt pro se dñm rogaret, orauit Antonius dixitq; ad eũ: Vade & curaberis. Illo incredulo sibi, & violenter ibidem cõtra p̃ceptum remoranti, eadem geminabat Antonius, dicens: Hic curari nõ poteris: egredere, & calcata Aegypto statim te misericordia Christi cõsequetur, tandem credidit & profectus est, ac visa Aegypto, secundum promissionẽ senis quã ei dñs oranti reuelauerat, infestio cessauit inimici. Virgo verò q̃dam quæ à Tripolitanæ regionis ciuitate deuenerat inaudĩtis ac flebilibus doloribus laborabat. Etenim narium purgamẽta, oculorũ lachrimæ, aurium putridus humor in terram cadens, cõfestim in vermes vertebantur. Augebat calamitatem corpus paralysi dissolutum, oculos quoq; peruersos cõtra naturam habens. Hanc parentes eius deferentes, cũm ad Antonium monachos ire didicissent credentes in domino, qui pertinacem sanguinis fluxum in Euangelio, tactu fimbriæ stare p̃ceperat, rogauerunt vt misera bilem filię comitatũ susciperent. Illis renitentibus eam vsq; ad Antonium perducere, remansẽre parẽtes B
eius foris cũ filia debili apud beatum cõfessorem & monachum Paphnuciũ, qui effossis pro Christo oculis sub Maximiano persecutore, tali decore stamẽto corporis plurimum gloriabatur. Peruenerunt igitur ad Antoniũ monachi. Cumq; de morbo puellæ referre disponerent, relationem eorum senis sermo p̃uenit & omnem debilitatis & itineris vsq; ad sanctum Pahnutium causam, quasi ipse interfuisset, exposuit. Rogantibus autẽ eum monachis vt parentibus cum filia permitteretur ingressus, nõ cõcessit, sed ait: Ite & inuenietis puellã, si nõ est mortua, curatã. Et adiecit: Nullus debet ad meam humilitatẽ venire, ga largitio curationum, nõ est humanę miseriæ, sed Iesu Christi misericordię, qui vbiq; in se credentibus p̃stare cõsueuit auxilium. Quãobrẽ & illa pro qua petitis, suis p̃cibus liberata est, & cũm ad dñm orarẽ ego, mihi p̃sentia sanitatis eius indulta ẽ, dixit, & verba eius puellæ incolumitas secuta est. Nam exeuntes foras ad B. Paphnutium, & filiam sospitẽ, & parẽtes lætos repererunt. Nõ multos aũt post illos dies, quum duobus fratribus euntibus ad Antonium aqua in itinere defecisset, & vno citi mortuo, alter iaceret in terra mortẽ expectans: Antonius sedens in mõte celeriter ad se duos monachos vocauit, qui fortè ibidẽ sunt reperti, & festinato præcepit, vt lagenam aquæ assumentes, inuaderent iter q̃d ducit ad Aegyptum, dixitq; Vnus è fratribus huc aduenientibus modò migrauit ad dominum, alter si nõ succurreritis, addetur: Hoc enim mihi nũc oranti reuelatum est. Sic ait, & iuxta p̃ceptum eius monachi festinantes, extinctum corpus inueniunt, terraq; id operientes, alterum refocillatum suo iunxerunt comitatui, erat autem spacium itineris vnius diei. Fortasse aliquis quærat, cur non antequam moreretur Antonius dixerit? Incongruo prorsus Christianis argumento vtiturquia non Antonij sed Dei iudicium fuit, qui & de recedente quam voluit

senten

C sententiã tulit,& de sitiente reuelare dignatus est. Hoc tantũ in Antonio mirabile est,q in monte remotissimo sedẽs, corde peruigili cuncta procul posita,dño indicante cognosceret. Alio rursus in specũ sederet in mõte,& oculos tẽdisset in cœlũ,vidit nescio quã animã lętãtibus in eius occursum angelis,ad cœlũ pergere. Cuius spectaculi nouitate stupefactus,beatũ dixit sanctorũ chorum:orauitq; vt sibi rei p̃sentis agnitio panderet.Et statim ea ad eũ facta est ingens,istã esse Ammonis monachi animã,q Nitriæ morabatur.Erat aũt Ammon vir grandęuus,q perseueranter à pueritia vsq; ad senectutẽ in sanctitate vixerat.Itinere q; dierũ xiĳ.spacio à Nitria,locus in q sedebat Antonius diuidebatur. Videntes aũt eum monachi admirantẽ q venerant,dep̃cati sunt vt causam hilaritatis ediceret.Quibus ait modo Ammonẽ quieuisse,quẽ propter frequentẽ eius ad Antoniũ commeatũ,& propter celebritatem indultorũ ei à dño signorũ optimè nouerant, de quibus etiã hoc vnũ dicendũ est:Necesse fuit ei aliquãdo flumẽ nomine Lycum, subitis aquis inundatũ transuadare:rogauitq; Theodorũ qui cũ ipso erat,vt paululũ à suo separetur aspectu,ne nuditatẽ corporis inuicẽ uterq; cõspicerent.Recessit Theodorus:nihilominus ille seip̃um cùm nudare vellet,erubuit.Cogitantem aũt eũ,in alterã ripam virtus diuina transposuit. Rursusq; Theodorus, vir et ipse Deo deuotus,transiens ad senẽ mirari cœpit q tã velociter fluuiũ transuadasset.Cumq; nihil humoris in pedibus,nihil in vestibus eius aquę conspiceret, rogauit eũ,vt tam incredibilẽ translationẽ quasi filio pater exponeret.Nolente illo dicere q̃ acciderãt,amplexus est pedes eius,iurauitq; se nõ dimissurum,priusq; sibi id q̃d celabat referret. Vidẽs ergo senex cõtentioſè vincere volentẽ fratrem, exegit vicissim ab eo,vt nulli hoc ante suam mortẽ indicaret,atq; ita cõfessus est se subito in alterã ripam fuisse transpositũ,nec; oñino vndis impressisse vestigia:dñici corporis hoc tantũmodo priuilegiũ adserẽs,et eorũ quibus ipse,vt apo
D stolo Petro donauerat,vt aquarũ lęuitate humanũ corpus insisteret.Hæc autem Theodorus p̃missso tẽpore nõ dixit,post eius mortẽ retulit. Monachi verò quibus dixerat Antonius de morte Ammonis, notauerunt diẽ & veniẽtibus de Nitria fratribus post dies triginta scisitantes repererũt illo die illaq; hora dormisse Ammonẽ,qua animam eius ferri senex viderat:vtriq; igitur puritatẽ mentis in Antonio mirati sunt,qũo rei tã lõgæ gestę,statim ad eũ fuisset perlata cognitio. Archelaus q̃q; comes,cũ eũ inuenisset in exteriori mõte,rogauit vt oraret p Polycratia Publĳ filia,q̃ in Laodicea erat,admirabili & Christo dedita virgine. Patiebatur em̃ pessimos stomachi & lateris dolores, q̃s ieiunĳs nimĳs vigiliĳsq; cõtraxerat,& erat penitus toto debilis corpore.Orauitq; Antonius,& diẽ q̃ oratio fuerat facta annotauit Archelaus. Redit Laodiceã,& inuenit virginẽ incolumem. Percunctatus diẽ sanitatis reperit tẽpus medelę cum annotatione congruere.Et oẽs admirati sunt,agnoscẽtes eo tẽpore illã à dño fuisse à doloribus liberatam, q̃ orãs Antonius pro ipsa bonitatẽ saluatoris inuocauerat. Sępè etiã ad se venientiũ turbarũ,ante dies & menses & causas p̃dixit & tpa.Nã q̃sdam videndi cũ tm̃ desideriũ,alios imbecillitas,nõnullos obsessa à dæmonibus corpora ptrahebãt, nemotamen vnq̃ vexationẽ aut detrimentũ laboris itineris cõquestus est,regre diebãtur oẽs spiritali cibo pleni.At ille p̃cipiebat nõ suæ laudi hanc admirationẽ ab eis applicari deberesed dñi,qui sui notionem hominibus pro capacitate mortalitatis indulserit.Quodam aũt tempore cùm exisset ad exteriora monasteria, & rogatus esset à fratribus vt in nauiquadã cũ monachis proficiscentibus oraret ascendit,& solus ex omnibus odorem sensit deterrimum,adserebant cuncti piscium salsorum & carixarũ in naui positarum hũc esse putorẽ. At ille alterius rei fœtorẽ se sentire affirmauit. Adhuc loquente illo adolescens q̃dam possessus à dæmone,q procedens,iuxta carinam se naue absconderat, repentè exclamauit.

Quo

Quo ſtatim per Antonium in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti curato, intel- A
lexêre vniuerſi diaboli illum fuiſſe putorem. Alius quoq; ad eum vir inter eos
nobilis dæmonioſus adducitur, tanta oppreſſus inſania, vt non ſciret ſe eſſe apud
Antonium, nec nõ & corporis ſui ſuperflua comederet. Quãobrẽ rogatus ſenex
ab his q̃ eum adduxerãt, vt pro illo dñm oraret, intantum iuuenis miſerię cõdo
luit, vt tota nocte peruigilans cũ eo, aduerſus patiẽtis inſaniã laboraret. Sed cũ iã
luceſſeret, et obſeſſus impetu in Antoniũ facto, vehementer eũ impuliſſet, iraſci
cœperunt q̃ eũ adduxerant, cur ſeni feciſſet iniuriã? Quibus Antonius ait: Nolite
aliquã culpã iuueni miſero adſcribere: furor iſte obſidẽtis eſt, nõ obſeſſi. Idcirco
aũt in hanc prorupit dolens hoſtis audaciã, quia dñs ad aridã regionẽ ire eũ iuſſit,
& expulſi Satanæ indiciũ, iſte aduerſum me impetus fuit. Nulla poſt verba mo-
ra adoleſcens recepto ſenſu, & gratias agens Deo, locũ vbi eſſet, agnouit, & toto
Antonium cõplexans deoſculatus eſt affectu. Innumera & alia iſtiuſmodi ſig-
naſunt, quæ monachorum concordi ſæpè relatione cognouimus. Verùm nõ
tantùm his adhibendus eſt ſtupor: quia multò plus q̃ ſequuntur, conditionẽ no-
ſtræ fragilitatis excedunt. Hora circiter nona, cùm ante cibum orare cœpiſſet,
raptum ſe ſenſit in ſpiritu, & ab angelis in ſublime deferri prohibẽtibus tranſi-
tum aeris dæmonibus, cœperunt angeli cõtradicentes requirere quæ eſſet cauſa
retinendi, nullis exiſtentibus in Antonio criminibus. Illis verò ab exordio nati
uitatis replicare peccata nitẽtibus, criminoſa angeli ora clauſerunt, dicentes: Nõ
debere eos à natiuitate eius delicta narrare, q̃ iam Chriſti eſſent bonitate ſopita
ſi qua aũt ſcirent ex eo tẽpore quo factus eſſet monachus, & Deo ſe conſecraſſet,
licere proferri. Accuſabant dæmones multa procaciter mentientes: & cùm deeſ-
ſent probamenta fallacibus, liber Antonio conſcenſus aperitur. Et ſtatim rediẽs
in ſe in eo loco quo ſtare cœperat, hoc ſe rurſum vidit eſſe q̃d fuerat. Tunverò
oblitus eſcæ ex illa hora, noctem gemitu ac lamentatione tranſegit, reputans ſe- B
cum humanorum hoſtium multitudinẽ & colluctationem tanti exercitus, & la
borioſum per aerem iter ad cœlum, et hoc Apoſtoli dictum, quo aiſt: Nõ eſt nobis
colluctatio aduerſus carnem & ſanguinẽ, ſed aduerſus principẽ poteſtatis huius
aeris, qui ſciẽs aereas poteſtates, ob id ſemper tẽtare, luctari & cõtendere, ne no
bis liber tranſitus eſſet ad cœlum, hortabatur monẽs: Adſumite arma Dei, vt poſ
ſitis reſiſtere in die mala vt nihil mali habẽs q̃d de vobis dicere poſſit inimicus,
confundatur. Nos autem apoſtolici ſermonis recordemur, dicentis: Siue in cor-
pore, ſiue extra corpus, neſcio: Deus ſcit: Et Paulus quidẽ vſq; ad tertium cœlum
raptus eſt, ibiq; auditis verbis ineffabilibus deſcendit. Antonius aũt vſq; ad aerẽ
ſublatus, poſt colluctationem liber apparuit. Habebat etiam iſtiuſmodi gratiã.
Si cuius rei ſedens in monte ignarus fuiſſet, et eius ſecũ inquireret notionẽ, orãti
ei à dño reuelabatur: & erat, ſecundum q̃d ſcriptum eſt, à Deo doctus. Deniq;
cùm à fratribus haberetur iſte tractatus, & ab eo ſeduló ſciſcitarentur, quem ad-
modum ſe poſt corporis ſarcinam anima gereret, quiue ei locus poſt exitum cõ-
cederetur, proxima nocte vox deſuper nomẽ eius inclamitans, ait: Antoni exur
ge, exi & vide: Qui exurgens egreſſus eſt: ſciebat enim quibus reſpondere de-
beret, & eleuatis ad cœlum oculis, vidit quẽdam longum atq; terribilem, caput
vſq; ad nubes attollentem, vidit etiam pennatos quoſdam volare cupiẽtes ad cœ
lum, atq; illum extenſis manibus prohibere tranſitum, è quibus alios apprehẽ-
ſos elidebat ad terram, alios fruſtra retinere contendens, dolebat ſuper ſe ad cœ
leſtia tranſuolare: & maximum gaudium mixtũ mœrore victi victoreſq; tribue
bant. Statimq; ad eũ vox facta eſt, dicẽs: Anima aduerte q̃d vides. Et tunc cœpit il-
luminato corde intelligere animarum eſſe conſcenſum, & diabolum phibentẽ
q̃ & ſibi retineret obnoxios, & ſanctorum q̃s decipere non poterat, cruciaretur

volatu.

C volatu. His visionum exemplis incitatus, ꝗtidie ad meliora crescebat. Neq; verò id quod sibi reuelatũ fuerat, causa iactantiæ fratribus indicabat, sed cũ orans iugiter Dei laudaret auxiliũ, interrogantibus cõpellebatur edicere: nec spirituales filios pura in Christo anima occultare quicq̃ volebat, p̃sertim cũ huiusmodi signorũ relatio & amorẽ ministraret proposito, & fructũ laboris ostẽderet. Nunq̃ ille aut ira subita concitatus patientiã rupit, aut humilitatẽ erexit in gloriã. Nam oẽs clericos vsq; ad vltimũ gradũ ante se orare cõpellens, Episcopis quoq; atq; presbyteris, quasi humilitatis discipulus, ad benedicendũ se caput submittebat. Diacones verò, qui ad eum vtilitatis causa veniebant, cùm pro adiutorio eorũ eis p̃sentibus disputaret, ad orandũ dñm sibi præponebat, nõ erubescẽs & ipse discere. Illã & interrogabat frequenter eos, cũ quibus erat, & si aliquid ab eis necessariũ audierat, se fatebatur adiutum. Habebat aũt & in vultu magnã gratiam, & admirabile à saluatore etiam hoc munus acceperat. Si quis enim ignarus eius inter multitudinem monachorũ eum videre desideraſſet, nullo indicãte, cęteris prætermissis ad Antonium currebat, & animæ puritatem agnoscebat ex vultu, & per speculum corporis gratiam sanctæ mentis intuebatur. Nam semper hilarem faciem gerens, liquidò ostendebat se de cœlestibus cogitare, sicut scriptura ait: Corde lætante vultus floret, sed in mœrore continuò tristatur. Ita & Iacob agnouit Laban socerum suum insidias sibi machinantem, dicens ad filias eius: Non est facies patris vestri sicut heri & nudiustertius. Sic Samuel agnouit Dauid: Lætificatos enim habebat oculos & dentes sic lac candidos. Similiter agnoscebatur Antonius, quia semper eandem faciem inter prospera & aduersa retinens, nec iecundis extollebatur, nec frangebatur aduersis. Erat enim & in vultu amabilis & in fidei puritate mirabilis. Nũquam schismaticorũ se miscuit cõmunioni, antiquam eorum sciens prauitatem atq; transgressionem. Nunquã

D Manichæis aut alijs hæreticis saltẽ amabilia verba largitus est, Nisi tantũ ea quę eos possent ab iniquitatis errore reuocare: denuncians talium amicitias atq; sermones, perditionẽ esse animæ. Sic etiã Arrianos detestabatur, vt omnibus diceret, nec iuxta eos quidem esse accedendũ. Nam cùm venissent quidã Arrianitæ, reperit post eorum examinationẽ infidelissimã sectam, & fugauit eosdem mõte dicens, multò serpentibus deteriores horũ esse sermones. Mentiẽtibus autẽ Arrianis aliquando Antonio ita vt se credere simularẽt, admiratus eorum audaciã, et iusti doloris ira cõmotus: rogatusq; ab Episcopis atq; vniuersis fratribus, Alexandriã descendit, ibiq; Arrianitas publico sermone condẽnauit. Vltimam hãc esse hęresim & p̃cursorem Antichristi affirmans, p̃dicauitq; in populo filiũ Dei, non facturã, nõ ex vllis extãtibus, sed propriũ, & vnius cũ patre substãtię, nec creatura potius aut adoptio aut appellatio videretur: impiũ esse dicens vel mẽte cõcipere, erat quando nõ erat: cũ verbũ dei Deus, q̃ est, semper patri sit coęternus, q̃a ex eo natus ẽ patre, qui semp est. Vnde aiebat: Cũ Arrianis vobis nulla fit cõmũnicatio. Quę em̃ societas luci ad tenebras? Vos fideliter credẽtes, Christiani estis; illi verbũ. i. filium, qui ex Deo patre est, creaturã docentes, nullo interuallo à gẽtilibus separantur, qui seruiunt creaturæ potius q̃ creatori, qui est benedictus in secula. Ipsa mihi credite, irascuntur elementa & oẽs cõtra Arrianũ furorẽ, secundũ Apostoli dictum, ingemiscit creatura, q̃ sibi dñm suum, per quẽ oẽa & in quo omnia facta sunt, videat coęquari, aggregarive. Hæc tanti viri p̃dicatio, exprimi nõ potest quantũ ad fidẽ populos roborauerit. Lętabant̃ q̃ppe hostilẽ & Christo inimicã hæresim anathematizari ab Ecclesiæ colũna. Nulla tũc ętas, nullus sexus domi remãsit. Taceo de Christianis: pagani q̃q; & ipsi idolorũ sacerdotes, ad dñicum imperiũ cõuolabant dicẽtes: Præcamur vt videamus hominẽ dei, quia hoc apud vniuersos conspicuũ erat nomẽ Antonij. Ambiebãt q̃q; saltẽ fimbri-

fimbriam vestimenti eius attingere, multum sibi & tactum prodesse credentes. A
Quot tunc diabolica obsidiõe & varijs infirmitatibus liberati? quot simulachris
erepta sunt spolia? quanti etiã ab errore gentilium retracti, nostro cõiuncti sunt
gregi? Tanti certè vt paucorũ dierum spacio ex idolorum superstitione cõuersio,
omnem per annum credẽtium vinceret turbam. Præterea cùm irruentẽ multi-
tudinẽ comites repellerent, æstimantes, tædio illi conuentũ populum fore, ille
tranquillo animo dicebat: Nunquid hic cætus dæmonũ maior est turbis? nunqd
obsequentium multitudo colluctatorum in mõte nostro cum cæteris est nume
rosior? Accidit etiam, vt cùm eum redeuntẽ circa portam prosequeremur, à ter-
go quædam mulier clamitauit dicens: Expecta homo Dei, filia mea atrocissimo
vexatur dæmonio, expecta, obsecro expectame & ego corruens ineam. Hoc
audito mirabilis senex à nobis admonitus, volens tamen & ipse paululum sub-
sistit. Cumq; appropinquante muliere puella iaceret exposa, orauit tacitus dñm
Iesum, & ad cominationem eius statim spiritus impurus egressus est. Puella in-
columis, populus in laudibus Dei, mater in gaudio fuit. Ipse aũt lætabatur, quia
ad desideratã solitudinem repedabat. Erat aũt valde sapiẽs, & hoc in se mirabile
habebat, quia cùm literas non didicisset, ingeniosissimus & prudẽtissimus, im-
mobilis & mansuetus erat. Aliquando etenim philosophi duo gentiles venerũt
ad eum, putantes Antoniũ se posse decipere, erat verò in superiori monte. Quos
cùm vidisset, paganos intellexit ex vultu, & procedens ad eos, per interptem ita
cœpit loqui: Quare tã longè ad stultum hominẽ, sapientes sevexare voluerunt?
Illis dicentibus, non esse illum stultum, sed & nimium sapientem, vigilanter re-
spondit: Si ad stultũ venistis, superfluus est labor vester: si aũt putatis me sapien-
tem esse, & sapientiam habere, bonum est, imitamini quod probatis, quia bona
conuenit imitari. Si ego ad vos venissem, vos imitaremini: sed quia vos ad me quasi
ad sapientẽ venistis, estote sicut ego sum Christiani. Abcesserunt philosophi v- B
trũq; mirãtes, & acumen ingenij & dæmonum expulsiones. Alios quoq; simili-
ter mundi sapientes, qui eum irridere cupiebãt, quia literas ignoraret, tali dispu
tationi colligauit, dicens: Respondete mihi quid prius, sensus an literæ? & quid
cuius exordium? Sensus ex literis, an literæ oriuntur ex sensu? Illis adserentibus
quia sensus esset autor atq; inuentor literarũ, ait: Igitur cui sensus incolumis est,
hic literas non requirit. Quis præsentium post hanc colluctationẽ nõ exclama-
uerit, cùm obstupuerint & ipsi qui victi sunt, tantã in imperito literarum saga-
citatẽ animi admirãtes? Neq; emẽ vt in solitudine & montibus versatus atq; oẽm
ibidẽ exigens vitã, agrestis & rudis erat, sed iucundus atq; affabilis, sermonẽ, se-
cundũ Apostoli præceptum, diuino conditũ sale, proferebat, ita vt inuidia care-
ret, & amore omnium potiretur. Inter hæc quasi parum esset bis gentilitatem
fuisse superatã, & tertio venerunt viri ad eum omnis secularis prudentiæ nube
cæcati, atq; vniuersis philophiæ studijs artium suarum æstimatione doctissimi.
Hi cùm rationem ab eo exigerent fidei, quam in Christo habemus, & niterẽtur
arguta sophismatum interrogatione de diuina cruce eum illudere, in silentium
paululum voce compressa, primũ eorum miseratus errorẽ est: deinde per inter-
ptem, qui eius verba diligentissimè in Græcum solebat exprimere sermonem,
ita exorsus est, dicẽs: Quid pulchrius est, quidve honestius, crucẽ colere, an ad-
ulteria, parricidium, vel incœstum his adsignare ꝗs colitis? cùm in altero sit con-
temptus mortis insigne virtutũ, in altero turpis religio obscœnitatis magistra?
Quid melius est dicere, ꝙ Dei verbum manens vt erat, ob salutẽ nostram huma-
num corpus adsumpserit. Vt societate mortalitatis nos eueheret ad cœlum, par
ticipesq; naturæ cœlestis efficeret: an vt ipsi asseritis, diuinæ mentis hausturn, ad
terrena veneranda caput submittere, & pecudum atq; serpẽtum formis cœleste

nomen

C nomen includere? Quo ore Christianorum credulitatē audetis irridere, dicentium Christum filium Dei sine sui detrimento, & cœpisse esse quod nō erat, & mansisse quod fuerat cum ipsi animā de cœlestibus detrahentes, non tantū hominō, sed & pecudū soleatis sępire corporibus? Christiana credulitas pro salute mundi Deum suum venisse testatum. Vos verō innatā animam p̄dicantes, vltro citroq; transfertis. Christiana fides, quæ omnipotentiam Dei, clementiamq; veneratur, cōsequenter incarnationē dicit Deo fuisse possibilem, ita tamen vt nō euacuauerit dignatio dignitatē. Vos q animā ex splendidissimo Dei fonte manantē turpiter decidisse tractatis, qui mutabilē & cōuertibilem eam post sui diminutionē audetis asserere, iam illam q̄q naturam dominā seculorū per animæ contumelias impia lingua temeratis, imago em̄ quæ secundū nos naturalē similitudinem sui retinet autoris, cui vna est ex q̄ defluit eademq; substantia, humilitates, p̄prias & iniurias cōsequenter ad suam originē remittit. Igitur animaduertite cōtumelias animarū ad patrē (vt appellatis) earū per vestram blasphemiam redundare. Crux Christi dn̄i Dei nostri hic nobis ingeritur. Rogo q̄ hæc est religionis obscœnitas? nōne potius est crucē attollere, aut alicuius generis mortē, ab iniquis hominibus illatā patiēter sustinere, q̄ Isidis plangere post Osyrim vagos incertosq; discursus? Pudeat, quæso, vos inlidiarū Typhonis, pudeat Saturni fuge & deuorationis crudelissimę liberorum. Erubescite parricidium Iouis et incęstum, erubescite raptum eius & coitum mulierū, atq; puerorū. Illæ, sicut vestri fingunt poetæ, ad explendū immanissimæ libidinis furorē, molles dedit in amore vagitus: ille in Dianę fluxit sinus, ipse amator et preciū: ille modulatus ales Lædeos petiuit amplexus: ille in propriū sæuiens sexum, regiū puerū ministris auibus polluit. Hæc vos creditis, hæc colitis, hæc sunt vestrorum ornamēta templorum. Aequo deprecor, pro vestra salute, nostra dicta pensate iudicio. Cun-
D cta an nihil libris credenda sunt Christianis? Si nihil, nec crucis q̄q cui detrahitis nomen agnoscitis. Si vniuersa credenda sunt, cur cùm in ijsdem libris cruci resurrectio copuletur, passionem diuinam stolido laceratis eloquio, & nō statim iungitis cæcorum visum, surdorum auditū, claudorum gressum, lepræ emundationē, seruiens ambulanti Deo suo mare, dæmonum fugas, resurrectionem mortuorum, & defunctorum ab inferis reditus? Hæc omnia scripturis diuinis quas interpellatis inserta sunt, & ijsdem voluminibus cōtinentur præconia manifestatis & mortis. Quamobrem odio, quo imbuti estis, abiecto, inuenietis ilico, & Deū verum esse Iesum, & salutis humanę gratia fragilem assumpsisse naturā. Vestrā tamen nobis, si nō pudet, narrate religionē, sed quas error infęlix poteris referre culturas de tanta rerum fœditate atq; vecordia: nisi fortè (vt audio) fabulas asseratis deorum vestrorum, & obscœnitates & crudelitates, & vanitates, & mortes, tegētes eas allegoricis velaminibus: Liberum vnium, terram proserpinā, semiclaudum vulcanum & debilem, ignem, lunonem aerem, Apollinem solem. Dianam lunam, Neptunum, maria, & libidinum principem Iouem ęthere interpretantes. Nec post hanc excusationis procacitatem Deum, sed creaturas, contempto creatore susscipitis. Quod si pulchritudo vos elementorum ad suam traxit veneratione, modum fas erat custodire: & oportebat mirari tantum, nec colere: ne factura veneratio creatoris esset iniuria. Nam istiusmodi, quam vos sequimini, ratio est præpostera atq; peruersa, & architecti honor migrauit ad domum, & medici scientia, ad remedia confertur, omnium q̄q artificum merita vel laudes ad opera transferentur. Quid ad hæc dicitis, Vt agnoscamus, quæ sit crucis ridiculæ, vobis ignominiosa confessio? Hac disputatione cōuertētibus in se philosophis oculos, simulq; mussitantibus, subridens Antonius, rursum per interpretem ait: Præ durum nāq; cuncto videtur operi, quoties iusto

vniuersæ rei tenore calcato, laboris merita factis magis quàm factoribus adscribuntur. Elementa quidem vt memoraui, ex ipso conspectu suam comprobant seruitutem. Sed quoniam vos obseruatione dialectica, necessaria, vt putatis, quęcq; colligitis, hoc quoq; artificio etiam nos nostram religionẽ compellitis affirmare? Respondete mihi? Cognitio Dei, quemadmodum manifestius approbatur, per lectionem verborum, an per operationem fidei? Et quid antiquius est, operatio fidei, an disputatio per argumenta procedens? Illis respondẽtibus, firmiorem sermonibus operationem esse hanc & liquidam de Deo cognitionem: benè eos & ipse dixisse consensit: quia operationem quæ ex fide descendit, animi generat affectus, dialecticam verò ex artificio componentium sumpsisse oppositionis exordia. Cùm ergo, ait, operationem fidei animo siram quis habuerit, superflua erit verborum compositio per quam conceptam sensu nostro credulitatem tentatis euellere, & tamen sæpè nostras explicare intelligentias non valetis. Ita solidiora sunt mentis opera quam sophismatum fraudulenta conclusio. Nos Christiani mysterium vitæ nostræ non in sapientia mundi habemus repositum, sed in virtute fidei, quæ nobis à Deo tributa per Christũ est. Hanc orationis meæ veritatẽ, rerũ quotidie quæ geruntur ordo cõmendat nobis imperitis & literarum vestrarum ignaris ad Dei cognitionem eius solum verba sufficiunt. Ecce nos tot gentilitatis gregibus abstracti, in vniuersum orbem quotidie propagamur. Vobis verò post aduentum domini, nodosæ sophismatis defecerunt versutiæ. Ecce nos simplicem Christi fidem docti, idololatriam debellauimus, & per prædicationem ignominiosæ crucis, aurata templa ceciderunt. Vos, si potestis, ostendite qua contextione verborum gentilitatem Christo pręponere suaseritis. Per omnes iam terras Deus Dei filius Christus est agnitus, nihil eloquentia sophismatum, nihil disputatio philosophiæ multitudini potest obesse credentium. Crucifixum nominamus, & vniuersi dæmones, quos vos vt deos colitis, rugiunt, atq; ex obsessis corporibus ad primũ dominicę crucis signũ fugantur. Vbi sunt illa fabulosa oracula? Vbi Aegyptiorum incantationes? quo magorũ profecere carmina? Certè nunc vastata sunt omnia, cũ de sua cruce mũdo Christus intonuit. Nihilo minus vos ptermissis debilitatorũ cateruis glorioſam Iesu mortẽ irridere conamini. Illud aũt quale est, q nunc̃ in infestatione regali concussa gentilitas, imò seculo chara & hominum p̃sidijs fulta iam corruit. Nos famuli Christi q̃ plus premimur, eo magis assurgimus & floremus. Vestra simulacra ornatis quondã septa parietibus, iam vetustate collapsa sunt. Christi verò doctrina, quæ vobis stultia videtur & ludus, licet tyrãnica ꝓsequentiũ principũ tentamẽta pertulerit, licet varijs sit incursata terroribus, nullo tamen terrarum orbe cõcluditur, nullo gentiũ barbararũ fine prohibetur. Quãdo tot simul in se cõuenêre virtutes: continentia in matrimonio, virginitas in Ecclesia, floret martyrum pro dño suo glorioſa cõstantia: quorũ omnium crux Christi principiũ est. Cùm interim vos inter tãtos virtutũ choros syllogismorũ retia tenditis: & veram rerũ lucem tenebrosis conamini argumentationibus obuoluere. Ecce nos, vt dixit doctor noster, non in gentili persuasione, sed in fide apertissima suademus, quæ verborum affirmationem præuenire consueuit. Adsunt quippe patientes à dæmonibus vexati: quos cùm in medio produxissent, verba repetiuit, dicens: Nunc vos collectionibus vestris, & quo vultis malefico carmine deos vestros quos putatis expellite: sin autẽ nõ potestis, victas submittite manus, & ad Christi Trophæa confugite, & statim crucifixi credulitatem manifestatis potentia prosequetur. Dixit & inuocato nomine Iesu, cùm vitale signũ, in sacro numero trinitatis prefixisset in frontibus, vnà cũ expulsis dæmonibus vana præsentium philosophorum confutata sapientia est. Expauerunt enim stupentes

C pentes hominē,cui post tantum ingeniū affluēret signorum diuina largitio. At ille vniuersa Christo,q curauerat,adscribens, vsus est affatu reciproco,& ait:Noli te me putare his sanitatē dedisse:Christus p seruos suos facit ista miracula. Credite & vos,& videbitis qa deuota Deo fides nō eloquentię vanus tumor talia signa mereatur. Confugite ad crucifixi legē,hosq; eius imitamini famulos,& hoc scientiæ fine contenti,nulla deinceps secularis imprudentiæ argumenta quęratis. Hactenus Antonio dicente,miro philosophi stupore perculsi,cū honorifico salutatu ab eo recedentes, multum eius sibi fatebantur profuisse conspectum.

Hoc in eo viro mirabile est,vt hominem in extremo mundi limite conditū,& fauor principū & omnis celebraret aula regalis. Nam & Cōstantinus Augustus & eius liberi,Cōstans atq; Constantius talia cognoscentes,crebro ad eum,quasi ad patrē missis literis obsecrabant vt reciprocis eos scriptis hilararet. At ille eiusmodi manens,qualis & antegē literæ ad eum venirent, fueratnec salutiōe principum mouebatur,& tangē non acceptis literis conuocatis monachis,aiebat: Reges seculi ad nos miserunt epistolas,quę hic Christianis adhibenda miratio est? Licet em̄ diuersa sit dignitas,attamen eadem nascendi moriendiq; conditio est. Illa sunt veneratione omni percolenda,illa toto animi affectu retinenda sunt,q hominibus Deus legem scripserit,q per filium suum proprijs Ecclesias ditauerit eloquijs. Quæ monachis est ratio cum epistolis regum? cur accipiam literas quibus consueta nesciam reddere salutationis obsequia? Igitur rogatus ab vniuersis fratribus,vt Christianos reges suis literis refrigeraret, ne scilicet per silentium eius exasperarentur,ad susceptas epistolas conuenientia rescripsit. Laudauit primùm q Christum colerent,deinde salutaria persuasit ne magnā putarent regiam potestatē,ne p̄sentis carnis imperio tumentes, se homines esse nescirēt, & iudicandos à Christo obliuiscerentur. Ad postremum,clementiæ circa subie
D ctos & iusticiæ,curæ quoq; inopū admonuit, atq; vnum sempiternum esse regē omnium seculorum Iesum Christum epistolis testatus est. His principes susceptis vehementissimè lætabantur. Sancta quoq; apud cunctos Antonij flagrabat opinio,ita vt eius se filios cuperent nominari. Magna etenim cū aduenientibus affabilitas omniū in se studium cōuerterat. Postq; ergo gentiles confutati,reges admoniti,fratres ab eo sunt consolatione releuati,ad interiorem montē,& ad rigorem solitum regressus est,ibiq; sępè cū introeuntibus deambulans ac residēs stupebat,Sicuti in Daniele scriptum est:& interiectis horarum spacijs, consequētia respondebat,Vt intelligeretur aliqua reuelatiōis vidisse secreta. Nam in mōre positus,ea quæ in Aegypto longè gerebantur prævidens,Episcopo Serapioni ibi constituto narrauit. Lamentabilis sequitur visio & omni lachrymarum fonte plangenda: Cùm enim fratribus circa se sedentibus operaretur, intētè fixit oculos in cœlum, gemens atq; suspirans. Et post aliquantum spaciū reuelationis incœptæ nimio dolore contremuit:& statim fixis genibus ante Dei vultū prouolutus orauit, vt clementia sua futurum scelus auerteret. Succedunt orationi lachrymæ,metus ingens inuadit præsentes:obsecrant vt tantæ calamitatis exponeret visionem. Singultus occupant vocem, lingua fletibus p̄peditur, & in medio conatu sermo gemitu interrumpitur. Vix tamen cū vociferatione luctuosa ait: Melius erat o filioli, impendens piaculum cita morte lucrari. Sic incipiens rursum lachrymis vincitur, & inter ægra suspiria tandem pectori commodans vocem: Magnum inquit,quoddam & vniuersis seculis inauditum imminet nefas. Magno fides catholica turbine subuertetur, & homines iumentis similes Christi sancta diripient. Vidi enim altare domini mulorum circundatum multitudine qui crebris calcium ictibus omnia dissipabant. Hæc est causa gemitū meorum quos audistis. Et facta est vox domini dicens: Abominabitur altaria mea

meum, nec mora, visionem sequitur effectus: Nam post annos duos sæua Ar- A
rianorum irrupit insania. Tunc Ecclesiarum fuerunt rapinæ, tunc diuinorum
temeratio vasorum, tunc pollutis Ethnicorum manibus sacra polluta sunt mi-
nisteria, tunc paganorum opificum præsidia aduersus Christum comparata cū
adsumptione palmarum, quod idololatriæ apud Alexandriā insigne est, ad Ec-
clesiam pergere compellebāt Christianos, vt Arrianorum populi crederentur.
Proh scelus, horret animus replicare quæ gesta sunt. Virginum matronarumq;
ereptus pudor, sanguis ouium Christi in Christi templo effusus venerāda respersit altaria: baptisterium pro voluntate gentilium pollutum est. Nihil defuit, visionis veritatem monstrauit effectus, quòd calcitrantium mulorum indisciplinatio, Arrianorum esset impietas. Sed istam tristitiam consequentis reuelationis prosperitate consolatus est, & ait: Nolite filioli mœrori vos penitus dare: Vt enī itatus est dominus, sic rursum miserebitur, & suum cito Ecclesia recuperabit ornatum: eosq; qui in persecutionibus fidem domini seruauerint, solito videbitis fulgore relucentes: Reuertentur ad foueas suas serpentes, & religio longius propagabitur: tantum vidgte ne fidei vestræ synceritas Arriana labe sordescat. Non apostatorum sed dæmonum & patris eorum diaboli ista doctrina est, ob id per insipientiam iumentorum similis pecudum eorum expressus est animus. Hucusque Antonius. Sed nos minimè conuenit diffidere, tam grande miraculum per hominem potuisse ostendi. Saluatoris enim promissio est, ita dicentis: Si habueritis fidem vt granum synapis, dicetis huic monti, transfer te, & transferetur, & nihil impossibile erit vobis. Et iterum: Amen, amen dico vobis, omne quod petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Petite & accipietis. Ipse enim suis discipulis & vniuerso credentium gregi nunc subiectionem dæmoniorum, nunc variarum infirmitatum pollicens curationem, aiebat. Gratis accepistis, gratis date. Nunquid suæ virtutis impe- B
rio curabat Antonius? Nunquid suæ possibilitatis arbitrabatur esse quod fecerat? Orationibus, non præceptis dæmones morbiq; cesserunt, & ad Christi Dei nostri nominationem semper vniuersa perfecta sunt. Nemo sapientum sanitatum admirationem adscribat Antonio, sed domino Iesu, qui solitam erga creaturas suas exhibens beneuolentiam, nunc quoq; per electum famulum suum indulgenter exercuit. Antonius tantum orabat, & ob vitæ eius merita cuncta dominus largiebatur. Sæpè autem & contra voluntatem, ad exteriorem montē à fratribus perducebatur. Et cùm iudices qui ad interius archisterium propter asperitatem itineris, & obsequentium multitudinem, & horridam solitudinē ire non poterant, precario quæsierunt vt eius fruerentur aspectibus, vt impetrare possent, quia molestissimè ferebat vexationem discursuum, ipsos catenatos, quos aut noxietas, aut vigor publicus constrinxerat, ad eum destinabāt, scientes tales ab Antonio non posse contemni, quorum fletibus superatus pertrahebatur ad exteriorem montē agnoscens laborem suum vtilē miseris fore: suadebatq; iudicibus qui eum inuitauerant, vt in sententia proferenda & odio & gratiæ Dei timorem anteponerent, nec ignorare eos debere quod scriptū est: Quocunq; iudicio iudicaueritis, in eo iudicabitur de vobis: attamē inter medios sermones charæ sibi solitudinis recordabatur. Post coactā itaq; præsentiam, quā ducis pōces, & ad verius est miserorum fletus extorserat, post salutaria monita, post reorum commendationem, quorundam etiam absolutionem, postulanti duci vt paulò largius eidem suam præsentiam indulgeret, ait nō posse se diutius ibidē morari, grato vsus exēplo, q; sicuti pisces ab aqua extracti, mox in arēti terra morerent, ita & monachos cū secularibus retardātes humanis statim resolui cōfabulatiōibus. Ob id ergo, cōuenit vt pisces ad mare, ita nos ad montē festinemus,

C mus,ne tardētibus nobis aliqua propositi succedat obliuio. Pro tanta hominis sapiētia dux miratus,iustā de eo tulit veramq; sententiā,dicēs: Vere istum esse Dei famulū agnoscō:nec in rustico homine potuisse tantā aliquando inesse sapientiā, nisi diuino amore regeretur. Præterea cùm Balatius, qui sub Nestorio præfecto Alexādriæ dux Aegypti fuit,homo Arrianæ iniquitatis studiosissimus fautor,ita Christi Ecclesiā persequeret, vt animo vesano virgines monachosq; nudaros verberaret in publico,ad eū Antonius literas misit. Quarū ista sentētia est: Video irā Dei venientē sup te,desine persequi Christianos,ne te ira occupet,quę proximū iam tibi minatur interitū. Legit infelix epistolā & irrisit,atq; in eam expuens proiecit in terrā: Portitores q; multis afficiēs iniurijs, Antonio talia renū ciari pcepit: Qm̄ cura tibi tantope monachorū est,etiam ad te mei vigoris transibit disciplina? Sed confestim minitatorē oppsit supplicū, & post quinq; dies os effrenatū vitio diuina compescuit. Egredit enim ad primam mansionē Alexandriæ,q̄ appellatur Chereū cum supradicto Aegypti pfecto Nestorio, vehuntur equis,q̄s inter oēs Balatius,cuius erant,mansuetissimos nutrierat. Cùm ergo pateret solito sibimet equi alluderent,mitior,quo Nestorius vehebatur, morsu repentino Balatium decussit interram,ac sic in eum inhians,fœmora eius lacerauit ac corrosit,vt statim relatus ad ciuitatem post tertium diem moreretur,vniuersiq; agnoscerent,minarū ab Antonio pdictarum effectum quantocyus conseeutū,dignopersecutoris fine completo. Cæteros ad se venientes mira cum modestia Antonius admonebat,vt oblita seculi dignitate,remotioris vitæ beatitudinem appeterēt. Si quí aūt maiori potestate premebātur,nec poterār obtinere iustitiā,ita eos obnixè defendebat, vt ipse pro illis pati videretur iniuriā. Multis vtilis fuit pclari senis oratio: multi magnis diuitijs,& altiori gradu militiæ derelicto eius adhæsere curriculis. Et vt infinita breui sermone comphendam,bonū
D Aegypto medicū Christus indulserat. Quis nō tristitiā apud Antonium mutauit in gaudiū? quis nō irā vertit in pacē,q̄s orbitatis luctū non ad eius tēperauit aspectum? quis nō mœrore paupertatis q̄ premebatur abiecto, statim & diuitū despexit opulentias,& in sua lætatus est paupertate? quis post lassitudinem monachus non eius iuuatus est hortatu? q̄s adolescentiæ ætatis accensus ardoribus,nō ex eius admonitu pudicitiæ amator fuit? q̄s vexatus à diabolo sine medela redist? Quis inimici cogitationibus distractus cæca tēpestate sopita, sereno nō regressus est animo? Sciebat em̄ q̄ q̄sq; laboraret incōmodo,et ex vitę meritis discretionē spirituū agnoscēs,adhibebat morborū,prout erant vulnera, sanitatē. Vñ effectum est,vt post eius doctrinā oēs diaboli pāderentur insidiæ. Multæ q̄q; despōsatæ puellæ ad eius conspectū ab ipso penè thalamo recedētes,in Ecclesię matris gremio consederūt. Quid plura? Totius orbis homines ad eū confluebāt,& vniuersarū gētium varietas bellicosissimū cōtra dæmones virū cōspicere gestiebat, nullus se frustra illuc venisse conquestus est,omnibus delectabile atq; iucūdum laboris cōmertium fuit. Fatigatio enim itineris emolumenmum viatici reportabat,sicut rei probauit effectus. Nam post resolutionē eius,quasi cōmuni vulnere orbitatis excepto,propriū singuli parentē luxerunt. Quis aūt finis vitæ eius fuerit,dignū est & me cōmemorare,& vos cū desidetio audire: q̄ & hoc in eo imitabile cunctis fuit. Iuxta consuetudinem ad visendos fratres qui in exteriori monte erāt venit,ibiq; à diuina prouidētia de sua morte cōdiscens,ita exorsus est. Vltimam filioli patris audite sententiam,nō enim arbitror q̄ in hoc seculo iterū vos visuri simus. Cogit conditio naturæ,vt post centenarium numerum, quem annis quinq; supergredior, iam resoluar. Ita locutus,audientium pectora contristauit,gemitus lachryméque dicta mœrentia consequutæ sunt. Amplexabātur eum vniuersi,quasi iam de seculo recessurum. At ille tanquam aliena deserens,ad

propriam patriam profecturus, magna cum lætitia præcipiebat, desidiam instituto non debere subrepere, sed tanq̃ quotidie morituros, vt ante prædixerat, à sordidis cogitationibus animam custodire: & omnem æmulationem ad sanctos quosq; conuertere: ad Meletianos verò schismaticosq; ne propè quidem accedere. Scitis enim, aiebat, eorum antiquam peruersitatem, neq; cum Arrianis communione iungamini, quia impietas eorum iam omnibus manifesta est. His etiam illud addebat, nullum debere Christianum, quum seculi viderit potestates pro Arrianorum et Meletianorũ pugnare nequitia, à Christi territum discedere veritate mortalium illã esse defensionem, nec diu fallacem permanere posse phãtasiam. Quapropter aiebat, custodienda est pia fides in Christo, & patrum religiosa traditio, quam ex scripturarum lectione & crebro meæ parui tatis didicistis admonitu. Finito sermone, fratres eum sermone vehementissimè retardabant, glorioso patris cupientes termino decorari. Sed multas ob causas, quas & silentio demonstrabat, præcipuè tamen ob præsumptam Aegypti consuetudinem contradixit. Mos etenim Aegyptijs est nobilium, & præcipuè beatorum martyrum corpora linteamine qdem obuoluere & studium funeri solitum non negare: terra vero non abscondere, sed super lectulos domi posita reseruare. Hunc honorem qescentibus reddi, inueteratę consuetudinis vanitas tradidit. De hoc Antonius sæpe & Episcopos deprecatus est, vt populos Ecclesiastica consuetudine corrigerent, & laicos viros ac mulieres rigidius ipse conuenit dicens, nec licitum hoc esse, nec Deo placitum, quippe cum patriarcharum & prophetarum sepulchra, quę ad nos vsque perdurant, hæc facta conuincerent, dominici quoque corporis exemplum oportere intueri iubebat, quod in sepulchro positum, lapide vsq; ad resurrectionis diem tertium clausum fuerit, atq; his modis vitium circa defunctos Aegypti etiã si sancta essent corpora, coarguebat dicens: Quid maius aut sanctius corpore potest esse dominico, quod iuxta consuetudinem gentium cæterarum humo conditum esse scimus: Hæc iusta persuasio multorum insitum euellit errorem, & repositis in terra cadaueribus, domino gratias pro bono magisterio retulerunt. Metuens ergo consuetudinem supradictam, ne eodem etiam circa se laberentur errore, celeriter valedicens monachis qui cõfluxerant, ad amicum virtutis habitaculum repedauit. Post menses autem paucos, quum nõ mediocre incommodum senilia membra turbasset, vocatis ad se duobus fratribus, qs ibidem ante qndecim annos modico interuallo seiunctos instituerat, quiq; etiam ei iam seni cœperant ministrare, ait: Ego quidem filioli secundum eloquia scripturarum, patrum gradior viam. Iam enim dñs me inuitat, iam cupio videre cœlestia, sed vos ô viscera mea admoneo, ne tanti temporis laborem repente perdatis. Hodie vos religiosum studium arripuisse arbitramini, & cœptę voluntatis fortitudo succrescet. Varias dęmonum nostis insidias, vidistis eorum & impetus feroces & vires effœminatas, Iesum suspirate, & credulitatem nominis eius vestris figite mentibus & à certa fide vniuersi dęmones fugabuntur. Mementote etiam admonitionum mearum, & incertę conditionis vitam qtidie anticipitem pertractate, & cœleste vobis præmium sine cũctamine tribuetur. Schismaticorum qq; & hæreticorum venena vitate, meumq; circa eos odium sectamini, quia Christi sunt inimici. Scitis ipsi q; nullus mihi nec pacificus quidem sermo cum eis aliquando fuerit, propter prauam eorum voluntatem, & pertinax contra Christum bellum. In hoc autem magis estote soliciti vt dñi præcepta seruetis, vt post mortem vestram sancti quiq; quasi amicos & notos, in æterna vos recipiant tabernacula. Hæc cogitate, hęc sapite, hęc retexite, & si qua mei vobis cura, si qua patris memoria est, si mihi vicarium rependatis affectum, nullus ad Aegyptum meas perferat reliquias, ne vano corpus honore seruetur, ne vituperati

ritus

ritus à me, vt noſcis, etiã circa me ſeruentur obſequia. Huius enim rei gratia maxime huc ſum regreſſus. Vos igitur humo tegite, vos patris operite corpuſculũ, & illud quoq; ſenis veſtri cuſtodite mandatum, vt nemo præter veſtram dilectionem locum tumuli mei nouerit. Confido in dño quia neceſſario reſurrectiõis tempore hoc corpuſculum reſurget incorruptum. Veſtimentorum autem meorum ſit iſta diuiſio. Melotem & pallium tritũ cui ſuperiaceo Athanaſio Epiſcopo date, quod ipſe nouum mihi detulerat. Serapion Epiſcopus aliã accipiat melotem. Vos cilicinum habetote veſtimentum, & valete viſcera mea. Antonius enim migrat, & iam non erit in præſenti ſeculo vobiſcum. Verba finierat & oſculantibus ſe diſcipulis, extendens paululum pedes, mortem lętus aſpexit: ita vt ex hilaritate vultus eius, angelorum ſanctorum, qui ad perferendam animam eius deſcenderant, preſentia noſceretur. Hos intuens tanq; amicos videret animã exhalauit, & additus eſt patribus ſecundum ordinem ſcripturarum. Seruauerunt mandata diſcipuli, inuolutum (vt præceperat) corpus humo operiẽtes: & nemo interim vſq; ad hanc diem præter eos, vbi ſit conditum nouit. Legatarius autem Antonij benedicti, qui tritum pallium cum melote imperio eius meruerat accipere, Antonium in Antonij muneribus amplectituri & tanq; magna hæreditate ditatus, lætanter per veſtimentum recordatur imaginem ſanctitatis. Hic Antonio vitę terminus fuit, iſta principia meritorumq; licet parciori, vt prędixi, ſermone narrauerim, tamen ex his poteſtis aduertere qualiter homo Dei à pueritia ad ſenectam vſq; peruenerit: & q; omni ſemper dubitatione calcata, nec languori, nec longæuæ quicquam ætati aliquando concceſſerit, magis autẽ æqualitatem propoſiti tenens, nec veſtimẽtum mutauit, nec pedes lauit, nec eſcam ſectatus eſt molliorem, oculorum quoq; aciem, & numerum dentium, licet paululum ob ętatem viderẽtur attriti, necnon & pedum inceſſum, totius etiam corporis firmitatem, ita & contra iura naturæ meritorum gratia cuſtodiuit, vt lauatorum corporum, quæ balneis atq; delicijs confouentur, hilarior eius caro videretur. Hoc etiã fratres, q; per omnes prouincias amor eius famaq; volutauit, quem nec librorum diſſeminatorum oratio luculenta, nec mundanæ ſapientiæ diſputatio, nec nobilitas generis, nec opum infinita congeſtio commendauit, cui omnium ore eſt adſcribendum, niſi Chriſto, cuius hoc donum eſt? qui deuotos eius animos erga ſuam præuidens maieſtatem, hominem alio penè orbe celatum, & inter tantas poſitum ſolitudines, Africæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ, Illyrico, ipſi etiam quæ vrbium caput eſt Romæ, vt in exordio promiſerat, demonſtrauit. Creatoris eſt iſta benignitas, qui famulos ſuos, licet nolentes, nobilitare conſueuit, vt virtus poſſibiliter, nec vltra humanam eſſe naturam, ſanctorum doceatur exemplis, & ad beatæ vitæ imitationem, ex fructu laboris optimus quiſq; impellatur. Hunc ita q; fratribus librum magnopere perlegere curate: vt agnita fidelium vita ſublimium monachorum, ſciant q; ſaluator noſter Ieſus Chriſtus glorificãtes ſe glorificat, & ſeruientibus ſibimet, non tantum regna cœlorum, ſed etiam hic in ipſis mõtium ſecretis latere cupientibus, famæ tribuit nobilitatem. ſ. vt & ipſi fruãtur laude meritorum, & cęteri eorum prouocẽtur exemplis. Si autem neceſſariũ fuerit, & gentibus legite, vt vel ſic agnoſcant, quia dñs noſter Ieſus Chriſtus nõ ſolum eſt Deus Dei filius, ſed etiam his qui eum ſolicite colunt, & in eum fideliter credunt, hanc dedit poteſtatem, vt dæmones, quos illi deos eſſe arbitrantur, conculcent atq; eijciant, deceptores ſcilicet hominũ, & totius corruptionis artifices.

D. Antonij vitæ & geſtorum FINIS.

VA1 1529380